

33 Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

34 Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, à minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

35 Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem luna & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.

36 Si defecerint leges ista coram me, ait Dominus: tunc & semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus.

37 Hæc dicit Dominus: Si mensurari poterint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terra deorsum: & ego abiiciam uniuersum semen Israel, propter omnia qua fecerunt, dicit Dominus.

38 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino, à turre Hanneel usque ad portam anguli.

39 Et exhibit ultra norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circumibit Goatha,

40 & omnem vallem cadauerum, & cineris, & uniuersam regionem mortis, usque ad torrentem Cedron, & usque ad angulum portæ equorum Orientalis: Sanctum Domini non euelletur, & non destruetur ultra in perpetuum.

33 Quia istud fœdus, quod excindam ad domum Israelis, Post dies eos, Fidelis-sermo IHVH, dabo legem meam in intimo eorum, & super cor eorum scribam eam: & ero eis ELOHIM, & ijerunt mihi populo.

34 Et non docebunt adhuc vir sodalem suum, & vir fratrem suum, ad dicere Cognoscite IHVH: quia omne eorum cognoscent me, de ad paruum eorum, & usque ad grandem eorum, Fidelis-sermo IHVH: quia condonabo prauitati eorum, & errato eorum non recordabor adhuc.

35 Sic dixit IHVH, dans solem lucidici; constituta lunæ & stellarum lucidici noctis: rigere-faciens mare, & sonuerunt volutiones eius, IHVH TZEBAOTH nomen eius.

36 Si amouebuntur constituta ista de ad facies meas, Fidelis-sermo IHVH: etiam semen Israelis cessabunt de esse gentem faciebus meis omnibus diebus.

37 Sic dixit IHVH, Si mensurabuntur cæli de-ad-supra, & perscrutata fuerunt fundamenta terræ ad deorsum: etiam ego fastidiam in omni semine Israelis, super omne, quod fecerunt, Fidelis-sermo IHVH.

38 Ecce dies, Fidelis-sermo IHVH, & ædificabitur vrbs IHVH, de turre Chananelis usque ad portem pinna.

39 Et exhibit adhuc linea mensuræ præsentia eius, super collem Gharebi: & circumgyrabitur in Ghoghah;

40 Et omnem vallem cadauerum, & cineris, & omnes agros usque ad torrentem Kidronis, usque ad pinnam portæ equorum in ortum; Sanctitas IHVH: non euelletur, & non diruetur usque ad in æternum.

i interiore, intranso
k datus.
in Deum
l datus. in populum
m quisque.
n * socium, amicum, proximum.
ut Thren. 1. 2.
o omnis vel omnes ipsi
p ignoscant, parcam
q ut v. 30.
r ad peccatum, delictum
s totius-dici

t datus, ad facies meas

u passus, peruestigata
x fastidium habebit

y datus ipsi Ihu

z anguli


a Ghoghah

b omnis vallis

c agri d'angulum

e datus. ipsi Iehoue

f extirpabitur, eradicabitur
g euertetur, percipietur



COMMENTARIA.

VERS. I.



IN TEMPORE ILLO, &c.] Secundus, inquit, locus exorinationis, ut dictum est Capite superiore, vers. 23. quo primum communitio & benedictio Dei erga fideles proponitur, usque ad vers. 15. deinde quædam incommoda diluuntur, quæ non viderentur alioqui cum regno Christi consentire, inde ad vers. 23. ac postremo benedictiones Dei in Ecclesiam copiosius exponuntur, versibus tredecim sequentibus. In prima autem propositione duo beneficia continentur, vnum communionis cum Deo, & fœderis

eius ex beneplacito æterno, tribus versibus alterum, benedictionum ex fœdere, vers. 4. & 5. quas Deus opera piorum testatas facit, cum inter ipsos in Ecclesia Iudæorum, usque ad vers. 12. tum etiam palam & uniuersè spectantibus, audientibusque gentibus, & ad Ecclesiam conuocatis, inde ad vers. 15. quæ omnia euincunt tempus illud de regno Christi accipiendum esse.

INVENIT GRATIAM IN DESERTO, &c.] Argumentum aiunt, promissionis præcedentis, vers. 1. quo Deus ad liberandam Ecclesiam adducitur, à beneplacito æterno,

VERS. 2.

& antea beneficia; de cuius fide & constantia dubitantem quodammodo piorum animum Deus confirmat dialogisticis, sequente versu.

POPVLVS QVI REMANSERAT GLADIO.] Alij: *populus*, qui reliquis factus est à gladio. Quidam Hebræorum exponunt: *populus euasores*, seu *superstitioses gladij*. id est, quos eripui de manibus & gladio Egyptiorum. quasi dicat, Inuenit gratiam olim apud me *populus*, quem seruauit in deserto à gladio Egyptiorum, Hamaleitarum, & aliarum gentium, cur ergo non erit etiam nunc mihi charus, & non inueniet apud me gratiam? 2. *populus eorum, qui supersunt à gladio*. Id est, *populus Iudæorum*, & *Iisraelitarum*, qui vna voce dicuntur *Israël*, & Iisraelitarum, qui vna voce dicuntur *Israël*, sequente membro per exegesis, vt etiam in sequentibus vocantur *Samaritæ*, & *Ephraim*, & *Iahakob*: & *superstitioses erunt à gladio Chaldæorum*.

VADET AD REQUIEM SVAM ISRAEL.] Hebr. ex verbo: *ambulare, ad quietescere facere eum, Israël*. Forsterus: *ambulando ad quietescere suum Israël*. id est, vadendo *Israël* ad suam quietem. Leo *Iudæ*: *quum scilicet Israël proficisceretur, vt quietem sibi pararet*. Kimchi, Sanctes, Vatablus: *ambulauit Deus, infinitum pro præterito, ad quietescere facere ipsum Israël*. vel *vt illi Israël requiem pararet*. Nam interdum præcedebat eum in columna nubis, & noctu in columna ignis, donec introduceret in terram promissam, vbi requiesceret. Tremellius & Iunius traducunt verba: *Israël me eunte ad collocandum eum*. vocem *Israël* neclunt superioribus, *populus eorum, qui supersunt à gladio*, scilicet, ipse *Israël*; quum ipse præiturus sim ad reducendum eum à captiuitate Chaldaica, & collocandum eum in terra sua. Auenarius: *ambulando ad faciendum rigere Israël*. id est, vt subito & rigide quietescat *Israël*. Possis reddere: *ambulando ad concitare eum* scilicet Deum, *Israëlem*, id est, vt vadat & concitet Deus *Israëlem*, id est, vt educat eum ex captiuitate. Nos reddidimus: *ambulando ad rigere facere eum Israël*. id est, iuit, præsto fuit Deus, ad faciendum vt *Israël* rigeret, hoc est, vt viuus, viger, vegetus & incolumis esset *Israël*. Nec absurde reddes: *ad respiciendum ipsum Israël*. vide vsum verbi *ראגב* *ragbagh* præsertim in *Hiphil*, in *Notis* in *Isai. 34. v. 14.*

VERS. 3.

LONGE DOMINVS APPARUIT MIHI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. transfundunt: 1. *A longinquo tempore*, inquit *virgo Israël* *Iehoua apparuit mihi*. Et *Iehoua* ait: *Charitate perpetua, seu sempiterna dilexite; ideo attraxi te misericordia. vel protraxi tibi misericordiam*. Dialogus est *Synagogæ* seu *Ecclesiæ* afflictæ, & *Dei*. Fateor, inquit, *Synagoga*, iam olim Deus affuit & fauit mihi; verum nunc videtur deseruisse me. Respondet Deus, Non te deserui, sed eodem, quo semper prosequor amore, & vta erga te longa misericordia. 2. *A longinquo tempore Iehoua apparebat mihi*. quasi dicant nutantes pij: olim quidem exercuit sed iam refraxit & obsoleta videretur *Dei* beneficentia: *Imo dilectione sæculi seu perpetua diligo te, idcirco extendo*

erga te benignitatem. Correctio dicti præcedentis, qua Deus infirmam piorum fidem statuat. *benignitatem*. quæ sequentibus continetur, nimirum vt benedictionibus perfundatur pius coram tota Ecclesia, & gentibus omnibus.

RVR SVMQVE ÆDIFICABO TE, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: *Adhuc edificaturus sum te, vt edificeris, virgo Israël, adhuc ornabis te tympanis tuis, & procedes cum choro iudentium*. Promissiones allegoricæ (vt ante diximus) de instauratione à Deo, & gratiarum actione solemnè ab Ecclesia, hoc versu: ac postremò de vsu commoditatum omnium legitimo, versu sequente.

AD HVC PLANTABIS VINEAS IN MONTIBVS SAMARIÆ, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. edunt: *Adhuc conferes vineas in montibus Schomeronis, plantabunt plantatores, & profanabunt, vel & salutis sacris vescentur*. vide de hac loquutione *Deuter. 20. v. 6.*

QVIA ERIT DIES, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. explanant: *Nam dies est futurus, quo clamabunt custodes*, id est, præcones Evangelij, episcopi gregis & administri Christi: et sic hic fortasse allutio est prophetica ad Nazarenorum appellationem, quæ Ecclesiæ olim fuit attributa, *Actor. 24. vers. 5.* vt hodie quoque à *Iudæis* obseruatur; nam *custodes Hebræis eadem voce designantur*, nempe *נוצרים* *nozerim*: *in monte Ephrajimi: Surgite, & ascendamus Tzizonem, ad Iehouam Deum nostrum*. Summa præconij Evangelici, quo primum *Iudæorum* *populus* vocatur ad Deum & Ecclesiam, hoc versu & in fide salutis suæ instituitur, tribus sequentibus: deinde, gentes ipsæ *vers. 10. & sequentibus*.

EXULTATE IN LÆTITIA IACOB.] Alij: 1. *In iubilate in lætitia in Iahakobo.* vel *propter Iahakobum*. 2. ordinem dictionum inuertunt; *Sic enim ait Iehoua ipsi Iahakobo, Iubilate in lætitia. 3. Cantate Iahakobo lætitiā. 4. Ouate in lætitia Iahakobo. 5. Præconizate Iahakobo lætitiā*. Sic infra *v. 12.*

ET HINNITE CONTRA CAPVT GENTIVM.] Alij: *clara & læta voce cantate, vociferamini, vel & claram vocem edite, in capite ipsarum gentium*. id est, in turba præcipuas, in medio gentium. vel palam ante ipsas gentes.

PERSONATE.] Hebr. *audire facite*. Alij: *annuntiate: pronuntiate*.

CANITE.] Hebr. *extollite, laudibus euhite, laudate*.

ECCE EGO ADDVCAM EOS.] videlicet, qui morem gerentes mandato meo, laudabunt & precabuntur me.

DE TERRA AQVILONIS.] vt supra cap. 16. vers. 15.

INTER QVOS ERVNT CÆCVS ET CLAVDVS, &c.] Alij: *inter ipsos cacum & claudum, gravidam & puerperam pariter*. id est, ne minimum quidem, aut infirmissimum perire sinam de manu mea.

IN FLETU VENIENT, ET IN MISERICORDIA REDVCAM EOS.] Alij: 1. *Cur fletu venient, præ gaudij scilicet; & in misericordiis.*

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

cordis, id est, clementissimè, adducam eos. 2. *Cum fletu ingressi sunt, vel ibant*, videlicet in terram hostilem, siue in captiuitatem, & in beneficentiis adducam eos. 3. *Cum fletu venientes, & cum deprecationibus reducam eos.* id est, sollicitos de salute sua, vt dixerat vers. 7.

ET ADDUCAM EOS PER TORRENTES A QV ARVM.] Alij: *faciam vt eant secundum torrentes aquarum.* vt Psalm. 22. vers. 2. Alij, superatis torrentibus & omnibus itineris difficultatibus.

VERS. 10.

AVDITE VERBUM DOMINI GENTES.] Alij: *Audite verbum Iehoua, ô gentes, &c.* Altera pars præconij Evangelici, de vocatione gentium, vt diximus in vers. 6. Non tam rectè alij, Cyri edictum ex verbo Dei, Hezræ 1. vers. 1. & sequentibus, interpretantur.

IN INSVLIS, QVÆ PROCVL SVNT.] Alij: 1. *per insulas, quæ longè sunt distitæ.* 2. *in regionibus è longinquo sitis.* Insularum nomen in Scriptura passim significat regiones remotissimas etiam continentes, quæ maribus adibantur.

VERS. 12

ET VENIENT, ET LAVDABVNT IN MONTE SION, ET CONFLVENT AD BONA DOMINI.] Alij: *Tum venientes cantabunt in excelso Tzizonis, & confluent ad bonitatem Iehoua.* Electi videlicet ex Iudæis & gentibus, quorum status allegoricè legalibus figuris exprimitur, & terrenis promissionibus.

SVPER FRUMENTO, ET VINO, ET OLEO, &c.] Alij: 1. *ad frumentum, ad mustum, ad oleum, ad pecora, ad armenta.* scilicet, obtinenda, vt iis fruantur. Per hæc dona Dei externa, dotes spirituales intelligi debent, quibus afficiendi sunt pij sub Christo. 2. *cum frumento, & cum musto, & cum oleo, & cum fœribus gregis, & armenti.* id est, omnia grati animi testimonia his oblationibus perhibentes, vt olim in lege fiebat eucharisticis.

ET VLT RA NON ESURIENT.] Alij: 1. *neque pergent morere amplius.* 2. *neque ultra dolebunt.* 3. Forsterus: *& non addent languesceri, debilitari, infirmari, imbecilles esse amplius.* scilicet fame. 4. Auenarius: *& non addent contabescere amplius.* fame.

VERS. 15.

HÆC DICIT DOMINVS, VOX IN RAMAH, &c.] Hebr. *Sic ait Iehoua, vox in Ramah, &c.* Hunc versum Hebræi, & Nostri, vt accipiant, apud Explanatores videre est: nos primario, præcipuo & prophetico historico sensu cum eruditis quibusque ad tempora Christi, Herodisque infanticidia pertinere, existimamus. Exposita, inquirunt, præstantia regni Christi; ne quis existimet omnia in hoc sæculo corpore & animo fore absolutissima, duas occupationes grauissimorum incommodorum, quæ fideles in regno Christi hic experiuntur, propheta diluit, vt diximus in v. i. prior est, externas tamen perpeffiones in regno Christi non esse hic desituras, sed fore vt statim à Christo nato furorem suum Satanas exerceat, tribus versibus: posterior est etiam remansuram in piis suæ infirmitatis internæ conscientiam, quæ exponitur sequen-

tibus: prioris occupatio habetur hoc versu; soluitur, duobus sequentibus: posterioris verò occupatio continetur, v. 18. & 19. solutio, tribus sequentibus.

Vox in Ramah. id est, in agro Ramæ, & toto Bethlechemi tractu: vt exponitur Matt. 2. vers. 17. nec Matthæo meliorem, aut certiorum Interpretum optare possumus. De Ramah vide in Iosue 18. vers. 25. Fuit in sorte Benjaminis & confiniis tribus Iehudæ & Bethlechemi.

LAMENTATIONIS, LVCTVS, ET FLETVS.] Alij ex Hebr. 1. *planctus & fletus amaritudinum, seu amarissimus.* 2. *lamentum & fletus multus amarissimus.*

RACHEL PLORANTIS FILIOS SVOS, ET NOLENTIS CONSOLARI SVPER EIS, QVIA NON SVNT.] Alij ex Hebr. 1. *Rachel plorans vehementer super filiis suis: renuit consolari super filiis suis, quia non ipse, vel non est.* id est, ne vnus quidem superest. 2. *Rachelis filios suos deplorantis, neque consolationem vllam super filiis suis voluit recipere, eo quod non essent amplius.* 3. *Rachel deslet filios suos: renuit consolationem admittere de filiis suis, quia nullus superest.* Elegans prosopopœia, quasi dicatur, sepulchrum, aut Rachel ipsa in sepulcro suo luxisse & defleuisse stragem illam miserabilem infantium, quæ ab Herode fuit edita. Erat enim sepulchrum Rachelis Bethlechemum versus in confinio Iehudæ & Benjaminis, Genes. 35. vers. 16. & 1. Samuel. 10. v. 2. De sepulcro Rachelis vide Notas in Genes. 35. vers. 19. & 20.

VERS. 16.

HÆC DICIT DOMINVS, QUIESCAT VOX TVA A PLORATV, &c.] Alij ex Hebr. *Sic ait Iehoua, Cohibe vocem tuam à fletu, &c.* Solutio præcedentis occupationis, vtcunque furat satanas, & Sanctorum vitam appetat, Ecclesiam tamen liberos novos indies habituram esse, cum ex Israëlitis, tum ex cooptatis gentibus, qui in terra inimici latent, id est, in regno Satanae & in potestate tenebrarum, donec reuertantur ad Ecclesiam vocati à Christo.

QVIA EST MERCES OPERI TVO, &c.] Alij: *quia est merces operi tuo, dictum Iehoua, quod reuersuri sunt de terra inimici, seu hostis.* id est, Non erit irritum tuum hoc studium erga liberos, sed ampliore beneficio à Deo compensabitur, quod alij comparabuntur, & se adjungent tibi.

VERS. 17.

ET EST SPES NOVISSIMIS TVIS, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum reddunt: *Est, inquam, expectatio ad extremum tuum, siue tandem tibi, dictum Iehoua, fore vt reuertantur filij ad terminum suum.* id est, in Ecclesiam: seruetur enim priscus terræ promissæ typus, qui adumbrabat Ecclesiam.

novissimis tuis. Hebr. *posterioritati, postremitati, extremitati, posteritati tue.* id est, filiis tuis ac posteris. Alij: *novissimo tuo, seu fini tuo.* id est, extremis ac reliquis filiis tuis. quali dicat, bene sperandum est de illis.

VERS. 18.

AVDIENS AVDIVI.] Alij: *Omnino audio &c.* Secunda occupatio, vt diximus in vers. 15. qua Deus primum Ecclesiam percussam suæ infirmitatis præsentis, & malorum con-

scientia

scientia, & se ipsi committentem, & orantem pro fide ac salute sua, inducit per ethopæiam, duobus versibus: neque propterea à se abiici testatur, sed potius se animo esse beneuolo in eam, vers. 20. verbo docere eam, vers. 21. ac mirificè potentissimo suo opere amplificare, vers. 22.

EPHRAÏM.] siue *Ephraïmum*. id est, Ecclesiam Christi, ex Iisrahelitis collectam, synecdochicè: nam Ephraïm passim in Scriptura pro Iisrahel accipi, nimis est exploratum: vide in Isaïæ 7. v. 2.

TRANSMIGRANTEM.] מִתְּנוּדָה *mitbri-ded*, participium quadratum Hithphael, variè reddunt: Sanctes, *plangentem*. Vatablus: *lamentantem*, vel *flentem*. Forsterus: *mouentem se*. id est, *condolentem*. Leo Iudæ: *se se in captiuitate cruciantem*. Auènarius: *dimouentem se se*. id est, *cruciantem*, Mercerus, *plangentem*, seu *commiserantem*. quasi dicat, commemorantem apud se casus suos. Marinus: *commouentem se se*. id est, *consolantem*. Schindlerus, *mouentem se se*. præ dolore. Vatablus: *querentem*, *queritantem*. Tremellius, Junius, Buxtorfius: *condolentem sibi*, *dicendo*. Nos diximus: *diuagare se se-facientem*. quod potest accipi, vel commouentem se se & excruciantem seu concutientem se se dolore & afflictione: vel diuagantem à dolore & mœrore, hoc est, se se consolantem.

CASTIGASTI ME, ET ERVDITVS SVM.] Alij; *Castigasti me ut castigares* &c. Hæc orationis formula tres partes continet; prima est, confessio peccatorum, & iustitiæ Dei peccatores coercentis & reuocantis afflictionibus: Secunda est, petitio, vt Deus misericordia sua, ex gratuito fœdere, plenum vsum, fructumque afflictionum præbeat Ecclesiæ, id est veram fidem, pœnitentiam, & fructus dignos pœnitentiæ in suis ingeneret, hoc versu: tertia est, professio cum offerendum in posterum fructuum, acceptis donis à Deo, tum præsentis zeli à præteritis peccatis & pœnis eorum abhorrentis, sequente versu. Heb. *Correxiſti, corripuiſti, erudiuiſti me, & correctus, correptus, eruditus sum*.

QVAſI IUVENCVLVS.] Facile suspicari est, Nostrum scripsisse *iuencus*, nam Heb. est גֶּבְהֵל *gheghel*, vitulus plauſtro iam aptus. vel vt sit diminutiuum à *iuencus*, non à *iuuenis*.

INDOMITVS.] לֹמֵד *lummad*, præteritum *pubal*, qui non doctus, assuefactus fuit ferre iugum, aut trahere aratrum. Quidam participium faciunt.

VERS. 19.

POSTQVAM ENIM CONVERTISTI ME &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant 1. *Protinus enim, vt conuersus sum pœnitui: & postquam cognitus sum mihi, vel, posteaquam cognoui me ipsum*, id est, culpam meam: *complosi manus super femur*, more scilicet dolentis: *pudore sum affectus, simulque ignominia: etenim opprobrium adolescentiæ meæ fero*, id est Iui pœnas scelerum meorum probrosorum, quæ antea ab adolescentia commiseram. 2. *Posteaquam enim conuersus sum, pœnitui me, & post notum esse mihi, seu, & posteaquam ostensum est mihi, percussu femur: confusus sum & erubui; quoniam sustinui opprobrium pueritiæ*

rum mearum. 3. *Nam postquam conuersus fuero, pœnitebit me, & postquam ostensum fuerit mihi, applaudam femori, ex animo dolens grauissimè: Synecdoche, à signo, vt Ezechiel. 21. v. 12. erubescio, etiamque suffundor rubore, quod feram opprobrium pueritiæ meæ*. Forsterus exponit: *& post cognosci mei*. id est, postquam cognitus sum mihi.

SI FILIVS HONORABILIS MIHI EPHRAÏM.] Alij: *An filius charus mihi est Ephraïm? &c.* Responſio ad præcedentem occupationem, quis putaret, inquit Dominus, Ecclesiam cum superioribus his malis conflitantem mihi charam esse? sed tamen omnino chara est, &c. vt supra vers. 18. exposuimus. 2. *An non pretiosus filius est mihi Ephraïm? quem in pretio habere deberem.*

SI PVER DELICATVS.] Alij: *An non natus delicatulus? 2. An non puer solatiorum? 3. An natus oblectationum, seu deliciarum? vel summa oblectationis est?*

QVIA EX QVO LOQVVTVS SVM DE EO, ADHVC RECORDABOR EIVS.] Quidam: *nam ex quo loquutus sum contra eum, omnino recordor eius adhuc*. id est, his malis affixi eum immixtis verbo meo, quasi dicat, in acerbissimis malis semper capio de eo misericordiam, Habac. 3. v. 2.

IDCIRCO CONTVRBATA SVNT VISCERA MEA SVPER EVM.] Alij: *Idcirco sonant, fremunt, perſtrepunt viscera mea propter eum*. humanitus dictum, a comparatione terrestrium progenitorum, quibus viscera commouentur & perſtrepunt erga filios.

MISERANS MISERABOR EIVS.] Heb. *inuiscerando inuiscerabo eos*. id est, omnino, penitissimè, intimè in viscera mea condam eos, aut ex intimis visceribus misericordiæ amore amplectar, seu prosequar eos. vel omnino *emiscerabo me erga eos*. Hispanicè aptè dicere-tur: *me desentrañare con ellos*.

SPECVLAM.] צִיְיִם *izijuzim* aiunt esse, *signan* statuas, columnas, titulos, monumenta, cippos, lapides erectos ad commonstrandam viam, acervos lapidum. Pro titulo seu monumento sepulcrali sumitur, 2 Reg. 23. v. 17.

AMARITVDINES.] תְּמָרוֹרִים *thamerurim*, amaritudines, plerique exponunt, vt supra vers. 15. Alij, *altos cumulos, tumulos, acervos, seu eminentias, statuas-altas, excelsos titulos, seu palmulas, palmas paruas, plantatas, ad indicium viae*. Forsterus reddit: *pone tibi amaritudines*. id est, statuas amaritudinum. hoc est, quæ tibi amaritudinem inducant, vel te ad amaritudinem commoueat. vel doloris & amaritudinis tuæ monumenta. Hispanicus Interpres: *mojones alios*. Tremellius & Iunius hunc versum ita ex Heb. explanant: *Statue tibi hermas, dispone tibi pyramidas, adhibe animum tuum ad istum aggerem, qua via iniſti: reuertere, virgo Iisrahelis, reuertere ad ciuitates istas*. Allegorica docendi ratio, qua Deus Ecclesiam veluti à se peregrinantem monet, vt indicia & documenta ipsius animo obseruans, ipsum sequatur liberationem præsticurum, certissimis signis tanquam cippis, dædalis, & aliis viarum monumentis positis. *hermas*. id est, statuas & signa iter commonstrantia,

tia. pyramidas, id est obelos, seu obeliscos, & columnas mucronatas seu fastigiatas, ut summi arborum rami, vel instar summitatis palmæ, unde nomen habent: nam à תמר *thamar*, palma dictæ videntur תמרורים *thamrurim*, pyramides, in modum palmæ, vel à מרר *marar*. Hoc ipsum quoque sequitur Buxtorfius ad istum aggerem, videlicet quo iterum est ex Iudæa in Assyriam: sed allegoricè accipiendus est pro via totius Ecclesiæ. ut Isaiæ 19. vers. 23.

AD CIVITATES TVAS ISTAS.] id est, in tetram Sanctam, seu potius in Ecclesiam.

VERS. 22. VSQUEQVO DELICIIIS DISSOLVERIS &c.] Hunc versum alij ex Heb. interpretantur. 1. *Vsquequo circuibis, vel vertes te huc, illuc, aut elongabis te, o filia auersarrix, vel rebellis, seu immorigera?* id est, quando viues sine certa lege per derupta vitiorum, & infidelitatis? id quidem diu erit, sed non semper, nam cinratis idolis ad Christum reuerteris: quia creauit, pro creabit, præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ, Iehoua rem nouam admirabilem, inauditam: femina, Maria virgo, circumdabit, id est, suo utero concipiet, cinget, complectetur, sine vlla opera viri, totum id opus erit huius feminae, operante Spiritu Sancto, virum fortem, seu proualidum. Christum, etsi corpore pusillum, sapientia tamen & intelligentia, virtute, potentia, & cæteris Spiritus sancti donis, perfectissimum & absolutissimum virum. Insigne vaticinium, de conceptu Filij Dei ex Virgine Maria, quod etiam veteres Hebræorū doctores ex hoc loco agnouerunt, apud Galatinum lib. 7. Arcanorum Catholicæ veritatis, cap. 14. qui prius huius versus hemistychium ita conuertit: *Quousque insanies virgo apostatrix?* 2. Tremellius & Iunius: *Quousque pergeres subducere te, quasi dicat, procede in medium, neque pudore aut metu à sequenda vocatione mea deterretor: nam si pudet te iui ipsius, sum honori tibi, si metuis, sum virtus tua: ego recipio in me, & præbebo virtutem tibi plusquam virilem ad salutem tuam. o filia auersa? id est, quæ à me abieras in perditionem tuam. nam parat Iehoua rem nouam in terra, femina ambit virum.* quasi dicat, vide ut confestim arripias occasionem oblatam tuæ vocationis: nam si Ecclesia Dei (quæ cum femina comparatur) te, & Iudæis propriis suis filiis caruerit propter auersionem vestram, non potest illa profectò orba permanere, sed tanquam vidua, & (quemadmodum appellatur Isai. 54. v. 1.) sterilis virum ambiet; & filios aliunde sibi comparabit & filias. Atque hic locus erit de vocatione Gentium.

VAGA.] שובבה *shobebah*, auersa, seducta, rebellis, refractaria, contumax, defœctrix, apostatrix,

VERS. 23. HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM &c.] Quidam hunc versum ex Heb. exponunt: *Sic ait Iehoua exercituum Deus Israelis; Adhuc dicturi sunt verbum hoc in terra Iehudæ, & in ciuitatibus eius, quum reduxero multitudinem captiuam earum: Benedicat tibi Iehoua, o habitaculum iustitiæ, mons sanctitatis.* Maluenda; In libr. Ieremi;

tis. Expositio benedictionum Dei, ut diximus supra in vers. 1. Continentur autem in his benedictionibus, primum beneficia liberationis, habitationis, vitæ, commodorumque omnium, quæ promittit Deus, tribus versibus: deinde causa benedictionum, amor Dei efficacissimus, tribus alteris: tertio instrumenta: nimirum iustissima administratio Dei, vers. 29. & 30. & fœderis noui communicatio, verbo & spiritu suo, vers. 31. & quatuor sequentibus. o habitaculum iustitiæ, id est, Ecclesia, allegoricè, cuius typus fuit mons Zionis, & Ierusalaim, ac templum ipsum.

ET HABITABVNT IN EO &c.] Alij ex Heb. hunc versum efferunt: *Nam habitabunt in ipsa Iehudæ, & omnibus ciuitatibus eius pariter, agricola, & qui proficiscuntur cum grege, seu, & pecuarij.* id est, habitabunt in Ecclesia optimi quique populares, simplicissimi & vtilissimi, ut probat Aristoteles lib. 6. Politic. cap. 4.

QVIA INEBRIAVI ANIMAM LASSAM &c.] Quidam ex Heb. reddunt: *Quum satiauero animam defessam, & omnem animam maestam expleuero.*

inebriavi, id est, refeci, saturavi, recreavi. ESVRIENTEM.] דאבב *daabab*, debilem, infirmam, languidam, imbecillum, vel dolentem, tristem, maestam.

IDEO QVASI DE SOMNO &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Idcirco euigilavi & vidi, & somnus meus dulcissimus fuit mihi.* id est, quia hæc, quæ retuli plena gaudij sunt, posteaquam ea vidi per somnium prophetale, nempe prophetiam illam de Christo & benedictionibus Ecclesiæ, euigilavi protinus, & recordatio illius somnij, in quo talem prophetiam videram, fuit mihi gratissima. Volunt enim esse hæc verba iirmiciæ. Unde aliqui versum liberius reddunt: *Idcirco euigilavi, & suspexi, ubi suauiter dormieram.* 2. Ut sint verba ipsius Dei, quod præstat. *In hoc inuigilo, & inspicio, etiam somnus meus suavis est mihi.* id est, oculis fero (quod aiunt) Ecclesiam, ut Isai. 49. v. 15. & 16. vigili & dormienti mihi semper obuersatur recordatio & studium illius. humanitus dictum. Est autem hic secundus promissionum locus, ut diximus in vers. 23.

ET SOMNVS MEVS DVLCIS MIHI.] Verbum ערבה *gharabag*, amplam habet significationem, *miscuit se mihi, deuinciuit se, & quasi obligauit, se mihi, attemperauit, accommodauit se mihi, commodus, conueniens, acceptus, iucundus, dulcis, suavis fuit mihi.* Vide supra Cap. 6. v. 2.

ET SEMINABO DOMVM ISRAEL, ET DOMVM IYDA SEMINE HOMINVM, ET SEMINE IUMENTORVM.] Seu animalium. Quidam exponunt, futurum est ut impleam Iudam & Israël hominibus & opibus, quæ olim erant in gregibus & pecoribus, atque iumentis. Ut ex historiis patriarcharum, ac Iobi manifestum est. Quidam reddunt: *Ecce dies venturi sunt, dictum Iehoua, quibus conferam domum Israelis, & domum Iehudæ semine hominum & semine iumentorum.* id est, Ecclesiam, quæ prius inculta videbatur desertaque, multiplicat

tiplicabo veluti sementem : metaphora.

VERS. 28. ET SICVT VIGILAVI SVPER EOS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: *Et erit, quemadmodum sedulus fui contra eos extirpando, & demoliendo, destruendo, perdendoque, ac malis afficiendo: ita sedulus ero erga eos adificando & plantando, dictum Iehoua. Vti figurauerat supra vers. 24.*

VERS. 29. IN DIEBV5 ILLIS.] Alij: *Temporibus illis.* Tertius promissionum locus, de forma & ratione, qua Ecclesiam administraturus est Deus, vt diximus in vers. 23.

NON DICENT VLTRA.] Vel *amplius*: id est, opere demonstrabo iustitiam meam, & à blasphemis istorum contumeliis vindicabo. Sic Ezechiel. 18. v. 2.

PATRES COMEDERVNT VVAM ACERBAM, &c.] Alij: *Patres comederunt omphacem, & dentes filiorum obstupescunt.* Prouerbiale dictum, pro eo, quod est, Maiorum delicta luunt immerentes filij: sic Iudæi Deum iniustitiæ criminabantur, vt sibi iustitiæ gloriam assererent. Vide Ezechiel. 18. v. 2.

Vram acerbam. כּוֹסֵר *bofer*, vide in Iob si, v. 33. & Isaïa 18. v. 5. sic versu sequente.

VERS. 30. SED VNVSQVISQVE IN INIQUITATE SVÅ MORIETVR.] Alij: *sed quisque propter iniquitatem suam morietur.* non propter patris, aut alienam.

VERS. 31. ECCE DIES VENIENT, Dicit DOMINVS,] Quidam hunc versum reddunt: *Ecce dies venturi sunt, dictum Iehoua, quibus pangam cum domo Israhel, & cum domo Iehuda fœdus nouum.* id est, Euangelium, seu, Nouum Testamentum. Vide Hebræor. 8. v. 8. & sequentibus.

VERS. 32. NON SECVNDVM ILLVD PACTVM, &c.] Alij: *Non secundum illud fœdus, quod pepigeram cum maioribus eorum, quo die prehendi manum eorum, et educerem eos è terra Aegypti; nam ipsi irritum fecerunt fœdus meum, & ego coniugio-iunctus mansissem eis? dictum Iehoua.* Exponunt. *Non secundum.* Sed præstantioribus promissis sancitum in Christo, vt sequentes versus tres exponunt: quod pluribus ostenditur, 2. Corinth. 3. & Hebræor. 7. & tribus sequentibus Capitibus. *illud fœdus quod pepigeram, &c.* Scriptum in tabulis lapideis, vt docet promissionum sequentium antithesis. *Et ego coniugio iunctus mansissem eis?* Indignantis Dei verba, ad euentiam negatione categorica exprimit Apostolus, Hebræor. 8. v. 9.

ET EGO DOMINATVS SVM EORVM.] Verbum *בָּגַד* *baghal*, variè hic reddunt. 1. *tametsi dominarer eis*, id est, essem eorum Dominus & Deus. 2. *Forsterus; & ego potestatem exercebo in eos.* vel *exercui*, quasi dicat, cum tamen exercuerim potestatem in eos, & & legibus meis subiugauerim. 3. *quamuis connubio coniunctus fuerim eis.* quasi dicat, fregerunt fidem coniugalem, qua eos mihi desponsavi. 4. plerique Hebræorum exponunt: *& ego fastidiui, contempsi, vituperavi, abominatus sum, perterritos habui eos.* Hunc sensum, quo minus explodam, faciunt Lxx, & eos sequutus Paulus Hebræor. 8. v. 9. qui reddunt: *Et ego neglexi eos.* Tremellius & Iunius inter-

rogatiuè extulerunt. *& ego coniugio-iunctus mansissem eis.* quasi dicat, seruassemne illis fidem coniugij, quam ipsi primi fregerunt? pro legitima sponfa eos haberem? quin imo repudiarem vt adulteram, & abicerem. Vide supra Cap. 3. v. 14. Leo Iudæ reddit: *& ego ostendi me esse dominum eorum.* nimirum seuerè in eos animaduertendo.

DABO LEGEM MEAM IN VISCERIBVS EORVM.] Alij: *Indam legem meam medio eorum.* seu *menti eorum.* 2. *Inferam legem in interiora eorum.* id est, Euangelium.

ET IN CORDE EORVM SCRIBAM EAM.] Alij: *& cordi eorum inscribam eam.* id est, non atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in carneis tabulis cordis exaratum fœdus: prout repetitur duobus proximè sequentibus Capitibus, Ezechiel. 36. & 2. Corinth. 3. v. 3.

ET NON DOCEBIT VLTRA VIR, &c.] Alij: *Non autem solum docebunt amplius quisque amicum suum, & quisque fratrem suum, dicendo, cognoscite Iehouam: nam quotquot erunt, cognoscant me à minimo eorum vsque ad maximum eorum, dictum Iehoua; me condonare iniquitatem ipsorum, & peccati ipsorum non recordari amplius.* Vide Isaïa 11. v. 9. id est, in priore fœdere docuerunt Moseh & prophetæ litterâ tantummodo, in posteriore verò erunt omnes docti à Deo, venient ad Christum, quos Pater traxerit, & vnctionem habentes à Sancto illius Spiritu cognoscent omnia: Ioann. 6. v. 44. & 1. Corinthior. 1. v. 7. & 2. v. 20. & sequentibus, & 1. Ioann. 2. v. 20. Est autem in his verbis eclipsis aduerbij, *Solum*, apud Hebræos frequens, quam suppleuimus, vt obseruauimus Genes. 32. v. 28. & 1. Samuel. 8. v. 7. quasi dicat, Non tantum docebunt cognoscere Iehouam, sed etiam omnes edocti erunt, & Iehouam condonare peccata gratis per Christum. Vide Romanor. 11. v. 27.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Nonnulli ex Heb. hanc versum transfundunt: *Sic ait Iehoua; qui disponit solem ad lucem interdiu, statuta luna & stellarum ad lucem noctu, qui dirumpit mare, & fremunt fluctus eius, cui nomen est Iehoua exercituum:* Confirmatio, vt diximus Capite 30. vers. 1. à comparatione rerum creatarum, quas potius perituras confirmat Deus, quam vt Iota vnum promissionum suarum excidat, tribus versibus. Alij: *Sic dicit Iehoua, qui dedit solem in lucem diurnam, luna stellarumque ordines in lucem nocturnam, id est, qui dedit lunæ & stellis leges quasdam ortus & occasus. Vel qui præfecit & præposuit lunam & stellas nocti, vt eam illustrent,* Genes. 1. vers. 14. & sequentibus: *qui fremere-facit mare, vt fluctibus tumultuetur; Iehoua exercituum nomen eius est.*

QVI TURBAT MARE.] *רֹגַחַג* *rogagh*, participium, variè reddunt: Vide Isaï. 51. v. 15. vbi hæc eadem clausula eisdem verbis habetur.

ECCE DIES VENIYNT.] Heb. non scribitur, *veniant*, Sed Hebræi sola puncta substituant participij *בָּיִם* *baim*, *venientes*, vel *venturi sunt*, quam vocem legi & intelligi volunt.

lunt. Hos tres postremos huius Capituli versus fule & cum cura explanauimus lib. II. de Antichristo, Cap. 7. & 8 Quidam hunc versum ita ex Heb. reddunt: *Ecce dies venturi sunt, dictum Iehoua, quum adificabitur Iehoua ciuitas hac à turri Chananeelis usque ad portam anguli.* Conclusio his tribus versibus, à repetitione promissionum typicarum, ut dictum est, cap. 30. v. 1. *à turri Chananeelis,* &c. id est, tota ciuitas ab extremitate vna ad alteram. Persequitur autem, inquit, his & sequentibus verbis iustum ambitum Ieruschalaimorum, incipiens à meridiano latere, qua templum & regia coniungebantur alteris Ieruschalaimis ad portam Chananeelis, & inde procedens ad orientem, vbi porta anguli communis erat terminus ab oriente, & septentrione. De turri Chananeelis vide Nehem. 3. v. 1. De porta anguli, 2. Reg. 14. vers. 13;

VERS. 39.

ET EXIBIT VLTRA NORMA MENSVRÆ IN CONSPECTV EIVS:] Alij: 1. *Hinc vltra ducetur regula mensura, seu funis mensorius, à conspectu eius, videlicet portæ, vel ante ipsam portam.* 2. *Et procedet adhuc linea mensoria è regione illius portæ.*

SVPER COLLEM GAREB.] Alij: *vsque ad collem Garebi.* 2. *versus collem Scabiosi.* id est, collem, in quo impuri, aut immundi quacunq; scabie, seu pfora extra oppidum relegati ex lege, habebant suas habitationes: quapropter etiam in eam partem deducebantur rei plectendi morte, in locum, qui dictus est in Euangelis Ghulgholtha, siue Caluarie

locus, quem constat ad occidentem vrbs extitisse: Terminat enim hic collis Ieruschalaima ab aquilone occasum versus.

ET CIRCVIBIT GOATHA.] Alij: 1. *re- flectet, seu vertet se.* subaudi, funis illinc. 2. *desceat Goham versus.* id est, Ab aquilone meridiem versus, vbi terminus occidentalis Ieruschalaimorum est habens à septentrione collem Garebi, seu scabiosi, & à meridie Goham. Est autem Goha arduus collis in parte exteriori ciuitatis Dauidis, terminum ab occasu & meridie finiens, fortasse ita dictus, quod ascensum haberet laboriosissimum. Nimirum à verbo *גוה יאגהג*, vel *גוה גהגהג*.


ET OMNEM VALLEM CADAVERVM, &c.] VERS. 40. Alij hunc versum ex Heb. explanant: *Et tota conuallis cadaverum ac cineris,* id est, valris raphæorum, & filiorum Hinnomi, vbi sacrificabantur liberi, & abibant in cineres, ut meminimus supra Cap. 7. v. 30. & alibi saepe. A Goha autem incipit reflecti terminus ab occidente ad meridiem per ea loca, quæ hinc nominantur: *cum omnibus agris illis, vsque ad torrentem Kidronis, ad angulum vsque portæ equorum.* de qua vide Nehem 3. v. 28. Ante hanc autem erat angulus ciuitatis Dauidis, qui introrsum reflectebatur à meridie aquilonem versus: *Orientem versus, erit sanctitas, seu Sancta,* hoc est, consecrata, dedicata *Iehoua: non extirpabitur, neque destruetur amplius in seculum, seu vnquam.* Quia Ecelesia in æternum stabit.

CAPVT XXXII.

Obsidente Nabuchodonosor Ierusalem, Ieremias in atrio carceris positus, agrum in Anathoth iussu Domini emit à suo patruelè, iubetque seruari librum emptionis: refert coram Domino beneficia Israelitis præstita: Dominus dicit se traditurum ciuitatem cum populo regi Babylonis propter illorum idololatriam, sed postea reuocaturum ipsos in Ierusalem, ac percussurum cum eis nouum fœdus ut sibi ex toto corde seruiant.


Vulg.

Malu.

1  Erbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedechie regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.

2 Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.

3 Clauserat enim eum Sedechias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hec dicit Dominus Maluenda, In libr. Isaia.

1  Erbum, quod fuit ad Iirmejahu de^a ad IHVH in anno^b decimæ^c Tzidkijahu regi Iehudah: ipse annus octo decem annus Nebuchadretzari.

2 Et tunc^d strenuitas regis Babelis coangustantes super Ierusalem: & Iirmejahu propheta fuit^e prohibitus in atrio^f custodiæ, & quæ domo regis Iehudah.

3 Quodⁿ prohibuit eum Tzidkijahu rex Iehudah, ad dicere; Quidⁱ cognitionis tu prophetans, ad dicere;

FFFF x Sic

a cum
b decimo
c darius,
ipsi Tzid-
kia sic
statim.

d virtus, co-
pia, exerci-
tus
e cohibitus,
coercitus,
conclusus
f obseruan-
tia
g vel quod
h ut v. 2
i causæ

minus : Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum : sed tradetur in manus regis Babylonis : & loquetur os eius cum ore illius : & oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et in Babylonem ducet Sedeciam : & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus. si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

6 Et dixit Ieremias : Factum est verbum Domini ad me, dicens :

7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens : Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth : tibi enim competit ex propinquitate ut emas.

8 Et venit ad me Hanameel filius patrum mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me : Posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Benjamin : quia tibi competit hereditas, & propinquus es ut possideas : Intellexi autem quoddam verbum Domini esset.

9 Et emi agrum ab Hanameel filio patrum mei, qui est in Anathoth : & appendi in argentum septem stateres, & decem argenteos.

10 Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes : & appendi argentum in statera.

11 Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.

12 Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasia, in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnis Iudæorum, qui sedebant in atrio carceris.

13 Et præcepi Baruch coram eis, dicens :

14 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Sume tibros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est : & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.

15 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel : Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.

Sic dixit Iehoua, Ecce ego dans urbem istam in manu regis Babelis, & capiet eam.

4 Et Tzidkijahu rex Iehudah non saluus euadet de manu Chaldæorum : quia ^k dari dabitur in manu regis Babelis, & loquetur os eius cum ore eius, & oculi eius, oculos eius videbuat.

5 Et Babelem ambulare faciet Tzidkijahu, & ibi erit vsque ad visitare me eum, ^l Fidelis sermo IHVH ^m quia incidetis ad Chaldæos, non perumpetis.

6 Et dixit Iirmejahu : Fuit verbum IHVH ad me ad dicere :

7 Ecce Chanamel filius Sallum patrum tui, veniens ad te, ad dicere : ⁿ Acquire tibi agrum meum, qui in Ghanathoth, quia ^o tibi iudicium redemptionis ad acquirere.

8 Et venit ad me Chanamel filius patrum mei, secundum verbum IHVH, ad atrium custodiæ, & dixit ad me, Acquire, obsecro, agrum meum, qui in Ghanathoth, quæ in terra Benjaminis, quia ^p tibi iudicium hæreditatis, & tibi ^q redemptio, eme tibi. Et cognoui quia verbum IHVH ipsum.

9 Et acquisiui agrum de ad Chanamelem filium patrum mei, qui in Ghanathoth : & libraui ei ^r argentum ; septem ficlos & decem argentum.

10 Et Scripsi in libro, & sigillaui, & ^s contestatus fui testes : & libraui argentum in ^t bilancibus.

11 Et accepi librum acquisitionis sigillatum præcepti & constitutorum, & deuolutum.

12 Et dedi ^u librum acquisitionis ad Baruchum filium Nerijah filij Maschsejah, ^v oculis Chanamelis ^x patrum mei, & oculis testium Scribentium in libro acquisitionis : oculis omnium Iehudæorum ^y habitantium in atrio custodiæ.

13 Præcepi ad Baruchum ^z oculis eorum, ad dicere :

14 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis ; ^a Accipere libros istos, librum acquisitionis istum, & sigillatum & librum deuolutum istum ; & dabis eos in vase testæ : correspondentiæ stabunt diebus multis.

15 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israëlis : Adhuc acquirentur domus, & agri, & vineæ in terra ista.

^k omnino, proculdubio tradetur

^l vide Genes. 22. 16. sic v. 30. ^m quum, si

ⁿ Eme.compara sic in sua vers. & vers. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 16. 25. &c. ^o ius redempturæ, vindictiarum

^p ius possessionis ^q redempturæ, vindictiæ

^r pecuniam : sic v. 20. 25. & 44. ^s testificatifici

^t vide Prover. 16. 11.

^u datius ante oculos. sic mox ^x filij patrum mei seu patruelis mei. ut v. 7. & 8. ^y confidentium, mantentium ^z ut v. 12.

^a Accipe, infinitivus. ^b datius ad correspondentiam

16 Et oravi ad Dominum, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens:

17 Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti calum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum:

18 Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos. Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi.

19 Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinventionum eius.

20 Qui posuisti signa & portenta in Terra Aegypti usque ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus, & fecisti tibi nomen sicut est dies haec.

21 Et eduxisti populum tuum Israel de terra Aegypti, in signis, & in portentis, & in brachio extento, & in terrore magno.

22 Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum ut dares eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum ut dares eis terram fluentem lacte & melle.

23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuae, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quae mandasti eis ut facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala haec.

24 Ecce munitiones exstructae sum aduersus civitatem, ut capiatur: & vrbs data est in manus Chaldaeorum, qui praeliantur aduersus eam, à facie gladij, & famis, & pestilentiae: & quaecumque locutus es, acciderunt, ut tu ipse cernis.

25 Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe testes: cum vrbs data sit in manus Chaldaeorum?

26 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

27 Ecce ego Dominus Deus vniversae carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum?

28 Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem istam in manus Chaldaeorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam:

29 Et venient Chaldaei praeliantes aduersus urbem hanc, & succendent eam

16 Et interpellare me feci ad IHVH post dare me librum acquisitionis ad Baruchum filium Nerijah, ad dicere:

17 Ahah Adonai IHVH, ecce tu fecisti caelos, & terram in virtute tua grandi, & in brachio tuo extenso: non arduabitur de à te omne verbum.

18 Faciens^c benignitatis^d millibus, & pacificans, ^f prauitatem patrum ad Sinum filiorum eorum post eos: & EL grandis, ^h Praualidus IHVH Tze-Baoth nomen eius.

19 Magnus consilij, & multusⁱ facinoris: quod oculi tui aperti super omnes vias filiorum Adami, ad dare viro secundum vias eius, & secundum fructum^k ludicrorum eius.

20 Qui posuisti signa & ^l prodigia in terra Aegypti, usque ad diem istam; & in Israele & in homine: & fecisti tibi nomen sicut dies ista.

21 Et exire fecisti populum tuum Israelem de terra Aegypti: in signis & in prodigiis, & in manu^m obtenta & in brachio extenso; & in timore grandi.

22 Et dedisti eis terram istam, quam iuramento-obstrictus-fuisti partibus eorum ad dare eis, terram fluentem lactis & mellis.

23 Et venerunt & ⁿ haereditauerunt eam, & non audiuerunt in voce tua, & in lege tua non ambulauerunt; omnia, quae praecipisti eis ad facere, non fecerunt: & ^o vocare fecisti ad eos ^p omne malum istud.

24 Ecce stratae venerunt urbem ad capere eam, & vrbs ^q data fuit in manu Chaldaeorum ^r incidentium super eam; de faciebus gladij, & famis, & pestis: & quod loquutus-fuisti, fuit, & ecce tu videns.

25 Et tu dixisti ad me Adonai IHVH, Acquire tibi agrum in argento, & ^t testificare fac testes: & vrbs tradita fuit in manu Chaldaeorum?

16 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu, ad dicere:

27 Ecce ego IHVH ELOHIM omnis carnis: an de à me arduabitur omne verbum?

28 Ad sic, sic dixit IHVH: Ecce ego dans urbem istam in manu Chaldaeorum, & in manu Nebchadretzaris regis Babelis, & capiet eam.

29 Et venient Chaldaei ^u incidentes super urbem istam, & conflagrare facient

^c beneficentia, pietatis
^d datus in millenos, millimos
^e reditens
^f gās, rependens
^g fecuritate, distortione, peruersitate
^h Fortissimus & Potentissimus Deus
ⁱ Fortis, heros, gigas
^k operis, actionis
^l vide c. 4. v. 4.
^m portenta, sic v. 21. ostenta
ⁿ forti, firma cor tibi corrobata

ⁿ iure hereditario possederunt

^o occurrere
^p tota malitia, afflictio, ista
^q vel est participium, traditur, sic v. 25.
^r pugnantium, praeliantium, cadentium

^t contestati, ut v. 10.

^u v. 24.

igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me.

30 Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua: filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, & dicit Dominus.

31 Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hac, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo.

32 Propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi & reges eorum, principes eorum, & sacerdotes eorum, & propheta eorum, viri Iuda & habitatores Ierusalem.

33 Et verterunt ad me terga & non facies: cum docerem eos diluculo, & erudirem, & nolent audire ut acciperent disciplinam.

34 Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam.

35 Et ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom, ut initarent filios suos & filias suas Molocho: quod non mandavi eis, nec ascendit in cor meum ut facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam.

36 Et tunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quod tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste.

37 Ecce ego congregabo de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.

38 Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnã, ut timeant me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filiis post eorum eos.

40 Et feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum ut non recedant à me.

cient urbem istam in igne, & comburent eam; & domos, quarum suffuerunt super tecta earum Baghali, & u^u fundere fecerunt^u fuerunt fusiones diis alienis, & correspondentiæ commouere me.

30 Quia fuerunt filij Israël & filij Iehudah^y veruntamen facientes^z malum in oculis meis de^a excelsuris eorum: quia filij Israël, veruntamen^b commouentes me in factura manuum suarum, Fidelis-sermo IHVH.

31 Quia super nasum meum, & super^c ardorem meum fuit mihi vrbs ista, ad de die, qua ædificauerunt eam, & vsque ad diem istam: ad discedere facere eam de super facies meas.

32 Super omnem malitiam filiorum Iehudah, quam fecerunt ad commouere me; ij, reges eorum, principes eorum, sacerdotes eorum, & prophetæ eorum: & vir Iehudah, & habitantes Ierusalaim.

33 Et^d faciauerunt ad me cernicem, & non facies: & docere eos, manicare, & docere; & non ij audientes ad accipere^e disciplinam.

34 Et posuerunt abominationes suas in domo, quam vocatum fuit nomen meum super eam, ad^f taminare eam.

35 Et ædificauerunt excelsa Baghalis, quæ in valle filij Hinom, ad transire facere filios suos & filias suas Molocho, quod non præcepi eos, & non ascendit super cor meum; ad facere abominationem istam: & correspondentiæ^g errare facere Iehudah.

36 Et nunc ad sic, sic dixit IHVH ELOHIM Israël, ad urbem istam, quam vos dicentesⁱ datam in manu regis Babelis, in gladio, & in fame, & in peste.

37 Ecce ego congregans eorum de omnibus terris, quibus impellere feci eos sibi, in naso meo, & in^l ardore meo, & in efferuescentia grandi: & reuertere faciam eos ad locum istum; & habitare faciam eos^m confidentiæ.

38 Et erunt mihiⁿ populos: & ego ero eis^o ELOHIM.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnã ad^p timere me omnibus diebus: & bono eis, & filiis eorum post eos.

40 Et^r excindam eis fœdus æterni, quod non reuertar de post eos ad benefacere me ad eos: &^s timorem meum dabo in cordibus eorum ad^t nequam discedere de super me.

41 Et labor super eis, cum bene eis fecero. & plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo: & in tota anima mea.

42 Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.

43 Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos dicitis quod deserta sit, eo quod non remanserit homo & iumentum, & data sit in manus Chaldaeorum.

44 Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur: in terra Benjamin, & in circuitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

41 Et gaudebo super eos ad benefacere ad eos: & plantabo eos in terra ista in fide: in omni corde meo, & in omni anima mea.

42 Quia sic dixit IHVH; secundum quod venire-feci ad populum istum omne malum grande istud: sic ego venire-faciens super eos omne bonum, quod ego loquens super eos.


43 Et acquiretur ager in terra ista: quam vos dicentes, Afflatio ipsa de non homine & animali, data fuit in manu Chaldaeorum.

44 Agros in argento acquirent, & scribere in libro, & sigillare, & contestari testes in terra Benjaminis, & in circuitibus Ierusalem, & in vrbibus Iehudah, & in vrbibus montis, & in vrbibus humilitatis, & in vrbibus meridiei: quia reuertere-faciam captiuam-abductionem eorum, Fidelis-sermo IHVH.

u veritate, firmitate, stabilitate

* Afflatus, afflata stupa de desolatio y bestia, iumento x traditam, ut v. 36. a ut v. 10.

b depressio nis, planities



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERBVM QVOD FACTVM EST, &c.] Huius, inquit, capituli partes sunt quatuor; prima est, inscriptio, narrationem continens temporis & occasionis huius prophetiæ, quinque versibus: secunda est, propositio summa narrationis typicæ & promissionis Dei, vsque ad vers. 16. tertia est, expositio prophetæ cum Deo, vsque ad vers. 26. postrema confirmatio, inde ad finem vsque.

IN ANNO DECIMO.] Hebr. est singularis loquutio, nam annus est in regimine, quamuis in margine sine regimine legatur, in anno decimo. quam ego non capio, ferè tamen omnes sine syntaxi exponunt, anno decimo Tzidkijæ regi Iehudæ. is erat secundus obsidionis, nam vrbs obsideri cœpta anno nono Tzidkijæ 2. Reg. 25. v. 1.

IPSE EST ANNVS DECIMVS OCTAVVS NABVCHODONOSOR.] vide Notas in c. 25. vers. 1.

VERS. 2.

ERAT CLAVSVS IN ATRIO CARCERIS, QVI ERAT IN DOMO REGIS IYDA.] Hebr. fuit conclusus in atrio custodia, quæ erat in domo regis Iehudæ. Quidam putant esse verborum inuersionem, in custodia seu carcere, qui erat in atrio palatii. De hac custodia vide Nehem. 3. vers. 25. Sic infra vers. 8. & 12.

VERS. 3.

ECCE EGO DABO CIVITATEM ISTAM.] Alij: Ecce ego traditurus sum civitatem hanc, &c. vide Complementum, 2. Regum, & 2. Paralipomen. vltimis capitibus, & infra cap. 39. & 52.

VERS. 4.

ET LOQVETVR OS EIVS, &c.] Alij:

& alloquetur os illius Babylonij, eum Tzidkijam in os, & oculi huius, Tzidkijæ, oculos illius Babylonij videbunt.

DONEC VISITEM EVM.] per mortem. infra cap. 34. v. 5. VERS. 5.

SI AVTEM DIMICAVERTIS CONTRA CHALDÆOS, NIHIL PROSPER HABEBITIS.] Alij: 1. quod si pugnam inieritis cum Chaldeis, non prosperè vobis cedit. 2. quod pugnatis contra Chaldaeos, non prosperabimini.

ECCE HANAMEEL FILIVS SELLVM PATRVELIS TVVS, &c.] Alij: Ecce Chanameel filius Schallumi patris tui, &c. Secunda hæc pars, propositio, continet narrationem typi diuinitus imperati, vsque ad vers. 15. deinde usum illius, vers. 15.

TIBI ENIM COMPETIT EX PROPINQVITATE VT EMAS.] Alij: 1. nam tu ius habes redimendi, & emendi. 2. nam tuum est ius redemptura, ut compares. ex lege Leuit. 25. vers. 32. & sequentibus. Sed in Lege Leuit. 25. vers. 34. manifestissimè cauetur, ne ager suburbanus ciuitatum Leuitarum vendatur: quia possessio perpetua est eis. vnde appositè mihi videntur existimare illi, qui aiunt hunc agrum à Chanamele venditum, & a Iirmeia emptum, non fuisse agrum suburbanum, sed prædium vrbis, id est, ædificium aliquod intra vrbem cum horto olitorio satis amplo: alioquin cum vterque & Chanamel, & Iirmeia Leuita esset, non potuisset ille vendere, nec iste emere: nisi forte quis cogitet sacerdotes, ut isti erant, ab ea Leuitarum lege exemptos, & lege communi vsos, de qua Leuit. 25. vers. 49. Notant autem in hoc versu esse apoliopelin, qua

VERS. 5.

VERS. 7.

qua

qua reticet propheta mandatum Dei, quod sequente versu exprimitur, ne idem bis repetendum esset.

VERS. 9.

ET APPENDI EI ARGENTVM SEPTEM STATERES, ET DECEM ARGENTIOS.] Hebr. & *appendi ei argentum*, siue pecuniam, *septem siclos*, & *decem argentum*, seu argenti. quidam subaudiunt, & *decem argenti* minas. id est, septem siclos & decem minas argenti, & cum mina contineat 60. siclos, Ezech. 45. vers. 12. Summa empti agri erit, septem, & 600. siclorum, qui efficiunt 2400. regalia Castellana: quæ videtur iusta summa agro emendo. Plerique tamen simpliciter reddunt: & *appendi ei pecuniam septemdecim siclos argenti*. id est, 68. regalia Castellana, quod sanè pretium exiguum est comparando agro, nisi aut ager parvus esset, aut ita vñtatum illis temporibus, aut obsessis Ierusalaimis vilis agri in Iudæa venderetur: fecus quam factum fuit Hannibale circumsedente Romam, vt narrat Lilius lib. 26. cap. 11.

VERS. 11.

ET SCRIPSI IN LIBRO, &c.] *Et Scribens in litteris obsignavi, & contestatus sum testes*, seu *adhibui testes*, vt Iſai. 8. vers. 2. Sic deinceps; *quum appendissem pecuniam trutinã*, vel *ad bilancem*.

IN LIBRO.] in charta, syngrapha; litteris, Instrumento publico. Sic in sequentibus.

VERS. 10.

ET ACCEPI LIBRVM POSSESSIONIS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Et accepi litteras emptionis obsignatas iuxta preceptum & ritum*, seu *conditiones*, subaudi contractus emptionis, Leuit. 25. *simulque descriptum*, vel *apertum*, seu *aperas litteras*, vulgo vocant *copiam*, seu *translatum*. Notant Hebræi in eiusmodi contractibus emptionum & venditionum, duo Instrumenta fieri solita, alterum clausum & obsignatum sigillo publico ad faciendam fidem in iudicio; alterum apertum, vt omnibus legendum posset exhiberi, eiusdem prorsus exempli cum altero, vt ex vers. 14. infra clarius apparet. 2. *Deinde sumens litteras emptionis, tum obsignatas, precepti & statutorum*, id est, in quibus litteris obsignatis continebantur cum discreta narratio mandati, quod propheta à Deo acceperat, tum accurata descriptio singularum cautionum ad iura priuati contractus pertinentium: *tum patentes*, seu *publicas*, id est, fide publica confirmatas à magistratu, ad ratihabitionem priuati contractus. 3. *Accepi post hæc librum emptionis illius signatum, secundum preceptum & consuetudines legis*, vel *obsignatum pro more & ritu eiusmodi contractuum, & librum apertum*, seu *patentem*, vulgo vocant *copiam*, seu *duplicatum*.

ET SIGNA FORINSECVS.] Hebr. & *euolutum; reuelatum, manifestum, apertum, patentem*. Noster intellexit conuolutam, & obsignatum extrinsecus. Sic vers. 14.

VERS. 14.

SUME LIBROS ISTOS, &c.] Alij: *Sume litteras has; litteras emptionis has, cum obsignatas, tum litteras publicas hæc, quas reponas in vase testaceo, vt permaneant dies multos*. 2. *Accipe istas litteras, nempe instrumentum istud emptionis signatum, & descriptum, seu apertum*

istud aliud instrumentum & impone in vas testaceum, vt ibi maneant diebus multis, siue *vt ibi stent*, id est, seruentur, siue durent, multo tempore.

ADHVC POSSIDEBVNTVR DOMVS ET AGRI, &c.] volunt hoc versu esse explanationem typi, quasi eò significare voluerit diuturnam & multorum annorum futuram captiuitatem: & certissimam restitutionem ac possessionem terræ, vt contractus emptionum & venditionum domorum, agrorum, &c. certissimè sint futuri vt ante. vide infra vers. 43. & 44. Quidam reddunt: *Adhuc comparabuntur domus & agri vineaque in terra hæc*, quasi dicat, post tempus à Deo constitutum, mihi futuræ sunt ex litteræ vsui: est autem hic anagoge typi.

ET ORAVI AD DOMINVM POSTQVAM, &c.] Alij: *Et oravi Iehouam postquam dedissem litteras emptionis Baruco, &c.* Transitio ad tertiam partem, scilicet, expostulationem, vt diximus in vers. 1.

HEV, HEV, HEV, DOMINE DEVS.] Hebr. vna tantum interiectio. *Eheu Domine Iehouah, &c.* Expostulatio hæc, inquit, duo continet, narrationem bonitatis & beneficentiæ Dei erga suos, vsque ad vers. 25. & expositionem præsentis ac futuri iudicij contra Iudæos, quod conqueritur propheta non satis cum typo imperato conuenire, vers. 23. & duobus sequentibus. Hic, quia duo Dei nomina coniunguntur ADONAI & IHVH, posterius hoc ex punctis affixis legunt Iehovi, & hanc enuntiationem volunt grauissimis affectibus inferuire: vide in Genes. 25. vers. 2. sed potius enuntiandum ELOHIM, cuius nominis puncta illa sunt, monuimus in Genes. 2. v. 4. Sic infra vers. 25.

NON ERIT TIBI DIFFICILE OMNE VERBUM.] Hebr. *non arduum, difficile, impossibile, erit à te omne verbum*. Non dubito ad hunc locum respexisse angelum Luca 1. v. 37. (*Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*) vide in Genes. 18. v. 14. Alij hæc reddunt: *nec est absconditum, velatum à te quidquam*. 2. *non latet te vlla res*, quasi dicat, tu es rerum futurarum scientissimus: quare declara mihi, cur iusseris me agrum emere vrbe hac obsessa & breui ventura in hostium potestatem cum tota Iehudæa. 3. *non potest occultari tibi vlla res*, quasi dicat, fateor quidem (prout omnium scientiam obtines) te videre istud. sed ego plane non video, quo pacto hæc se habitura sint, nempe illa, *Adhuc comparabuntur domus, & agri, vineaque in terra hæc*. Sed prior ille sensus est aptior Nihil tibi Domine difficile est arduum, aut impossibile: sed quomodo id fieri possit, ego nondum cerno, sic infra vers. 27.

IN SINVM FILIORVM BORVM.] vide in Psal. 78. v. 12.

ET INCOMPREHENSIBILIS COGITATV.] Alij ex Heb. 1. & *amplius actione* 2. & *magnificus opere*. 3. *multus adinventionis vox* גְּבִילֵי־חַיִל ghaliliyah alibi in Scriptura non legitur: mihi eorum non displicet sententia, qui vocem compositam esse volunt ex גְּבִילֵי־חַיִל ghalilah, opus, actio, studium, molimen, facinus; &

& nomine Dei *Yah*, quasi dicas, & multus, amplius, magnificus studio, opere, facinore Dei, siue divino, ac si dicat, multa & infinita opera, patrat diuina, & sibi propria, quæ nullus alius præstare potest.

CVIVS OCULI APERTI SVNT SVPER OMNES VIAS FILIORVM ADAM.] Alij: cum oculi tui aperti spectent in omnes vias hominum, id est, in omnes actiones, studia, rationes, &c. minum.

VERS. 20. ET IN ISRAEL, ET IN HOMINIBVS.] Heb. & in Israele & in homine. Quidam cum in Israele, tum in reliquis hominibus.

ET FICISTI TIBI NOMEN SICVT EST DIES HÆC.] Alij: 1. fecisti tibi nomen, ut est hodie 2. comparasti tibi nomen, quale est hodierno die. Facere pro comparare, acquirere, vt in Genes. 12. v. 5. & Deuteron. 8. v. 17. & 18.

VERS. 24. ECCE MVNITIONES EXTRVCTÆ SVNT ADVERSVS CIVITATEM VT CAPIATVR.] variè alijs ex Heb. 1. Ecce vel certe, catapultæ, seu ballistæ venerunt, seu admotæ sunt, ad murum vrbs, ad capiendum eam seu seu vt ipsa capiatur, id est, ingentes illæ machinæ, quibus saxa prægrandia in muros torqueri & iaculari solent vt eos deiciant, iam mœnibus admotæ sunt: 2. Ecce arietibus ingressi sunt civitatem, &c. 4. Ecce tormenta venerunt in civitatem, &c. 5. Hispanicus Interpres: He qui que con trabucos an entrado la ciudad, para tomarla. 6. Ecce aggesta moles venerunt in civitate hanc ad capiendum eam, סוללות solaloth, inquit Fosterus, [Significat munitiones, seu instrumenta bellica, qualia sunt arietes, seu ballistæ, quibus ex aggeribus muri civitatum sternebantur.] De quibus plura apud eos qui Pœlioretica Scripserunt, Lipsium, Steuuechium, &c. vide de ea voce in 2. Samuel. 20. v. 15. & 2. Reg. 19. v. 32 sic infra cap. 33. v. 4.

ET VRBS DATA EST IN MANVS CHALDÆORVM, QUI PRÆLIANTVR ADVERSVS EAM, A FACIE GLADII, &c.] Alij: & civitas traditur in manum Chaldæorum, qui oppugnant eam, propter gladium, & famem ac pestem: id est, traditur in manum Chaldæorum propter gladium, & famem, & pestem quæ grassantur in ea, traditur vi gladij, famis & pestis, quasi dicat, capietur hæc vrbs à Chaldæis, sed fame & peste prius afflicta, & gladio hostili. Longam obsidionem ista comitantur. sic infra vers. 36 denique quod proloquitus es, fit, ut ecce tu vides Quidam: & qui quid loquutus es, per prophetas tuos, euenit; id quod tu vides.

VERS. 26. ET FACTVM EST, &c.] Alij: Fuit verò verbum Iehoua ad Iirmeam, dicendo. Transiit ad quartam partem capitis, vt diximus in vers. 1. nimirum confirmationem præcedentis typi atque prophetiæ, qua Deus primùm ius & scientiam totius administrationis sibi arrogat, sequente versu: deinde iudicium suum iustissimum in Iudæam asserit, vsque ad vers. 36. ac postremò promissiones confirmat à se nihilominus effectum iri, inde ad nem capitis.

VERS. 27. ECCE EGO DOMINVS DEVS VNIVERSÆ MALVENDA; In libr. Ierem:

CARNIS, &c.] Alij: Ecce ego sum Iehoua Deus omnis carnis: an mihi occultari posset vlla res.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS, ECCE EGO TRADAM CIVITATEM ISTAM, &c.] Alij: Idcirco sic ait Iehoua, Ecce ego tradam civitatem hæc in manum Chaldæorum, &c. secunda hæc confirmationis pars est hyperbatice: nam cœpit Deus dicere, Idcirco, id est, vt cognoscas me effecturum esse promissiones meas, & inter ponit longum hyperbaton confirmationis iustissimi iudicij sui in Iudæos: quapropter in regressione eadem particula, Idcirco, repetitur finito hyperbato; infra vers. 36.

QVIA IN FVRORE, ET IN INDIGNATIONE MEA, &c.] Hunc versum alijs ex Heb. reddunt. 1. Quia & irritamentum fuit mihi vrbs ista furoris atque ira mea, ab eo die, quo eam edificauerunt, vsque in hunc diem, vt iure eam tollam à conspectu meo. 2. Quia in iram meam & in excandescentiam meam incumbit mihi, pleonasmus ad maius sententiæ incrementum; civitas hæc, ex quo die edificauerunt eam vsque in diem hunc, vt amoveam ipsam à faci mea, Heb. ex verbo: Quia super nasum meum & super astum meum fuit mihi vrbs ista. Hispanicè sempre la tuue sobre mis narizes, id est semper mihi iræ & indignationi fuit. Alio sentu, Superavit hæc civitas semper iram meam, & excandescentiam meam, id est, non tantum illi iræci possum, quantum ipsa meretur. Ingens hyperbole.

ET VERTERVNT AD ME TERCA, ET NON FACIES, &c.] Alij: Quia obuerterunt mihi cervicem, non autem faciem, vt supra cap. 2. v. 27. & docenti eos, mane surgendo, & docendo seu inde à diluculo indesinenter, minime auscultant ad percipiendum eruditionem, vide de hac loquutione supra Cap. 26. v. 5. 2. aduerterunt mihi cervicem, non faciem: quumque eos mane surgendo & docendo docerem, non paruerunt iri, vt disciplinam reciperent, id est, vt rescipiscerent.

ET POSVERVNT IDOLA SVA, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. stercora sua posuerunt in Edem nomini meo sacratam, vt eam polluerent. 2. Sed posuerunt abominationes suas in domo, quæ vocatur de nomine meo, vel cui nomen meum est impositum, id est, vocatur Domus Iehouæ, ad pollendum eam, vt supra cap. 23. v. 11. vide. 2. Reg. 23. v. 4.

QVÆ SVNT IN VALLE FILII HINOM.] vide supra cap 7. v. 30 Moloch Heb. ipsi Moloch de quo vide Leuit. 18. v. 21.

ET NVNĀ PROPTER ISTA, &c.] Hunc versum alijs reddunt: Nunc, inquam, idcirco sic ait Iehoua Deus Israelis, de civitate hac, quam vos dicitis tradi in manum regis Babiloniæ, gladio & fame ac peste. Regressio ad promissionem cœptam supra vers. 28. cuius promissionis duæ sunt partes, vna Evangelica pertinens ad Catholicam Ecclesiam Christi, vsque ad vers. 43. altera singularis de reuersione Iudæorum, duobus vitiis.

ECCE EGO CONGREGABO EOS DE VNIVERSIS TERRIS, &c.] vaticinium de institutione Ecclesiæ ex reliquiis Israelis &c. Ggg Iehu

Iehudæ, vt supra cap. 23. vers. 3.

ET INDIGNATIONE GRANDI.] *קֶטֶף ketzeph est proprie, effruescencia, feruor, ira feruens, ebulliens, spumans, subita.*

VERS. 38. ET ERVNT MIHI IN POPVLVM, &c.] vide supra cap. 24. v. & cap. 31. v. 33.

VERS. 39. ET DABO EIS COR VNVM.] Alij: *Indam enim illis cor vnum, &c. vide supra cap. 31. vers. 33. & Ezechiel. 11. vers. 9. & Actor. 4. vers. 32.*

ET VIAM VNAM.] Exponunt, id est, eandem rationem timendi me, nempe Spiritu sancto misso, vel viam vnã, id est, legem, doctrinam, institutum, Euangelium, vt appellatur in Actis apostolorum saepe, præsertim cap. 18. v. 25. & 26.

VERS. 40. ET FERIAM EIS PACTVM SEMPITERNVM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: 1. *Et excidam eis fœdus sæculi, nam non reuertar de tergo illorum, vt bene faciam illis, vel, quod non retrò ab eis abscidam quo minus benefaciam eis; sed timorem meum dabo in cor eorum, vt à me non deficiant. 2. Et pangam ipsis fœdus perpetuum, fore vt non auertam me a prosequendis ipsis, benefaciendo ipsis: & reuerentiam mei indam animo ipsorum, vt non recedant à me.*

ET TIMOREM MEVM DABO IN CORDIBVS EORVM.] id est, reuerentiam, venerationem, cultum, religionem erga me vel legem meam, metonymicè, quæ continet timorem Iehouæ, vt Psalm. 18. vers. 10.

VERS. 41. EE LÆTABOR SVPER EIS, &c.] Nonnulli hunc versum ex Heb. conuertunt: *Ita gaudebo de ipsis, benefaciendo ipsis quum plantauerò ipsos in terra hac in firmitate, seu firmè, ex*

VERS. 42. *totq̃ corde meo, & ex tota anima mea, id est,*

penitus ex animo, ex summa beneuolentia.

QVOD EGO LOQVOR AD EOS.] vel *erga eos: Alij: Quod ego promitto ipsis vt Genes. 18. VERS. 43. v. 19.*

ET POSSIDEBVTVR AGRI IN TERRA ISTA, &c.] Quidam hunc versum ita exprimunt ex Heb. *Tua*, id est, quum incipiam præstare has promissiones meas, reducendo populum ex captiuitate Babylonis: nam duos istos postremos versus esse de reuersione Iudæorum, & res ipsa docet, & supra monuimus in v. 36. *comparabitur ager in terra hac, quam vos dicitis desolatam esse, adeo vt nullus insit homo aut inuentum, traditam esse in manum Chaldæorum.*

AGRI EMENTVR PECVNIA, &c.] Hunc versum ex Heb. alij efferunt: 1. *Agros, in quam, argento ement, scriptis instrumentis, signatis, & testibus adhibitis, in terra Biniaminis, & per circuitum Ierusalaim, per vrbes Iehudæ, per oppida montana, per ciuitates campestris, & per vrbes, quæ ad meridiem sunt: reducam enim captiuitatem eorum, dictum-ceruum, & indubitatum, Iehoue. 2. Agros pecunia comparabunt, & inscribendo litteris, & ob-signando, atque adhibendo testes: confer cum vers. 9. & 10. supra: in terra Biniaminis, & in circumiacentibus locis, Ieruschalaima, ac in ciuitatibus Iehudæ, cum in ciuitatibus montanis, tum in ciuitatibus humilis regionis, tum in ciuitatibus plage australis; quum reduxero captiuam multitudinem illorum, dictum Iehoue. Exponunt, id est, in toto regno Iehudæ, cuius fuerunt partes Biniamin & Iehuda, De hac autem distributione urbium montanarum, campestrium, & australium Iehudæ, vide in Iosue. 15. fusè.*

CAPVT XXXIII.

Promittit Dominus se dimissurum peccata populi sui, & à captiuitate reducturum, multis beneficiis subsequentibus: germinabit David germen iustitiæ faciens iustitiam & iudicium in terra: firmissimum est pactum Domini cum David & semine Iacob vehementer multiplicando.

Vulg.


1  *factum est verbum Domini ad Ieremiam secundò, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens:*

2 *Hæc dicit Dominus qui factururus est, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius.*

3 *Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, & firma, quæ nescis.*

4 *Quia hæc dicit Dominus Deus Israel*

Malu.

1  *fuit verbum IHVH ad Iirmejahu^a secunda: & ipse adhuc is^b præualitus in atrio^c custodiae, ad dicere:*

2 *Sic dixit IHVH, d^d faciens eius: IHVH formans eam, ad^e apparare eam, IHVH nomine eius.*

3 *Voca ad me, f^f & respondi te, & annuntiaui tibi grandia, & munita, non cognouisti ea.*

4 *Quia sic dixit IHVH ELOHIM Israclis*

^a secunda vice. ^b secundo. ^c iterum: ^d præualidatus, ^e validatus, ^f conclusus, ^g cohibitus, ^h obseruatus: ⁱ vide c. 32. 2. ^j factor ^k dirigere, ^l ratificare, ^m stabilire ⁿ vt respondeam tibi & annuntiet

ad domos urbis huius, & ad domos regis Iuda, qua destructa sunt, & ad munitio-
nes, & ad gladium:

5 venientium ut dimicent cum Chal-
daei, & impleant eas cadaueribus homi-
num, quos percussi in furore meo & in in-
dignatione mea, abscondens faciem
meam à ciuitate hac, propter omnem
litiam eorum.

6 Ecce ego obducam eis cicatricem &
sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis
deprecationem pacis & veritatis.

7 Et conuertam conuersionem Iuda, &
conuersionem Ierusalem: & aedificabo eos
sicut à principio.

8 Et emundabo illos ab omni iniquitate
sua, qua peccauerunt mihi: & propitius
ero cunctis iniquitatibus eorum. in qui-
bus deliquerunt mihi, & spreuerunt me.

9 Et erit mihi in nomen, & in gaudium,
& in laudem, & in exultationem cunctis
gentibus terra, qua audierint omnia bo-
na, qua ego facturum sum eis: & pau-
bunt, & turbabuntur in uniuersis bonis,
& in omni pace, quam ego faciam eis.

10 Hec dicit Dominus: Adhuc audietur
in loco isto (quem vos dicitis esse de-
sertum, eo quod non sit homo nec iumen-
tum: in ciuitatibus Iuda, & fortis Ieru-
salem, qua desolata sunt absque homine,
& absque habitatore, absque pecore.)

11 Vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsæ
& vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini
Domino exercituum, quoniam bonus
Dominus, quoniam in æternum miseri-
cordiæ eius: & portantium vota in do-
mum Domini: reducam enim conuersionem
terra sicut à principio, dicit Domi-
nus.

12 Hec dicit Dominus exercituum: Ad-
huc erit in loco isto deserto absque homi-
ne, & absque iumento, & in cunctis ciui-
tatibus eius, habitaculum pastorum ac-
cubantium greges.

13 In ciuitatibus montuosis, & in ciui-
tatibus tampestribus, & in ciuitatibus
qua ad Austrum sunt; & in terra Benia-
min, & in circuitu Ierusalem, & in
ciuitatibus Iudæ, adhuc transibunt gre-
ges ad manum numerantis, ait Dominus.

14 Ecce dies venient, dicit Dominus:
& suscitabo verbum bonum, quod locutus
Maluenda, In libr. Ierem.

raelis super domos urbis istius, & super
domos regum Iehudah & demolitas ad
stratas, & ad gladium.

5 Venientes ad^h incidere ad Chal-
daeos, & ad implere eas ad cadauera
hominis, quos percussi in naso meo, &
in ardore meo: & quorum abscondi-
facies meas de ciuitate ista, super om-
nem malitiam eorum.

6 Ecce ego ascendere-faciens ei^l lon-
gum, & sanationem, & sanabo eos; &
deuoluam eis suauem-exorationem
pacis & fidei.

7 Et reuertere-faciam captiuam-ab-
ductionem Iehudah, & captiuam-ab-
ductionem Israelis: & aedificabo eos
sicut in prima.

7 Et mundabo eos de omni prauita-
tate eorum, qua errauerunt mihi: &
condonabo omnibus prauitatibus eo-
rum; quibus errauerunt mihi, & qui-
bus transgressi fuerunt in me.

9 Et erit mihi nomini, gaudium, extol-
lentia, & decori, omnibus gentibus
terra: quæ audient omne bonum,
quod ego faciens ad eos, & expaues-
cent, & commouebuntur super omne
bonum, & super omnem pacem, quam
ego faciens ei.

10 Sic dixit IHVH, Adhuc audietur
in loco isto, quem vos dicentes, sic-
catus ipse de non homine, & de non
animali: in urbibus Iehudah, & in pla-
teis Ierusalaim afflatis de non homi-
ne, & de non habitatore, & de non
animali;

11 Vox gaudij, & vox lætitiæ, vox
sponsæ, vox dicentium, Confitemini
IHVH TZEBAOth, quia bonus IHVH,
quia æterno benignitas eius; veni-
re-facientes Confessionem domum
IHVH; quia reuertere-faciam capti-
uam-abductionem terræ, sicut in pri-
ma, dixit IHVH.

12 Sic dixit IHVH TZEBAOth, Ad-
huc erit in loco isto siccato de non ho-
mine & vsque ad animal, & in omni-
bus urbibus eius, nomus pastorum
accubare-facientium ouem.

13 In urbibus humilitatis, & in vrbi-
bus meridiei: & in terra Benjaminis, &
in circuitibus Ierusalaim, & in urbibus
Iehudah; adhuc transibunt ouis su-
per manum numerantis dixit IHVH.

14 Ecce dies venientes, Fidelis-
sermo IHVH, & surgere-faciam verbum
bonum,

g passim, die-
ruras, def-
structas, diffi-
paras
h pugnare,
præliari
i æstu iræ
exca def-
centia
x quod

l longiudi-
nem

m veritatis,
firmitatis
constantia,
stabilitatis
n vt antea,
sic v. 11.

o curitate, l
distorcione,
perueritate
sic statim
p deliquere-
runt, erraue-
runt sic mox
q parcam,
indulgebo

r contremil-
cent

s desolatus,
deuastatus,
deficcatus
t bestia, iu-
mento sic
statim
u vicis, foras
neis
x stupende-
desolatus
y Celebrare,
laudate, gra-
tias agite
z datus, in
æternum, in
sæculum
a beneficen-
tia, pietas
b quum
c huius
terra

d vt v. 10.

e vt v. 10.
f vide in
Exod. 16. 13.
g pecus,
gregem

h vt v. 12.
i subduca-
tis, subtra-
hentis sup-
putantia
k vide in Ge-
nes. 22. 16.
certa dicta

sum ad domum Israel & ad domum Iuda.

15 In diebus illis, & in tempore illo, germinare faciam David germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

16 In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster,

17 Quia hæc dicit Dominus: Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel.

18 Et de sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocausta & incendat sacrificium, & cadat victimas omnibus diebus.

19 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

20 Hæc dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non sit dies & nox in tempore suo:

21 Et pactum meum irritum esse poterit cum David seruo meo, ut non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & Sacerdotes ministri mei.

22 Sicut enumerari non possunt stelle celi, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen David serui mei, & Leuitas ministros meos.

23 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

24 Numquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiecta sunt: & populum meum despexerunt, eo quod non sit ultra gens coram eis?

25 Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges celo & terra non posui.

26 Equidem & semen Iacob & David serui mei projiciam, ut non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob: reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

bonum, quod loquutus fui ad domum Israelis, & super domum Iehudah.

15 In diebus iis, & in tempore ipso germinare faciam Dauidi germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

16 In diebus iis saluabitur Iehudah; & salaim ^lscenitabit ^m confidentiæ: & istud quod vocabuit ei, IHVH iustitia nostra.

17 Quia sic dixit IHVH: Non excindetur Dauidi vir sedens super solium Domus israelis.

18 Et ^a sacerdotibus Leuitis non excindetur de ad facies meas, ^o ascendere faciens ascensionem, & suffire faciens P minchah, & Sacrificium omnibus diebus.

19 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejah, ad dicere:

20 Sic dixit IHVH: Si labefacti bitis fœdus meum ^q diei, & fœdus meum ^r noctis: & ad ^f nequaquam esse ^t diem & noctem in tempore eorum:

21 Etiam fœdus meum labefactari fiet ad Dauidem seruum meum, de esse ei filium regnantem super solium eius: & ad Leuitas Sacerdotes ministros meos.

22 Quod non numerabitur militiæ cælorum, & non mensurabitur arena maris: Sic multiplicabo semen Dauidis serui mei, & Leuitas ministrantes ad me.

23 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejah, ad dicere:

24 An non vidisti quid populus iste loquuti fuerunt, ad dicere: Duas familias, quas elegit IHVH in eis, & fastidiuit eas: & populum meum ^u incessent, de esse ^x adhuc gentem ^y faciebunt eorum.

25 Sic dixit IHVH, si non fœdus meum ^z diei, & noctis: constituta cælorum & terræ non posui:

26 Etiam semen Iaghakobi, & Dauidis serui mei fastidiam, de accipere de semine eius dominantes ad semen Abrahami, Iischaki, & Iaghakobi; ^a quia reuertere faciam captiuam abductionem eorum, & inuiscerabo eos.

l tabernaculabit, com habitabit
m datiuus, ad confidentiam, secure, tuto

n datiuus, ut sequens
o offerens holocaustis


p oblatione, munus, sacrificium farinaceum

q d-die
r de nocte
s neutiquam, nõ omnino
t tota diem

u insecta buntur: videtur in Num. 14. 11.

x ultra, amplius
y datiuus, ad faciem
z totius diei, vel de tota die, & nocte, ut v. 20.

a quom b in viscera condit, visceribus miserere dicitur complectar



COMMENTARIA.

VERS. I.



FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM SECvNDò, &c.]

Alij: *Fuit autem verbum Iehoua ad Iirmeiam secundò, &c.* Hæc, inquit, propheta etsi eadem argumento cum superiore est, diuersa tamen est tempore, vt inscriptio docet, vers. 1. Sunt autem partes illius quatuor, prima est, exordium, v. 2. & 3. Secunda, propositio prophetiæ, inde ad vers. 19. tertia confirmatio, inde ad vers. 23. postrema, confutatio, reliquis versibus Capitis.

QVVM ADHVC CLAVSVS ESSET IN ATRIO CARCERIS.] Alij: *quum ipse adhuc detineretur in atrio custodia.* de quo supra cap. 32. vers. 2.

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS.] Hebr. *Sic dixit Iehouab, &c.* Huius, inquit, exordij (quo Deus propositionis sequentis fundamenta proponit) duo sunt loci; vnus à persona Dei promissiones præstituri ex natura & fœdere suo, hoc versu; alter à persona Iudæorum; quum fuerint comparati ad percipiendum Sanctæ liberationem suam, versu sequente.

QVI FACTVRVS EST ET CONFIRMATVRVS ILLVD, ET PARATVRVS.] Hebr. *faciens eam, Iuhb formans eam, ad apparare eam.* Alij: *qui facit eam, Iehoua, qui format eam vt stabiliat illam.* scilicet Ierusalaim, vel Iudæam, hoc est, Ecclesiam, allegorice. id est, magnificaturus & amplificaturus est eam; aucturus dignitatibus & honoribus. ad hæc formaturus & ficturus est eam, vt firmet, disponat, præparet eam; hoc est, innouaturus, instauraturus, præparaturus, adornaturus est illam. Plerique tamen affixa fœminea cum Nostro? pro neutris accipiunt, vsu linguæ: 1. *qui facit hoc, Iehoua, qui format hoc, vt præparet hoc.* 2. *facturus istud,* quod deinceps promissurus est, *Iehoua formans istud ad stabilindum ipsum.* vt Isaia 46. vers. 11.

DOMINVS NOMEN EIVS.] Hebr. *Iehouab nomen eius.* Alij: *Iehoua nomine.*

VERS. 3.

CLAMA AD ME, ET EXAUDIAM TE, &c.] Alij: *Inuoca me, & respondebo tibi, &c.* Secundus locus exordij, per exhortationem expressus.

ET FIRMA.] BETZVRÖTH, propriè, *munita.* quidam: *fortia,* id est, difficilia intellectu. Alij: *ardua, recondita, abstrusa, secreta,* quasi sigillo munita; vt vulgo dicunt.

QVÆ NESCSIS.] *qua non agnoscis.* id est, præ infirmitate non potes cernere, attendens ad præsentia mala, & illis veluti caligine quadam excæcatus, vt ipse Iirmeia confessus fuerat, supra cap. 32. v. 17.

VERS. 4.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Hunc versum ita quidam ex Hebr. reddunt: *Nam sic ait Iehoua Deus Israelis, de familiis ciuitatis huius, & de familiis regum Iehuda, demolieudis, exponendis in catapultis, seu in mis-*

silia catapultaria, vt 2. Reg. 19. vers. 32. & in gladium. Huius propositionis prophetiæ primum subiectum (vt ita dicamus) exponitur duobus versibus: deindè promissio per prolepsin, vers. 6. quæ postea exornatur vers. 7. Sed nihil hic necesse domos vertere in familias, cum rectè domus propriè materiales intelligi possint.

DOMOS REGIS.] *hyernas & æstiuas, vel urbanas & suburbanas, vel pluraliter appellat, propter amplitudinem & laxitatem.*

QVÆ DESTRVCTÆ SVNT, ET AD MVNITIONES ET AD GLADIVM] variè alijs ex Hebr. Sanctes: *qua destructa sunt arietibus & securibus.* In Thesaurò: *destructas ad ballistas, vel aggeres, & ad gladium.* Vatablus: *breni destruendis cum ballistis & securibus, vel bipenni aut malleo.* Leo Iudæ: *Qua diruta sunt ad aggeres & vastitatem.* id est, in tumulos seu aggeres, & vastitatem redactæ. Forsterus: *qua destructa sunt per ballistas, & per gladium.* Marinus: *diruta ab aggeribus obiectis & à gladio.* Hispanicus Interpres: *derribadas con irabucos, y bachas.* Tremellius & Iunius: *demolendis, exponendis in catapulta seu in missilia catapultaria.* vt familiæ vrbis & regum exponendæ essent in catapultis, vt eas tanquam lapides iacularentur aut hastas. Chaldæus Interpres ita accipit: *quas demoliti sunt, vt accumularent aggeres ad firmamentum murorum ad versus eos, qui gladio trucidabant.* De voce SOLEOTH, vide cap. 32. v. 24.

VERS. 5.

VENIENTIVM VT DIMICENT CVM CHALDÆIS, &c.] Hunc versum variè exponunt, 1. Sanctes: *Eo quod habitatores earum ibant ad dimicandum cum Chaldæis, ad implendum eas domos cadaueribus hominum, quos percutere feci in furore meo & in ira mea: & cur abscondi faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum.* 2. Leo Iudæ: *Veniunt quidem oppidani vt pugnent cum Chaldæis, sed impleant eas domos cadaueribus hominum.* id est, sed Chaldæi omnia replebunt cadaueribus Iudæorum; quos ego percussi in furore meo, & in astu meo, & quod abscondi vultum meum ab vrbe ista propter omnem malitiam eorum. 3. Tremellius & Iunius: *Veniuntibus ad pugnandum contra Chaldæos, id est, sic ait Iehoua de familiis huius vrbis venientibus consilio suo ad pugnandum, &c. inò ad explendas ipsas familias cadaueribus hominum: correctio, qua Deus consilio Iudæorum opponit suum: quos percussero ira mea & excandescencia mea: & propter quorum omnem malitiam abscondi faciem meam à ciuitate hac.* Emplacementem Hebraici sermonis ad euidentiam transtulimus.

VERS. 6.

ECCE EGO OBDVCAM EIS CICATRICEM, ET SANITATEM, ET CVRABO EOS.] Alij ex Hebr. 1. *Ecce ego ascendere faciam ei medelam & medicinam, sanaboque eos.* 2. *Ecce ego ascendere faciens ei emplastrum,*

id est, imponam ei emplastrum seu cataplasma, & medicinam, & curabo eos. 3. Ecce ego faciens ei ascendere curationem, seu faciens ut surgat ad iustam constitutionem, vt 2. Paralip. 24. vers. 13. & sanuam, & curabo eos, &c. Proleptis siue propositio summa promissionum sequentium, quæ allegoricè hoc versu posita, sequentibus explicatur. Sunt autem earum partes duæ; restitutionis, quæ exponitur tribus versibus; & fructuum ex restitutione euenturum, à versu 10. vsque ad 19. qui fructus hîc significantur pacis & stabilitatis nomine. Heb. ad verbum: Ecce ego ascendere-faciens ei vel superinponens ei longum, & sanationem. vide de hac loquutione supra cap. 30. v. 17.

ET REVELABO ILLIS DEPRECATIONEM PACIS ET VERITATIS.] Ex Hebr. 1. Sanctes: & reuelabo eis multitudinem pacis & veritatis. id est, depromam eis multiplicem pacem, & stabo promissis. 2. Vatablus: copiam pacis & veritatis. id est, efficiam vt uiuant in magna pace erga Deum parua remissione peccatorum per Christum, & promissiones meas omnes illis præstabo. 3. Leo Iudæ: & aperiam eis thesaurum pacis & fidei. 4. Forsterus, & aperiam eis orationem suauem, seu exorationem pacis & veritatis. 5. Mercerus: & reuelabo eis suauem & supplicem orationem, seu conciliationem pacis & veritatis. quæ est expositio Kimchi in libro Radicum. 6. Marinus: & reuelabo eis densitatem, grossitiem, copiam pacis & veritatis. 7. Auenarius: & reuelabo eis exorationem pacis & fidei. id est, exorabunt à me pacem & omnem prosperitatem, & ego exaudiam, præstabo. 8. Tremellius, Iunius, Burtorius: & reuelabo eis abundantiam, affluentiam, pacis, & veritatis, seu fidei. seu pacis, & quidem stabilissima. 9. Hispanicus Interpres: y reuelarles he Multitud de Paz, y de Verdad. id est, de Prosperidad con el cumplimiento de mis Promessas. Descripción del Euangelio.

VERS. 7.

ET CONVERTAM CONVERSIONEM IYDA, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: Nam reducam captiuam multitudinem Iehuda, captiuamque multitudinem Iisrahel; & edificabo eos vt antea. vel & instaurabo eos vt olim fuerunt. Restitutionis promissæ partes ponuntur, liberatio à peccato, & salus, duobus versibus: finis siue vsus illius, gloria Dei, vers. 9.

VERS. 8.

ET SPREVERUNT ME.] Alij: 1. & perfide à me defecerunt. 2. & quibus deficientes in me rebellauerunt. 3. & quibus transgressi sunt, seu præuaricati sunt, in me.

VERS. 9.

ET ERIT MIHI IN NOMEN ET GAUDIVM.] Hebr. Et erit mihi nomini, gaudio Quidam: Et erit mihi in nomen gaudij. id est, hac ratione comparabo mihi famam gratissimam. Alij: Quod erit mihi nomini gaudij: hypallage, pro gaudio nominis, seu nominatissimo. vel celebri gaudio.

IN LAUDEM, ET IN EXULTATIONEM.] Hebr. excellentia, vel laudi, & decori. seu ornamento, gloria.

CUNCTIS GENTIBVS.] Alij: apud omnes gentes.

ET OMNI PACI, QUAM EGO FACIAM

ETIS.] Hebr. & super omnem pacem, quam ego faciens ei. Relatiuum ei est fœmineum, id est, captiuæ-abductioni, seu ecclesiæ reduci, de qua vers. 7. Quidam reddunt: & ad totam illam pacem, quæ ego affecturus sum illam. ecclesiam. pacem, id est, prosperitatem, felicitatem, copiam bonorum omnium. vt sapissime vox vsurpatur in Scriptura.

HÆC DICT DOMINVS, ADHVC AVDIETVR, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. reddunt: Sic ait Iehona, Adhuc audietur in loco hoc, quem vos dicitis vastari, adeo vt nullus insit homo, nullumque iumentum, in ciuitatibus Iehuda; & in plateis Ierusalaimorum desolatis adeo vt nullus insit homo, nullusque habitator, & nullum iumentum; Audietur inquam, vox gaudij, &c. Prior liberationis fructus, vt diximus vers. 6. hic pri.ùm exornatur, quatuor versibus; & auctor, effectorque illius Christus promittitur, vers. 14. & 15. 16. deinde posterior fructus, nimirum stabilitatis æternæ, exponitur vers. 17.

VERS. 10.

VOX GAUDIJ, ET VOX LÆTITIÆ; VOX SPONSI, ET VOX SPONSÆ.] vide supra cap. 7. v. 34. & cap. 16. v. 9.

VERS. 11.

VOX DICENTIVM; CONFITEMINI DOMINO EXERCITIVM, &c.] vide in Psalm. 135.

ET PORTANTIVM VOTA IN DOMVM DOMINI.] Hebr. venire-facientium, seu adducentium confessionem domum Ihub. Alij: 1. & ij adducunt laudem in domo Iehouæ. 2. offerentium gratiarum actionem in domo Iehouæ. יודאב; erat quoque species sacrificij; de qua Leuit. 7. vers. 12.

IN CIVITATIBVS MONTVOSIS, seu MONTANIS, ET IN CIVITATIBVS CAMPESTRIBVS, &c.] De hac distributione vide supra cap. 32. v. 44.

VERS. 13.

IN CIVITATIBVS IYDÆ.] id est, totius regni:

ADHVC TRANSIBVNT GREGES AD MANVM NVMERANTIS.] Alij: 1. sub manibus minantis. 2. per manus numerantis. id est, pastoris, quod vesperi cum reducunt oves ad caulas numerant eas pastores. quasi dicat; non relinquet Dominus gregem suum sine pastoribus: sed ecclesiæ præficiet optimos ministros, qui in eam omnia boni pastoris officia exhibebunt. Per enumerationem, intelligit omnem curam probi pastoris. 3. adhuc transibunt greges opera numerantis. pro ratione illa; quam exposuimus Leuit. 27. vers. 32. quasi dicat, adhuc erunt decimationes pecorum ipsi Iehouæ.

ECCE DIES VENIENT, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. reddunt: Ecce dies venturi sunt, dictum Iehona, quum præstabo verbum istud optimum, quod proloquutus sum erga domum Iisrahel; & erga domum Iehuda. Promissio de Christo effectuore bonorum præcedentium in quo omnes promissiones Dei sunt etiam, & Amen ad Dei gloriam, 2. Corinth. 1. vers. 20.

VERS. 14.

ET SVSCITABO VERBVM BONVM.] Hebr. & surgere-faciam: seu stabiliam, confirmabo, ratificabo, &c. id est, adimplebo promissionem illam optimam, quam pollicitus suum

sum in gratiam fidelium Iudæorum, hoc est, mittam Christum Filium meum.

VERS. 15. IN DIEBUS ILLIS, ET IN TEMPORE ILLO, &c.] Alij: *Diebus illis & tempore illo faciam, ut efflorescat Dauidi germen iustitiæ, qui exercebit ius & iustitiam in terra.* vide supra cap. 23. vers. 5. Quidam exponunt, Futurum est ut producam Christum, qui nascetur ex stirpe Dauidis, qui Christus iudicaturus est omnes in fine mundi, & iustificabit suos fideles.

VERS. 16. ET HOC EST NOMEN, QUOD VOCABUNT EVM, DOMINVS IVSTVS NOSTER.] Ex Hebr. alij: 1. Sanctes: & iste, qui vocabit eam, & Iehoua iustus noster. 2. Leo iusta: & hoc est, quod vocabit eam, Iehoua iustitia nostra. 3. Tremellius & Iunius: is autem, qui vocabit eam, erit Iehoua iustitia nostra. nimirum, is, qui vocabit eam ad promissam hanc salutem prædicatione Euangelij, & perficiet potentia sua, erit ipse Iehoua, qui est iustitia nostra, iustificans nos per Christum. 4. Vatablus: & istud est nomen, quo vocabit eum Pater, ei, Scilicet Ierusalaimæ seu ecclesiæ, nam pronomen fœmineum est, hoc est, apud illam, vel in gratiam illius ecclesiæ, Iehoua iustitia nostra. quasi dicat, Pater in Ecclesia sua, siue in gratiam Ecclesiæ suæ, indet hoc nomen Christo, nimirum, ut vocetur, Iehoua iustitia nostra. Possis reddere: & iste Christus germen Dauidis, qui occurret, obueniet ei, Ecclesia, est IHVH, iustitia nostra. Perspicuum testimonium diuinitatis Christi, qui verus est naturalis Deus de Deo: [Qui factus fuit nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio.] 1. Corinth. 1. vers. 30. Nam ita interdum vsurpatur verbum קָרָא kara, vt Genes. 49. vers. 1. & aliàs. Vide supra cap. 23. vers. 6.

VERS. 17. QUIA HÆC DICIT DOMINVS; NON INTERIBIT, &c.] Alij: *Nam sic ait Iehoua: Non excindetur Dauidi vir sedens in solio domus Israelis.* Altera pars promissionis, vt dictum est in vers. 10. de stabilitate regni, hoc versu; & sacerdotij, versu sequente: quæ duo in vno Christo concurrere demonstrauius supra cap. 30. vers. 21.

VERS. 18. ET DE SACERDOTIBVS ET DE LEVITIS NON INTERIBIT, VEL EXSCINDETUR VIR A FACIE MEA, &c.] Clarum hoc versu vaticinium de sempiterno Christi Sacerdotio secundum ordinem Melchizedechi, quod Aaronico & Leuitico successit; & de perenni & iugi Sacrificio farinaceo, seu panaceo Eucharistiæ in Ecclesia, quod Christus summus & æternus Sacerdos continenter per suos vicarios & ministros sacerdotes Noui Testamenti, offert Patri, &c. quodque vnicum instar est omnium veteris Instrumenti Sacrificiorum, & pro illis omnibus subrogatum, & quod omnia illa antecedentia, vnicum præfigurabant.

VERS. 19. ET FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM, DICENS.] Alij: *Deinde fuit verbum Iehoua ad Iirmeiam, dicendo.* Confirmatio præcedentis promissionis, à documentis naturalibus, vsque ad vers. 23. cum in persona Christi, vers. 20. & 21. tum in omni-

bus Ecclesiæ membris, vers. 22.

HÆC DICIT DOMINVS, SI IRRITVM POTEST FIERI, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Sic ait Iehoua, Si irritum-facere-potestis fœdus meum de die, & fœdus meum de nocte, idque vt non sit diurnum tempus & nocturnum tempore suo.* Alij: *Sic dicit Iehoua; Si irritum-facere potestis fœdus meum, quod iniij cum die, & fœdus meum, quod iniij cum nocte, vt non sit dies, & nox suo vtrumque tempore:* vide supra cap. 31. v. 35.

ET PACTVM MEVM IRRITVM ESSE POTERIT CVM DAVIDE SERMO MEVS, &c.] Fœdus æternum regni & sacerdotij Christi in Ecclesia continet hic versus.

SICVT NUMERARI NON POSSVNT STELLÆ CÆLI, &c.] Alij: *Vt non potest numerari exercitus calorum, nec potest mensurari arena maris, ita augebo semen Dauidis serui mei, & Levitarum ministrantium mihi.* id est, pios insitos in Christum Dauidis filium, qui fecit nos reges & sacerdotes Deo & Patri suo, 1. Petri, 2. vers. 5. & Apocalyp. 1. v. 6. & 5. vers. 10.

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM, DICENS.] Alij: *Rursus fuit verbum Iehoua ad Iirmeiam, dicendo.* Confutatio ludificationum, quibus vtuntur hostes Ecclesiæ, & infirmi percelluntur, eodem argumento, quo confirmatio.

NUMQVID NON VIDISTI, QVID POPVLVS HIC LOQVVTVS SIT?] Alij: *An non animaduertis; quid populus iste loquantur? populus infirmus videlicet, & abiiciens spem promissionum ex præsentibus malis.*

DVÆ COGNATIONES QVAS ELEGERAT DOMINVS, &c.] Alij ex Hebr. *Duas istas familias.* nempe Iehudæ & Benjaminis, seu Iehudæ, & Israelis, vel quod malunt alij; Aaronis & Dauidis, seu sacerdotum & regum; de quibus vers. 21. & 22. *quas elegerat Iehoua, iam spernit ipsas: & populum meum contemnunt illi, hostes Ecclesiæ, adeo vt non videatur esse amplius gens in conspectu illorum.*

SI PACTVM MEVM INTER DIEM ET NOCTEM, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Si fœdus meum non pepigi cum die ac nocte: si leges cæli & terra non dedi.* 2. *Si non fœdus meum inter diu & noctu: si statuta cæli & terra non disponam.*

EQVIDEM ET SEMEN IACOB, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: *Etiã semen Iahakobi & Dauidis serui mei repudiabo, quo minus accipiam de posteritate eius principes super semen Abrahæ, Isaac, & Iahakobi: reducam enim captiuitatem eorum, & miserebor eorum.* 2. *Etiã semen Iahakobi & Dauidis serui mei proiciam, seu spernam ne sumam de semine eius, qui dominantur in semen Abrahami, Iischaki, & Iahakobi; quum reduxero multitudinem-captiuam eorum; misertus ipsorum.* Sensum duorum istorum versuum ita concipiunt: id est, potius aliquis fœdus meum & staturum de naturæ conuersione initum præstari à me impediuerit, quam vt sempiternam Ecclesiæ administrationem ex promisso mihi extorqueat.

CAPVT XXXIV.

Prædicat Dominus se traditurum regem Sedechiam in manus regis Babylonis, vna cum Ierusalem, quam igni succendent, eò quòd pactum, quod coram Domino pepigerant de dimittendis his liberis quos ex Hebræis sibi in seruitutem subiecerant, non seruauerint.

Vulg.

Malu.

Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, uniuersaque regna terræ, qua erant sub potestatem manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius, dicens:

2 Hec dicit Dominus Deus Israel: Vade, & loquere ad Sedechiam regem Iudæ: & dices ad eum: Hec dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni.

3 Et non effugies de manu eius: sed comprehensione capieris, & in manu eius traderis: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur & Babylonem introibis.

4 Attamen audi verbum Domini Sedechia rex Iudæ: Hec dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio,

5 sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & va Domine, plangent te: quia verbum ego locutus sum, dicit Dominus.

6 Et locutus est Ieremias propheta ad Sedechiam regem Iudæ uniuersa verba hæc in Ierusalem.

7 Et exercitus regis Babylonis pugnant contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iudæ, quæ reliquæ erant, contra Lachis, & contra Azecha: hæc enim supererant de ciuitatibus Iudæ, vrbes munitæ.

8 Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedechias fœdus cum omni populo in Ierusalem, prædicans eis libertatem:

9 Vt dimitteret unusquisque ancil-

Verbum, quod fuit ad Iirmejahu de ^a ad IHVH: (& Nebuchadnetzar rex Babelis, & omnis ^b strenuitas eius, & omnia regna terræ dominationis manus eius, & omnes populi ^c incidentes super Ierusalaim, & super omnes vrbes eius,) ad dicere:

2 Sic dixit IHVH ELOHIM Iſraëlis: Ambula, & dices ad Tzidkijahu regem Iehudah, & dices ad eum: Sic dixit IHVH: Ecce ego dans vrbem istam in manu regis Babelis; & comburet eam in igne.

3 Et tu non saluus euades de manu eius, quia capere capieris, & in manu eius daberis: & oculi tui oculos regis Babelis videbunt, & os eius, os tuum alloquetur, & Babelem venies.

4 Veruntamen audi verbum IHVH Tzidkijahu rex Iehudah: Sic dixit IHVH super te: Non morieris in gladio.

5 In pace morieris, & in combustionibus patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt faciebus tuis, sic comburent tibi; & hoi, sustentator plantam - celebrabunt tibi: quia verbum ego loquutus - fui, ^d Fidelis - sermo IHVH.

6 Et loquutus fuit Iirmejahu propheta ad Tzidkijahu, regem Iehudah, omnia verba ista in Ierusalaim.

7 Et ^e strenuitas regis Babelis ^f cædentes super Ierusalaim, & super omnes vrbes Iehudah superrelictas: ad Lachis, & ad Chazekah; quia istæ relictæ fuerunt in vrbibus Iehudah, vrbes munitæ.

8 Verbum, quod fuit ad Iirmejahu de ^g ad IHVH, post ^h excindere regem Tzidkijahu fœdus ad omnem populum, qui in Ierusalaim; ad ⁱ vocare eis ^k libertatem.

9 Ad dimittere ^l virum, seruum suum,

^a cum, apud penes

^b virtus, copia, exercitus

^c belligerantes, pugnantes, cædentes

^d vide Genes. 22. 16. sic v. 17. & 22.

^e vt v. 11. ^f vt v. 11.

^g vt v. 11. ^h ferire, percutere, pangere ⁱ proclamare, promulgare ^k remissionem, indulgentiam ^l quemque. sic mox & v. 10. 17.

tam suam, Hebraum & Hebraam, liberos: & nequaquam dominarentur eis, id est, in Iudæo & fratre suo.

10 Audierunt ergo omnes principes & uniuersus populus, qui inierant pactum ut dimitteret unusquisque seruum suum, & unusquisque ancillam suam, liberos, & ultra non dominarentur eis: audierunt igitur, & dimiserunt.

11 Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas.

12 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam à Domino, dicens:

13 Hac dicit Dominus Deus Israel: Ego percussi fœdus cum patribus vestris, in die, qua eduxi eos de Terra Ægypti, de domo seruitutis, dicens:

14 Cùm completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque fratrem suum Hebraum, qui venditus est ei, seruiet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberum: & non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam.

15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, ut predicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum: & iniistis pactum in conspectu meo, in domo, in qua inuocatum est nomen meum super eam.

16 Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis unusquisque seruum suum, & unusquisque ancillam suam, quos dimiseratis ut essent liberi & sua potestatis: & subiugastis eos ut sint vobis serui & ancilla.

17 Propterea hac dicit Dominus: Vos non audistis me, ut predicaretis libertatem unusquisque fratri suo, & unusquisque amico suo: ecce ego predico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18 Et dabo viros, qui prauaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensu sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transferunt inter diuisiones eius:

19 Principes Iudæ & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transferunt inter diuisiones vituli,

Maluenda, In libr. Ierem.

suum, & virum famulam suam Ghebræum, & Ghebræam liberos: ad nequaquam seruire in eis, in Iehudæo fratre suo, vir.

10 Et audierunt omnes principes, & omnis populus, qui venerunt in fœdere ad mittere virum, seruum suum, & virum famulam suam liberos; ad nequaquam seruire in eis adhuc: & audierunt, & dimiserunt:

11 Et reuersi fuerunt post sic, & reuerrere fecerunt seruos & famulas, quos dimiserunt liberos: & subegerunt eos, seruis & famulabus.

12 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu de ad IHVH, ad dicere:

13 Sic dixit IHVH ELOHIM Israëlis: Ego excidi fœdus ad patres vestros in die exire facere me eos de terra Ægypti, de domo seruorum, ad dicere:

14 De extremitate septem annorum dimittetis vir fratrem suum Ghebræum, qui vendetur tibi, & seruiet te sex annis, & dimittes eum liberum de cum te: & non audierunt patres vestri ad me, & non extenderunt aurem suam.

15 Et reuersi fuistis vos die, & fecistis rectum in oculis meis, ad vocare libertatem virum sodali suo: & excidistis fœdus faciebus meis, in domo, quam vocatum fuit nomen meum super eam.

15 Et reuersi fuistis, & violauistis nomen meum; & reuerrere fecistis vir seruum suum, & vir famulam suam, quos dimisistis eos liberos animæ eorum: & subegistis eos ad esse vobis seruis & famulabus.

17 Ad sic, sic dixit IHVH, vos non audistis ad me ad vocare libertatem, virum fratri suo, & virum sodali suo: ecce ego vocans vobis libertatem, Fidelis sermo IHVH, ad gladium, ad pestem, & ad famem; & dabo vos commotioni omnibus regnis terræ.

18 Et dabo homines transeuntes fœdus meum, qui non resurgere fecerunt verba fœderis, quod exciderunt faciebus meis, vitulum, quem exciderunt duobus, & transferunt inter partitiones eius.

19 Principes Iehudah, & principes Ierusalem, eunuchos, & sacerdotess & omnem populum terræ, transeuntes inter partitiones vituli.

HHh h

20 Et

m' neutiquam
nō omnino
n quisque

o ultra, amplius, deinceps

p dicitur in seruos & ancillas q vt v. 1.

i vt v. 8.

f quisque

z hodie n quod rectum videtur in oculis meis

x vt v. 8. y quemque z socio, proximo, amico

a vt v. 8. b datus. ad facies meas c quisque d datus. e vt v. 11.

f vt v. 8. g vt v. 15.

h viros istos i vt v. 8. k vt v. 15. sic statim l vitulo-plaustrali m datus in duo, in duas partes n partes. sic v. 19.

o aulicos. vide in Genes. 37. 36.

20 Et dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terra.

21 Et Sedechiam regem Iuda, & principes eius, dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis.

22 Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in civitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam & incendunt igni: & civitates Iuda dabo in solitudinem, eo quod non sit habitator.

20 Et dabo eos in manu malevolentium suorum, & in manu quærentium animæ eorum: & erit cadaver eorum comestioni volatili cælorum, & P animali terræ.

21 Et Tzidkijahu regem Iehudah & principes eius dabo in manu malevolentium suorum, & in manu quærentium animæ eorum, & in manu 9 strenuitatis regis Babelis, ascendentium de super vos.


22 Ecce ego præcipiens, Fidelis-sermo IHVH, & reuertere-faciam eos ad urbem istam, & cadent super eam, & capient eam, & comburent eam in igne: & vrbes Iehudah dabo afflationem de non habitante.

p iumento, bestie

9 virtutis, exercitus, copiam

pugnabūt, præliabūtur

afflatum, affandam, stupendam, defolationē



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VERBUM QVOD FACTVM EST AD IEREMIAM &c.] Hoc caput, inquit, duas prophetias continet: vnam de rege, vsque ad vers. 8. alteram, de regno toto, cæteris versibus ad finem vsque. In priore prophetia præter inscriptionem, vers. 1. narratur mandatum de pronuntiando euentu Tzidkijæ, versibus quatuor; & obsequium prophetæ, vers. 6. & 7.

QVÆ ERANT SVB POTESTATE MANVS EIVS.] Heb. dominationis, dominij, dittonis, manus eius. Alij: in dominio eius. vel qua parebant imperio eius.

VERS. 2.

ECCE EGO TRADAM CIVITATEM HANC &c.] vide historiam 2. Reg. 25.

VERS. 3.

ET TV NON EFFUGIES DE MANU EIVS &c.] vide de hoc versu supra cap. 32. v. 4.

SED COMPREHENSIONE CAPIERIS.] Heb. & capiendo capieris. vel &prehendendo prehenderis. Alij: 1. sed certissime comprehenderis. 2. sed omnino prehenderis.

VERS. 5.

SED IN PACE MORIERIS.] Alij: cum pace moriturus es. id est, naturali, non violenta morte: alioqui in captiuitate mortuus est.

ET SECVNDVM COMBUSTIONES PATRVM TVORVM, REGVM PRIORVM, QVI REVRNŒ ANTE TE, SIC COMBVRNT TE.] vide Paralipom. 16. v. 14. & honorificè pro dignitate regia sepelieris vel cremaberis. Quidam reddunt: 1. in rogo enim, quemadmodum patres tuos antecessores tuos, comburent te. 2. & secundum combustiones maiorum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic adolebunt tibi. subaudi, aromata. In funeribus regum Iudæorum solebant comburere aromata. quasi dicat, Cremabunt in gratiam tuam aromata, more regio. 3. & vstionibus maiorum tuorum, regum precedentium qui fuerunt ante te, similiter vstiones odorum comburent populares tibi.

ET VÆ DOMINE, PLANGENT TE.] Alij:

& dicentes, Eheu Domine, plangent te. Solebant enim in funere voce lugubri inclamare, Eheu Domine. Hispanicus Interpres. *Ay senora te endecharan.* id est, *Endechar te han con endecharas venerables como à rey.*

ET EXERCITVS REGIS BABYLONIS &c.] Alij hunc versum reddunt: *Copis regis Babylonia oppugnantibus Ieruschalaima, & omnes ciuitates Iehuda reliquas, Lacischun, & Hazekam: nam reliqua erant à ciuitatibus Iehuda, ciuitates munita.* De Lachis, vide in Iosue 10. v. 3. & 31. & cap. 15. v. 39. De Hazeka, vide in Iosue 10. v. 10.

VERBUM, QVOD FACTVM EST &c.] Hunc versum alij ex Heb. conuertunt: *verbum, quod fuit ad Iirmeiam à Iehoua, postquam pepigisset rex Tzidkija foedus cum omni populo, qui erat Ieruschalaimis, de promulganda ijsis libertate.* In secunda hac prophetia narratur, primum occasio, versibus quatuor; deinde verò denuntiatio ipsa, reliquis. Occasio autem fuit huiusmodi: obsidentibus Babyloniis Ieruschalaima, visum est Iudæis ad deprecandum & præsentem Dei iram auertendam; promulgare libertatem seruorum ex lege: quum autem Babylonij aduentante Ægyptio obsidionem ad tempus soluisent, vt narratur infra cap. 37. v. 5. tunc Iudæi ad pristinam suam nequitiam reuertentes, in seruitutem iterum eos vindicarunt, quos publico iudicio & fide publica liberauerant. Quamobrem Deus iudicium suum comparat elegantissime cum illorum maleficio.

VT DIMITTERET VNVSQVISQVE SERVVM SVVM &c.] vide de hac lege Exod. 21. v. 2. & sequentibus, & Deuteron. 15. v. 12. & sequentibus, & infra vers. 14.

ET NEQVAQVAM DOMINARENTVR EIS.) Heb. *ad neutquam seruire in eis.* Alij: 1. ne ullus vseretur eis tanquam seruis. 2. ne amplius premeret eos seruitute. 3. ne seruire sibi per ipsos, vel vt non exigeret seruitutem ab ipsis. Hispani-

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

cè: a no seruirse de ellos. vide de hac loquutione supra cap. 30. vers. 8. sic versu sequente.

VERS. 10. Hos duos versus eidentius quidam ex & 11. Heb. conuertunt: 1. *Consenserant*, seu *paruerant* autem omnes principes, & omnis populus, qui hoc fœdus inierant, ut quisque manu mitteret seruum suum, & quisque ancillam suam liberos, ne amplius eos seruitute premeret; & ut consenserant, manumittebant. Post hoc conuersi repetierunt seruos & ancillas, quas manumiserant; & redegerunt eos iterum ut essent serui & ancilla. 2. Et auscultantes omnes principes, totusque populus, qui conuenerant in fœdus, ut dimitteret quisque seruum suum, & quisque ancillam suam liberos, ut non exigeret seruitutem ab ipsis amplius; auscultantes, inquam, dimisissent: Iterum verò postea recepissent seruos illos & ancillas, quos dimiserant liberos, & subigerent eos in seruos & in ancillas.

QVI INIERANT PACTVM] Heb. *Qui uenerant in fœdus*. Sic quoque Latini loquuntur. Virgilius 4. *Æneidos*: aut hac in fœdera ueni. id est, consensi, ut Seruius exponit.

VERS. 12. ET FACTVM EST VERBUM DOMINI, &c.] Quidam: *Fuit ergo uerbum Iehoua*, Christi Dei æterni cum æterno Patre & Spiritu Sancto: ad Iermeiam a Iehoua. à Deo Patre, dicendo. Vides mysterium Sacræ Triadis.

VERS. 13. HÆC DICIT DOMINVS DIVS, &c.] Alij Sic ait Iehoua Deus Israelis, &c. Huius denuntiationis partes sunt duæ: prior est, contestatio, uersibus quatuor: posterior sententiæ dictio, postquam Iudæorum populus reus peractus est ad finem usque capitis.

VERS. 14. QUVM COMPLETI FVERINT SEPTEM ANNI.] Heb. *Ab extremitate, à fine, septem annorum*. id est incunte septimo anno, vel initio septimi anni. Sic enim accipiendum esse annotauimus in Deuteronom. 15. vers. 1.

VERS. 15. IN DOMO, IN QVA INVOCATVM EST NOMEN MEVM SUPER EAM.] Vide de hac loquutione supra Cap. 32. v. 34.

VERS. 16. ET REVERSI ESTIS, ET COMMACVLASTIS NOMEN MEVM.] Alij: *sed mutato consilio profanastis nomen meum*. 2. *sed rursus profanastis nomen meum*. Vide de hac loquutione in Genes. 26. v. 18.

QVOS DIMISERATIS VT ESSENT LIBERI ET SVÆ POTESTATIS.] Heb. *eos, quos dimisistis liberos anima eorum. vel ad animam suam*. Alij: *quos dimiseratis liberos ad desiderium suum. ut Psalm. 26. v. 12. 2. in animam suam*. id est, ut abirent quod uellent. 3. *quos manumiseratis ut liberieffent, suoque arbitrio*

uiuere. Hispanicus interpres: *que auidades dexado libre à su voluntad*.

ECCE EGO PRÆDICO VOBIS LIBERTATEM AIT DOMINVS AD GLADIVM; AD PESTEM, ET AD FAMEM.] Alij ex Heb. 1. *Ecce ergo ego exclamo uobis libertatem, dictum Iehoua, ad gladium, ad pestem, & ad famem*. Metaphora. quasi dicat, Denuntiaturus suum in perniciem uestram, libertatem facultatem inuadendi uos gladio hostili, pesti, & fami, ut perdant uos. 2. *Ecce ego promulgo contra uos libertatem, dictum Iehoua gladio, pesti, & fami*. Nimirum, ut libere & late in uos grassentur.

ET DABO VOS IN COMMOTIONEM, &c.] vide de hac loquutione supra Cap. 24. vers. 9.

ET DABO VIROS, &c.] Alij hunc uersum ex Hebr. exponunt: 1. *Et tradam uiros istos, qui fœdus meum transgressi sunt, neque rata, firma, habuerunt, vel neque adimplerunt, uerba fœderis, quod pepigerunt in conspectu meo, id est, in templo meo, casa in duas partes bucula transitu inter partes eius facto*. 2. *Tradam enim homines istos, qui transgressi sunt fœdus meum, qui non præsiterunt uerba fœderis, quod pepigerant coram me; quum transierunt inter dimidiatas partes eius uiculi, quem dissecuerant in duo: ex antiqua fœdus iungentium formula, de qua Genes. 15. v. 17. Forsterus ita hunc uersum accipit: Et tradam uiros, qui transgrediuntur pactum meum, qui non firmauerunt uerba pacti, quod sciderunt coram me, quum uiculum scinderent in duas partes; & transirent inter partes eius. [Volens scilicet, Deus per os propheta significare, quod, qui pactum cum ipso sancitum disciderunt, ipsi uicissim ad eum modum, quo uiculus discissus fuit discindendæ essent. Et hic quidem ritus postea à gentibus receptus, ut ad confirmanda fœdera porcam caderent scilicet, uno dicente. Sicut porca fœde cadat, qui fœdera ruperit. Et Virgilius lib. 8. eius mentionem faciens, inquit.*


Scabam, & casa iungebant fœdera porca. Etiam ipsa gentes, percutere seu ferire pacta, pro sancire & firmarera fœde dixerunt.] Hæc ille, qui sanè minus accuratè ritus exposuit: Vide Notas in Genes. 15. v. 18.

QVI RECESSERVNT A VOBIS.] Heb. *ascendentium de super uos*. Quidam: *que copiz abierunt à uobis*. Soluentes obsidionem (ut diximus in vers. 8. ad obsistendum Ægyptio: audito enim aduentu Ægyptij, Chaldæi recesserunt ab obsidione urbis, ut dicitur infra Cap. 37. 5.

CAPVT XXXV.

Exemplo obedientiæ, Rechabitarum, præcepta patris sui licet dura, expostulat
 Dominus de pertinaci Iudæorum inobedientia aduersus ipsius præcepta:
 quapropter his psenuntiat Dominus mala, illis autem bona.

Vulg.

1  Erbum, quod factum est
 ad Ieremiam à Domino,
 in diebus Ioakim filij Io-
 sia regis Iuda dicens:

2 Vade ad domum Rechabitarum: &
 loquere eis. & introduces eos in domum
 Domini, in vnam exedram thesaurorum,
 & dabis eis bibere vinum.

3 Et assumpsi Iezoniam filium Ieremia
 filij Habsania, & fratres eius, & omnes
 filios eius, & vniuersam domum Recha-
 bitarum:

4 Et introduxi eos in domum Domini
 ad gazophylacium filiorum Hanan filij
 Iegedilia hominis Dei, quod erat iuxta
 gazophylacium principum, super the-
 saurum Maasia filij Sellum, qui erat cus-
 tos vestibuli.

5 Et posui coram filiis domus Recha-
 bitarum scyphos plenos vino, & calices: &
 dixi ad eos: Bibite vinum.

6 Qui responderunt: Non bibimus vi-
 num, quia Ionadab filius Rechab, pater
 noster, præcepit nobis, dicens. Non bibetis
 vinum vos, & filij vestri, vsque in sem-
 piternum:


7 & domum non edificabitis, & semen-
 tem non seretis, & vineas non plantabi-
 tis, nec habebitis: sed in tabernaculis
 habitabitis cunctis diebus vestris, vt vi-
 uatis diebus multis super faciem terra, in
 qua vos peregrinamini.

8 Obediuimus ergo voci Ionadab filij
 Rechab, patris nostri, in omnibus: quæ præ-
 cepit nobis, ita vt non biberemus vinum
 cunctis diebus nostris nos, & mulieres no-
 stræ, filij, & filia nostra:

9 & non edificaremus domos ad habi-
 tandum: & vineam, & agrum, & semen-
 tem non habuimus:

10 Sed habitauimus in tabernaculis,
 & obedientes fuimus, iuxta omnia quæ
 præcepit nobis Ionadab pater noster.

Malu.

1  Erbum, quod fuit ad
 Iirmejahu de^a ad IHVH, ^{a vt c. 34. v. 1.}
 in diebus Iehojakimi
 filij Iosijahu regis Iehu-
 dah, ad dicere:

2 Ambula^b ad domum Rechabæo-
 rum, & alloqueris eos, & venire facies
 eos domum IHVH ad vnam^c exedra-
 rum, & bibere facies eos vinum. ^{b familiam, sic v. 3. 5. 18. c vide in 1. Samuel. 9. 22. sic v. 4.}

3 Et accepi Iazanzah filium Iirme-
 jahu, filij Chabatzinjah, & fratres eius,
 & omnes filios eius, & omnem domum
 Rechabæorum.

4 Et venire feci eos domum IHVH;
 ad exedram filiorum Chananis, filij
 Iighdaljahu, viri ELOHIM: quæ reterua-
 tio exedræ principum, quæ desuper^d
 exedræ Maghasejahu, filij Salm ob-
 seruantis^e liminis. ^{d dariuus, apud exedram e vasis}

5 Et dedi faciebus filiorum domus
 Rechabæorum scyphos plenos vino, &
 calices: & dixi ad eos: Bibite vinum.

6 Et dixerunt, Non bibemus vinum:
 quia Ionadab filius Rechabi pater no-
 ster præcepit super nos, ad dicere: Non
 bibetis vinum vos & filij vestri vsque
 ad æternum.

7 Et domum non ædificabitis, & se-
 men non seminabitis, & vineam non
 plantabitis; & non erit vobis: quia in
 tentoriis habitabitis omnibus diebus
 vestris; ^e correspondentiæ viuctis dies
 multos super facies humi, qua vos tra-
 hentes ibi. ^{e dariuus, ad correspondentiam}

8 Et audiuimus in voce Iehonadabi
 filij Rechabi patris nostri, omni, quod
 præcepit nos; ad ^f nequaquam bibere
 vinum omnibus diebus nostris nos,
 mulieres nostræ, filij nostri, & filia
 nostræ. ^{f telluris}

9 Et ad nequaquam ædificare domos
 habitationi nostræ: & vinea, & ager, &
 semen non erit nobis.

10 Et habitauimus in tentoriis, & au-
 diuimus & fecimus secundum omne,
 quod præcepit nos Ionadab pater no-
 ster. ^{g neutiquam, non omni- no. sic v.}

11 Et

11 Cum autem ascendisset Nabuchodossor rex Babylonis ad terram nostram, diximus: Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Syria: & mansimus in Ierusalem.

12 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

13 Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: Numquid non recipietis disciplinam ut obediatis verbis meis dicit Dominus?

14 Prævaluerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filiis suis ut non biberent vinum: & non biberunt usque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem sum ad vos, de mane consurgens & loquens, & non obedistis mihi.

15 Misitque ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque & dicens: Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos: & habitabitis in terra, quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, neque audistis me.

16 Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui, quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi.

17 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel. Ecce ego adducam super Iuda, & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersum illos: eo quod locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi.

18 Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dixit Dominus exercituum Deus Israel: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis:

19 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

11 Et fuit in ascendere Nebuchadnetzarem regem Babelis ad terram, & diximus; venite, & venimus Ierusalaim de faciebus strenuitatis Chaldæorum, & de faciebus strenuitatis Aram: & habitauimus in Ierusalaim.

12 Et fuit verbum IHVH, ad Iirmejahu, ad dicere:

13 Sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israël; Ambula, & dices viro Iehudah & habitantibus Ierusalaim: An non accipietis disciplinam, ad audire ad verba mea? Fidelis - sermo IHVH.

14 Surgere - factum - fuit verba Iehonadabi filij Rechabi, quæ præcepit ad filios suos, ad nequaquam bibere vinum, & non biberunt vique ad diem istam; quia audierunt præceptum patris sui: & ego loquutus fui ad vos, manicare & loqui, & non audiuitis ad me.

15 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, manicare & mittere, ad dicere; Reuertimini, euge, vir de via sua mala, & benefacite ludicra vestra, & non ambulabitis post deos alienos ad seruire eos; & habitate ad humum, quam dedi vobis, & patribus vestris: & non extendistis aurem vestram, & non audiuitis ad me.

16 Quia surgere - fecerunt filij Iehonadabi filij Rechabi præceptum patris eorum, quod præcepit eos: & populus iste non audierunt ad me.

17 Ad sic, sic dixit IHVH ELOHIM TZEBAOTH, ELOHIM Israël, Ecce ego venire - faciens ad Iehudah; & ad omnes habitantes Ierusalaim omne malum, quod loquutus - fui super eos: correspondentia loquutus - fui ad eos, & non audierunt, & vocaui eis, & non responderunt.

18 Et domui Rechabæorum dixit Iirmejahu, Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israël; Correspondentia quod audiuitis super præceptum Iehonadabi patris vestri: & obseruauistis omnia præcepta eius, & fecistis secundum omne quod præcepit ad vos.


19 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israël: Non excindetur vir Ionadabo filio Rechabi, stans faciebus meis, omnibus diebus.

b virtutis, exercitus, copiarum, sic statim Syria & sedimus, mansimus

1 vide Genes. 22. 16.

in eis, iam nunc quisque bonificatè p. vi. c. 4. v. 4. q. colere

2 datus, ad facie meas



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERBVM, QVOD FACTVM EST &c.] Alij: *Verbum quod fuit ad Iirmeiam à Iehona temporibus Iehojakimi filij Iofchijæ regis Iehudæ, dicendo. Prophetia, inquit, hæc (cuius inscriptio continetur vers. 1.) duas habet partes, typum, vsque ad vers. 12. & anagogen siue accommodationem propheticam, reliquis versibus capitis.*

VERS. 2.

RECHABITARVM.] Quinam isti fuerint, fufissimè Explanatores edisserunt. Tremellius & Iunius hîc reddunt: *Abi ad familiam Rechabitarum, qui orti erant ex Kinæorum gente, ac proinde nullam possessionem sibi attributam lege obtinebant, sed victum comparabant ex publicis ministeriis; vide 1. Paralipom. 2. v. 55. Si de his tamen plura nosse ad satietatem vsque percupis, adito Scaligerum in Elencho Trihæresij, cap. 24. & 25. Serrarium lib. 3. Trihæresij, cap. 9. & in Mineruali, cap. 13. & à 15. vsque ad 23. ex vtriusque enim concertationibus aliquem fructum fortasse referes.*

ET DABIS EIS BIBERE VINVM.] Alij: 1. *& propinabis eis vinum. 2. ut des bibendum eis vinum. 3. & potare facies eos vinum.* id est, offeres eis vt bibant.

VERS. 4.

ET INTRODVXI EOS IN DOMVM DOMINI &c.] Alij ex Heb. hunc versum reddunt: *Adduxi eos ad domum Iehonæ, in cubiculum filiorum Chananis filij Iigdalia, viri Dei, vt Deuteronom. 33. 1. sic commendatur pietas & functio huius Sacerdotis: quod est prope cubiculum principum, id est, præfectorum templo; quod est supra cubiculum Mahaseja, filij Schallumi, obseruantis limen,*

QVI ERAT CVSTOS VESTIBVLI.] Heb. *obseruantis limen, vel vas,* id est, qui erat custos vasorum templi, quæ obseruabantur in ipso limine seu vestibulo templi. vel præpositus custodiæ portæ: vide in 2. Reg. 12. 9. Hos Hebræi intelligunt, præfectos sacris vasibus & vniuersæ suppellectili templi, quasi dicas, thesaurarios, sacristas. Kimchi vult hunc impositum vasibus vinariis templi, & Rechabæos ductos in cellarium.

VERS. 5.

QVIA IONADAB FILIVS RECHAB PATER NOSTER.] Scaliger cap. 24. Elenchi, perrendit hunc Ionadabum diuersum fuisse ab illo 2. Reg. 10. v. 15. qui occurrit regi Iehudæ: nam ille vixit temporibus Iehu, & Ochoziæ regis Iehudæ, à quo ad templi excidium sunt anni 298. at hic in Ieremia Rechabitæ loquuntur de Ionadabo tanquam patre suo, qui præsens præsentibus austeram, nuperam & nouitiam victus regulam præcepit: neque loquuntur de ipso tanquam de atauo, aut quouis vetusto generis proauctore, sed de parente proximo: nam ipsimet dicunt patrem suum Ionadabum sibi ipsis hanc austeritatem victus præcepisse. Præterea, ille Ionadab qui 2. Reg. 10. 11. occurrit regi, ne-

que in territoriis habitabat, quum obuiam venerit regi, neque homo quieti instituti videretur esse, quum rex ab eo quærat, an eius cor sit rectum & pacificum erga se: vt homo militaris sine dubio fuerit, & ideo propter eius dignitatem collocauerit eum in curru suo. Sanè hæc non conueniunt vitæ monasticæ. Igitur, infert Scaliger, *ille Ionadab Rechabita apud Ieremiam verus & proximus pater erat eorum, quos ad se vocauit Ieremias, & illis pocula vino plena anteposuit, Temporibus ergo Ieremia illa seuera regula instituta. Sanè originem Rechabitarum istorum non antiquiorem repeti posse, quam à Iofia, aut à Manassis vltimis regni annis, certo certius est.* Hæc Scaliger immani, qua solet semper confidentia. Ergo iuxta Scaligerum Ionadab iste pater erit Chabatziæ, auus Iirmeiæ, proauus Iaazanjæ, quem cum fratribus & filiis, & vniuersa Rechabitarum familia ad se vocauit Ieremias, supra vers. 3. Plerique tamen, hunc & illum vnum & eundem Ionadabum esse verisimilius existimant, qui dictus sit pater istorum Rechabitarum, id est, vel vnus insignior ex maioribus, vel eius austeri instituti auctor. Et rectè isti Ieremiæ dicere potuerunt, Ionadab pater noster præcepit nobis: Haud aliter quam nos Dominicani vere nunc dicere possumus; Sanctus Dominicus Pater noster mandauit nobis, vt à carnibus absteremus. Tremellius & Iunius: *Nam Ionadab filius Rechabi, pater noster, id est, celeberrime ille progenitor familie nostræ, timens Dei, cuius mentio est 2. Reg. 10. 15. Vatablus: [Ionadab autem filius Rechab hæc præcepta filiis dederat, qui amicus Iehu regis Israelis fuit, 2. Reg. 10. 15.] Hoc ipsum passim & Hebræi & nostri affirmant. Notat Kimchi à Ionadabo vsque ad Iehojakimum, quo tempore hæc facta esse dicuntur, trecentos circiter annos effluxisse, quo tempore Rechabita vinum non degustarunt.*

FILIVS RECHAB.] id est, pronepos, aut progenitus, siue ex posteris Rechabi. sic vers. 8 10. 14. & 16.

PRÆCEPIT NOBIS, DICENS &c.] Alij *interdixit nobis, dicendo, Ne bibitate vinum, vos, aut filij vestri in aeternum, seu vsque in sæculum, vel vnquam.* Ductus non humano consilio tantum, quo inquilinis modestia, sobrietas, humilitasque inter cæteros maxime commendatur; sed spiritu prophetico, quo euenturas Iisraelitis omnibus calamitates præsignificabat.

SED IN TABERNACVLIS HABITABITIS &c.] Alij: *Sed in tentoriis habitetis &c. vt maiores antea fecerant Iudicum 4. v. 17.*

IN QVA VOS PEREGRINAMINI.] Heb. *qua vos peregrinantes, seu trahentes ibi.* Alij, *vbi inquilino estis.* nam peregrini erant, nec ex genere Iisraelis, sed Iithronis cognati Moïsi, Madianitæ.

VERS. 11. QUVM AVTEM ASCENDISSET &c.] Alij hunc versum ex Heb. efferunt. *Fuit autem quum ascenderet Nebuchadretzar Rex Babylonia in terram hanc : ut diceremus , Venite & ingrediamur , seu agite , ingrediamur Ieruschalaima à facie , seu metu copiarum Chaldaeorum , & metu copiarum Syria : ita consideremus Ieruschalaimis .* Occupatio, Cur ergo, dixerit quispian, in tentoriis modo non habitatis? respondent, hoc à se non de industria aut sponte, sed ex necessitate fieri. Loquitur autem de ea expeditione Nebuchadretzaris temporibus Ichojakimi, de qua 2. Reg. c. 24. v. 1. & 2.

VERS. 12. ET FACTVM EST &c.] Alij: *Tum fuit verbum Iehoua ad Iirmeiam dicendo.* Transiitio ad anagogen, seu accommodationem, vt diximus in vers. 1. Sunt autem illius partes duæ, contestatio, tribus versibus sequentibus: & sententiæ dictio, quatuor vltimis.

VERS. 13. NUMQVID NON RECIPIETIS DISCIPLINAM?] Alij: *An non percepturi estis eruditionem?* Propositio contestationis, quæ illustratur per comparisonem minoris, id est, præcedentis exempli Rechabitarum, vers. 14. & 15.

VERS. 14. PRÆVALVERVNT SERMONES IONADAB &c.] 1. *Observata sunt*, seu, *impleta sunt*, aut *rata sunt*, verbu Ionadabi &c. 2. *Præstatur unumquodque verborum Ionadabi.* Heb. ex verbo: *Surgere factum fuit verba*, id est, unumquodque verborum Ionadabi, quasi dicat, Curatum fuit vt verba Ionadabi præstarentur & obseruarentur, seu executioni mandarentur, & opere completerentur. Sic infra vers. 16.

MANE CONSVRGENS ET LOQVENS.] Heb. *manicando*, seu *diluculando*, & *loquendo*. Quidam: *inde à diluculo indefinenter.* vide de hac loquutione supra cap. 32. v. 33. sic versu sequente.

VERS. 15. MISIQVE AD VOS OMNES SERVOS MEOS PROPHETAS &c.] de hoc versu vide in 2. Paralipom. 36. v. 15. & supra cap. 7. v. 25. & cap. 25. v. 4. Quidam hunc versum ex Heb. transferunt: *Quumque mitto ad vos omnes servos meos prophetas, inde à diluculo indefinenter, dicendo, Reuertimini iam quisque à via sua pessima, & bonas efficitæ actiones vestras, vel & bona facite te, seu emendate opera vestra, neque sequam? videos alienos colendo eos; ita manete in hac terra, quam tradidi vobis & maioribus vestris: non tamen inclinatis aurem vestram, neque auscultatis mihi.*

VERS. 16. FIRMAVERVNT IGHVR FILII IONADAB &c.] Alij: 1. *Certè ratum seruauerunt filij Iehonadabi &c.* Replicatio præcedentis contestationis, vers. 14. continens membra duo comparisonis, nempe Rechabitas, & Iudæos, de quibus deinceps sententia fertur à Deo. Hysteron proteron.

VERS. 17. IDCIRCO HAC DICIT DOMINVS &c.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua Deus exercituum, Deus Israelis &c.* Prior sententiæ pars in Iehudæos, hoc versu.

VERS. 18. DOMVI AVTEM RECHABITARVM DIXIT IEREMIAS &c.] Quidam: *Familia verò Rechabæorum dixit Iirmeja &c.* Posterior sententiæ pars de Rechabæis, duobus versibus.

VERS. 19. NON DEFICIET VIR DE STIRPE IONA-

DAB FILII RECHAB, STANS IN CONSPECTV MEO CVNCTIS DIEBV.] Hebræi exponunt: *stans coram me.* id est, ministrans mihi in templo. Existimant enim Hebræi filias Rechabitarum nupsisse Leuitis; & Sacerdotibus, ex quibus procreati sint filij, qui essent Leuitæ & Sacerdotes ministrantes Domino in templo. Hanc interpretationem refellit Scaliger cap. 24. Elenchi: quod tamen si posteritas ex filiabus Rechabitarum, & filiis sacerdotum sint sacerdotes, tamen hoc non pertinet ad Rechabitas: non enim offerrent quæ Rechabitæ, sed quæ Leuitæ & filij sacerdotum: nam genus maternum habetur pro nullo: & apud Hebræos receptum est axioma: *Familia matris non vocatur familia.* ipse Scaliger exponit hos Rechabitas esse, qui Hasidæi postea vocati sunt, de quibus 1. Machabæor. 2. 42. qui erant corpus quoddam, collegium, societas, seu tagma, aut systema, vulgò dicimus, confratiam, eorum, qui sponte se addicebant functionibus legis, & offerebant in templo, non quidem per se. (non enim erant sacerdotes) sed sacerdotes eorum nomine; & quotidie victimam immolabant, & sanctimonie operabantur in templo, neque à templo recedebant, vt faciebat illa Anna prophetissa apud Lucam. de quibus plura vide apud eundem Scaligerum cap. 22. Elenchi, & Serrarium lib. 3. Trihæresij, cap. 7. & 9. & in Mineruali cap. 10. & 11. Ergo quod pollicetur Deus Rechabitis non defuturos de eorum posteris, qui ministrant Deo in templo; sic accipit Scaliger, id est, qui operentur sanctimonie in templo, vt Corporati Assidæi, Serrarius vult hoc plenè completum in veris & spiritualibus Rechabitis, viris perfectioris vitæ sub Euangelio, in Ecclesia Christi, nempe ascetis, monachis, religiosis, Vatablus & alij exponunt hîc, *stare coram Deo*, esse, gratos, acceptos illi fore, quibus ipse fatet, quosque tuetur ac defendit: quasi dicat, Posteros Ionadabi gratia & fauore sum prosequuturus, quandiu illi vixerint; nunquam desinam memor esse nepotum Ionadabi. Eos quos amamus, non sinimus à conspectu nostro recedere. Tremellius & Iunius exponunt: *Non excindetur vir Ionadabo filio Rechabi, qui fiet coram me omnibus temporibus.* id est, perpetua erit gens ista coram me, ex prædictione Iehonadabi, supra vers. 7. nam illos ex captiuitate fuisse reduces ostendit Hezra 1. Chronicorum 2. v. 55, nam de ipsis tanquam de præsentibus loquitur. Benjamin Tudelensis qui sub Alexandro III. Pontifice orbem suscepta peregrinatione peragravit, in itinerrario suo; si non mentitur, aut nugatur, pag. 75. hæc narrat: [*Regio Saba, que nunc terra Aliman dicitur, regioni Sennaar à septentrione confinis, cuius tractus vnus & viginti itinera continet per solitudines faciendæ: atque in hac regione Iudæi illi habitant, qui Rechab filij appellantur, alio nomine viri Theima. Est enim Theima illorum regionis initium, quos nunc Hanan Hanassi gubernat. Est autem vrbs ipsa Theima magna & frequens. Horum regio inter montes, qui septentrionales dicuntur, sedecim dierum itinere præ-*

renditur, urbibus magnis, & munitissimis ex-
-ulta, nullique externa gentis inigo subdita: unde
-de procedentes incola finitimas & remotiores
-etiam gentes diripiunt omnes, quotquot sunt, us-
-que ad Arabes, qui cum ipsis fœdus habent.]
-Haftenus ille. Qui mox subdit: Atque ij Iu-
-dai filij Rechab, quos modo indicabamus, agros
-colunt, & pascua, & armenta atque pecora pos-
-sident, latissimam regionem & vastam obtinen-
-tes, qui ex omnibus prouentibus suis decimas
-dant in usum discipulorum sapientum, doctrina
-atque concionibus perpetuo vacantium, & Pha-
-risæorum, qui Traxionem lugent, & Ierusalem
-deplorant; carnibus ac vino perpetuo abstinen-
-tes, pullatisque vestibus semper induti, specubus
-aut casulis inhabitantes, cunctisque diebus præ-
-ter sabbatum ieiunantes, assiduis etiam preci-

bus Dei misericordiam; & nomen sanctum im-
-plorantes erga liberationem captiuitatis Israel.
-Idem etiam precantur Iudai omnes viri regio-
-nis Theima & Telimaas, in qua centum ferè
-millia Iudæorum sunt; inter quos Selomoh Ha-
-nassi, hoc est, summus, eiusdemque frater Hha-
-nan Hanassi ex progenie Dauidis regis, &c.]
-Hæc Benjamin. Subiicit his Scaliger cap. 25.
-Elenchi: [Ego non dubito eosdem esse, quorum
-meminit Ieremias, præsertim quum Benjamin
-adiicit, ij, qui vocantur filij Rechab. Hoc
-enim modo indicat notissimos & celeberrimos
-fuisse. Nulli autem fuerunt præter illos, de qui-
-bus Ieremias. Sunt igitur ij ipsi. Sed in exilio
-Babylonico multum mutarant a castigata illa re-
-gula, ut solet accidere iis, qui solum patrium
-verterunt.]

CAPVT XXXVI.

Iussu Domini mittit Ieremias] inclusus carcere per Baruch librum commi-
-nationum, quem legat coram omni populo ut resipiscant: porrò rex
-Ioakim ipsum igni consumit, iubens Ieremiam & Baruch comprehendere,
-quæ absconditi erant: Ieremias autem iussu Domini iubet Baruch alium
-scribere, & Ioakim ac semen eius vnà cum Ierusalem prædicit perdendos.

Vulg.

Malu.

I factum est in anno
quarto Ioakim filij Iô-
sæ regis Iuda: factum
est verbum hoc ad Ie-
remiam à Domino, di-
cens:

2 Tolle volumen libri, & scribes in eo
omnia verba, quæ locutus sum tibi aduer-
sum Israel & Iudam, & aduersum omnes
gentes; à die, qua locutus sum ad te, ex
diebus Iosæ usque ad diem hanc:

3 Si forte audiente domo Iuda vniversa
mala, quæ ego cogito facere eis, reuertan-
tur vnusquisque à via sua pessima: & pro-
pitius ero iniquitati, & peccato eorum.

4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filium
Neria: & scripsit Baruch ex ore Ieremiae,
omnes sermones Domini, quos locutus est
ad eum, in volumine libri:

5 & præcepit Ieremias Baruch, dicens:
Ego clausus sum, nec valeo ingredi do-
mum Domini.

6 Ingredere ergo tu, & lege de volumi-
ne, in quo scripsisti ex ore meo verba Do-
mini, audiente populo in domo Domini in
die ieiunij: in super & audiente vni-

I fuit in anno quar-
to Iehojakimo filio
Iosijahu regi Iehu-
dah, fuit verbum
istud ad Iirmejahu, ^a a v. c. 34. t.
de ad I H V H, ad dicere:

2 Accipe tibi volumen libri, & scri-
bes ad ^b eum omnia verba, quæ loquu-
tus fui ad te, super Israël, & super ^b illud, scilicet
Iehudah, & super omnes gentes: de die ^c cor volumina
loquutus fui ad te, de diebus Iosijahu,
& usque ad diem istum.

3 Si forte audient domus Iehudah
omne malum, quod ego excogitans
ad facere eis: ^c correspondentiæ re-
uertentur ^d vir de via sua mala, & ^e ad correc-
condonabo ^e prauitati eorum, & ^f erra-
to eorum.

4 Et vocauit Iirmejahu Baruchum
filium Nerijah: & scripsit Baruch de
ore Iirmejahu omnia verba I H V H, quæ
loquutus fuit ad eum, super volumen
libri.

5 Et præcepit Iirmejahu ad Baruchum,
ad dicere: Ego præualitus, non
potero ad venire domum I H V H.

6 Et venies tu, & ^g vocabis in volu-
mine, quod scripsisti de ore meo, verba
I H V H ^h in auribus populi, domo I H V H ^g procla-
in die ieiunij: & etiam in auribus omnis ^h mulgabis,
Iehu ^h audiente ^h leges sic in
populo ^h sine versus
suo ^h & v. 8. 10.
v. 10. 13.

verso Iuda, qui veniunt de ciuitatibus suis leges eis,

7 Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, & reuertatur unusquisque a via sua pessima: quoniam magnus furor, & indignatio est, quam locutus est Dominus aduersus populum hunc.

8 Et fecit Baruch filius Neria iuxta omnia, quae praeceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini.

9 Factum est autem in anno quinto Ioa- kim filij Iosia regis Iuda, in mense nono: predicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & uni- uersa multitudini, qua confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.

10 Legitque Baruch ex volumine sermo- nes Ieremia in domo Domini in gazophylacio Gamaria filij Saphan scribae, in ve- stibulo superiori, in introitu portae nouae domus Domini audiente omni populo.

11 Cumque audisset Micheas filius Gamariae filij Saphan omnes sermones Domini ex libro:

12 descendit in domum regis ad gazophylacium scribae: & ecce ibi omnes prin- cipes sedebant: Elisama scriba, & Da- laias filius Semeia, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius Hanania, & uniuersi principes.

13 Et nuntiavit eis Micheas omnia verba, quae audiuit legente Baruch ex volumine in auribus populi.

14 Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathania filij Sete- mia, filij Chuli, dicentes: Volumen, ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Ne- ria volumen in manu sua, & venit ad eos;

15 Et dixerunt ad eum: Sede, & lege haec in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum.

16 Igitur cum audissent omnia ver- ba, obstupuerunt unusquisque ad pro- ximum suum, & dixerunt ad Baruch Nuntiare debemus regi omnes sermones istos.

17 Et interrogauerunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes ser- mones istos ex ore eius.

18 Dixit autem eis Baruch: Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes ser- Maluenda, In libr. Ierem.

Iehudah venientium de ciuitatibus eo- rum vocabis ea.

7 Si forte cadet gratia eorum faciebus IHVH; & conuersi fuerunt vir de via sua mala: quia grandis natus, & ardor, quem loquutus fuit IHVH ad populum istum.

8 Et fecit Baruch filius Nerijah secundum omne, quod praecepit eum Iirmejahu propheta ad vocare in libro verba IHVH domo IHVH.

9. Et fuit in anno quinto Iehojakimo filio Iosijahu regi Iehudah, in inno- uatione nona, vocauerunt ieiunium, P faciebus IHVH omnis populus in Ie- rusalaim: & omnis populus venientes de urbibus Iehudah in Ierusalaim.

10 Et vocauit Baruch in libro verba Iirmejahu domo IHVH in exedra Ghemarjahu filij Saphanis, numerantis, in atrio altissimo ostij portae domus IHVH nouae; in auribus omnis populi.

11 Et audiuit Michajehu filius Ghe- marjahu, filij Saphanis omnia verba IHVH de super librum.

12 Et descendit domum regis super exedram numerantis; & ecce ibi om- nes principes sedentes: Elisamagh nu- merans, & Delajahu filius Semaghja- hu, & Elnathan filius Chachboris, & Ghemarjahu filius Saphanis, & Tzid- kijahu filius Chananjahu, & omnes principes.

13 Et annuntiavit eis Michejahu om- nia verba, quae audiuit in vocare Baruchum in libro in auribus populi.

14 Et miserunt omnes principes ad Baruchum, Iehudi filium Nethanjahu, filij Ghusi, ad dicere: Volumen, quod vocauisti in eo in auribus populi, accipe illud in manu tua, & ambula: & accepit Baruch filius Nerijahu vo- lumen in manu sua, & venit ad eos.

15 Et dixerunt ad eum: Sede, obsecro, & voca illud in auribus nostris: & voca- uit Baruch in auribus eorum.

16 Et fuit secundum audire eos om- nia verba, expauerunt vir ad So- dalem suum: & dixerunt ad Baruchum; Annuntiare annuntiabimus regi omnia verba ista.

17 Et ad Baruchum postulauerunt, ad dicere: Annuntia, obsecro, nobis, quomodo scripsisti omnia verba ista de ore eius.

18 Et dixit eis Baruch; De ore suo vocabit ad me omnia verba ista: &

i deprecatio, supplicatio-pro gratia
k datus ad facies
l astus-ira, exandescencia
m omnino prout praeceperat ei

n lunatio- ne, mensis
o proclama- uerunt, pro- mulgauerunt, iudica- xerunt

p vs v. 7.
q vs c. 35.
2. sic v. 12.
20. 21.
r scribae, notarij. sic v. 12. 20. 21.

s quo
t vs v. 6. sic
v. 15. 18. 21.
u vs v. 6 sic
v. 16. 20. 21.

x conteri- ti fuerunt
y quisque
z socium proximum amicum



mones istos: & ego scribebam in volumine atramento,

19 Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat ubi sitis.

20 Et ingressi sunt ad regem in atrium: porro volumen commendauerunt in gazophylacio Elisama scriba: & nuntiauerunt audienti rege omnes sermones:

21 Misitque rex Iudi ut sumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Elisama scriba, legit audiente rege, & vniuersis principibus, qui stabant circa regem.

22 Rex autem sedebat in domo hiemali in mense nono: & posita erat arula coram eo plena prunis.

23 Cumque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribae & proiecit in ignem, qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni, qui erat in arula.

24 Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.

25 Verumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi, ne combureret librum: & non audiuit eos.

26 Et praecepit rex Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemia filio Abdeel, ut comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam, prophetam: abscondit autem eos Dominus.

27 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, postquam combusserat rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremias, dicens:

28 Rursum tolle volumen aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combussit Ioakim rex Iuda.

29 Et ad Ioakim regem Iuda, dices: Hac dicit Dominus. Tu combussisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians: Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem, & iumentum?

30 Propterea hac dicit Dominus contra

ego scribens super librum in atramento.

19 Et dixerunt principes ad Baruchum; Ambula, abscondere te, & Iirmejahu: & vir non cognoscat vbi nam vos.

20 Et venerunt ad regem in atrium, & volumen^a visitare fecerunt in exedra Elisamagh numerantis: & annuntiauerunt in auribus regis omnia verba.

21 Et misit rex Iehudi ad accipere volumen, & accepit illud de exedra Elisamagh numerantis: & vocauit illud Iehudi in auribus regis, & in auribus omnium principum stantium desuper regem.

22 Et rex sedens domo hiemis, in^b inuocatione nona, & ad focum^c faciebus eius ardentem.

23 Et fuit secundum^d vocare Iehudi tres^e ianuas, & quatuor, ^f dirumpet illud in nouacula^g numerantis, & deicere ad ignem, qui ad focum, vsque ad^h consummare omne volumen super ignem, qui super focum.

24 Et non expauerunt & non diruperunt vestimenta sua: rex, & omnes serui eius audientes omnia verba ista.

25 Et etiam Elnathan, & Delajahu, & Ghemarjahuⁱ occurrerunt in rege ad^k nequaquam comburere volumen: & non audiuit ad eos.

26 Et praecepit rex ad Ierachmeelem filium^l Hamelechi, & ad Serajahu filium Ghazrielis, & ad Selemjahu filium Ghabdeelis ad accipere Baruchum^m numerantem, & Iirmejahu prophetam: & abscondit eos IHVH.

27 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu, post comburere regem volumen, & verba, quae scripsit Baruch de ore Iirmejahu, ad dicere:

28 Reuertere accipe tibi volumen alterum; & scribe super illud omnia verba prima, quae fuerunt super volumen primum, quod combussit Iehojakim rex Iehudah.

29 Et super Iehojakimum regem Iehudah dices; sic dixit IHVH: Tu combussisti volumen istud, ad dicere, Quidⁿ cognitionis scripsisti super illud, ad dicere, Venire veniet rex Babelis, & funditus perdet terram istam, & cessare faciet de ex ea hominem & animal.

30 Ad sic, sic dixit IHVH super Iehojakimum

^a commendaue-
runt, de-
posuerunt

^b vi 7.9.
^c vi 7.7.

^d pronun-
tiare, legere
^e fores,
ostia, pagi-
nas, valuas
facerabit
^f sic v. 24
^g scriba
^h consum-
mari, con-
sumi

ⁱ intecesse-
runt, d: pre-
causuar,
orauerunt
^k nequaquam,
no omnino
^l regis

^m vi 23.

ⁿ causa

^o iumentu
bestiam

Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium David: & cadaver eius proicietur ad aſtum per diem, & ad gelu per noctem.

31 Et viſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & contra ſervos eius iniquitates ſuas: & adducam ſuper eos, & ſuper habitatores Ierusalem, & ſuper viros Iuda omne malum, quod locutus ſum ad eos, & non audierunt.

31 Jeremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neria ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Jeremie omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioakim rex Iuda igni: & in ſuper additi ſunt ſermones multo plures, quam antea fuerant.

kimum regem Iehudah; Non erit ei ſedens ſuper ſolium Davidis: & cadaver eius erit deiectum ꝑ ſiccitati in die, & ꝑ gelu in nocte.


31 Et ꝑ viſitabo ſuper eum, & ſuper ſemen eius, & ſuper ſervos eius ꝑ pravitatem eorum: & venire-faciam ſuper eos, & ſuper habitantes Ierusalem, & ad virum Iehudah omne malum, quod loquutus-fui ad eos, & non audierunt.

32 Et Iirmejahu accepit volumen alterum, & dedit illud ad Baruchum filium Nerijahu ꝑ numerantem; & ſcripſit ſuper illud de ore Iirmejahu omnia verba libri, quem combuſſit Iehojakim rex Iehudah in igne; & adhuc additum-fuit ſuper ea, verba multa ſicut ea.

ꝑ aſtai
ꝑ glaci

ꝑ animad
veram in
eum
(curvitatē,
diſtorſionem,
perverſitatem)

ꝑ vi v. 33.



COMMENTARIA.

VERS. I.



FACTVM EST IN ANNO QVARTO IOACIM, &c.] Totum hoc caput, inquit, narratiuum est, cuius historia tria maxime capita continet: primum est fidei, quam Iirmeja & Baruch adhibuerunt, ad testandum Dei voluntatem, decem primis versibus. Secundum, contradictionum, quæ a summatibus obuenerunt, & periculorum a rege, vsque ad vers. 27. tertium, sententiæ dictio in contrauenientes, ad finem vsque.

Anno quarto Ioacim, vel Iehojakimi, &c. videlicet sub finem illius, habitis duabus illis concionibus, quæ politæ sunt supra cap. 25. & 35. quod confirmatur infra v. 5. & 9.

VERS. 2.

A DIEBUS IOSIÆ VSQVE AD DIEM HANC.] quod est spatium viginti trium annorum. vide supra cap. 25. v. 3.

VERS. 3.

OMNES SERMONES DOMINI, QVOS LOQVVTVS EST AD EAM.] Alij clarius: omnia verba Iehouæ, quæ eloquebatur ipsi Iirmeia.

IN VOLVGINE LIBRI.] id est, in libro plicatili, qui in celindrum conuoluebatur, vt erant priscorum libri. Sic Psalm. 59. 8.

VERS. 4.

ET PRÆCEPIT IEREMIAS BARUCH, &c.] Alij: Deinde præcepit Iirmeia Barucho, &c. perſcripto volumine: quod fuit anno quinto, mense nono, vt ostendit versus 9.

VERS. 5.

EGO CLAVSVS SVM.] Hebr. Ego præualitus, præualidatus, valide-conclusus, cohibitus, coërcitus. Plerique exponunt, vincitus in carcere. Sed huius carceris nulla antea mentio: neque satis conuenit cum vers. 19. infra. Alij, id est, domi me contineo ac delitescio metu Iehojakimi. Nonnulli: Ego detentus. Huius detentionis causas, etsi præscriptis verbis in Maluenda, In libr. Ierem.

Scriptura legi non meminimus, tamen tres simul putamus in hoc tempus concurrisse: prima est, interdictum regis, qui principio regni ediderat insignia impietatis, & crudelitatis suæ documenta, supra cap. 26. secunda fuit, abstentio (vt Patres loquebantur) ecclesiastica, qua verisimile est principes Sacerdotum regi assentantes Iirmeiam quodammodo excommunicasse, ne orationem amplius haberet ad populum, aut templum accederet, adductos duabus illis prophetiis, quas enuntiauerat anno quarto, supra cap. 25. & 35. tertia est, mandatum Dei, quo voluit Deus consulere prophetæ suo, & absentia silentioque (quod improbi in beneficio ponebant) punire Ecclesiam Iudæorum.

IN DIE IEIUNI.] non imperati lege, sed conceptiui seu indictiui, vt apparet ex vers. 9.

SI FORTE CADAT ORATIO EORVM IN CONSPECTV DOMINI.] Alij: Si forte procidat deprecatio eorum coram Iehoua. vel si forte procidant deprecantes ipsi coram Iehoua. Hypallage rethorum. Ex verbo: Si forte cadat gratia eorum coram Iehouab. id est, Si forte ipsi sunt digni gratia & misericordia Dei. vel Deus eos sua gratia dignos efficiat, id est, per hypallagem, si forte ipsi in gratiam Dei incendant. Hispanicè eleganter dicimus, *Caber en gracia de otti.*

FACTVM EST AVTEM IN ANNO QVINTO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Fuit autem anno quinto Iehojakimi filij Ieschijæ regis Iehudæ, mense nono, quum indixissent ieiunium, impersonaliter, hoc est, indicto ieiunio coram Iehoua toti populo Ieruschalaimis: quum totus populus vententes ex ciuitatibus Iehudæ essent Ieruschalaimis.

IN VESTIBVLO SUPERIORE, IN

VERS. 10.

INTROITV PORTÆ NOVÆ DOMVS DOMINI.] Quidam: in atrio superiore ad estium porta domus Iehoua recentioris. de qua vide supra cap. 26. 10. sed cum nullum atrium superius templi alibi legatur, fortè hîc מִלְּיָגְהֶלְיוֹן, non sit epithetum atrij, sed portæ; & vox atrij in regimine legatur, in atrio altissimi ostij porta domus Iehoua noua. Altissima enim erat attributum portæ domus Domini nouæ: vide 2. Regum 15. 35. & supra cap. 20. 2. & cap. 26. 10. Aut fortè atrium altissimum dictum fuit, quod prope altissimam portam templi esset.

VERS. 11. QVVMQVE AVDISSET MICHAËS, &c.] Secunda pars narrationis, vt diximus in vers. 11.

VERS. 12. DESCENDIT IN DOMVM REGIS AD GAZOPHYLACIVM SCRIBÆ.] Alij: Descendit in domum regis ad cubiculum iurisperiti, vel legisperiti. Sic itatim: vide de hac voce in 2. Samuel. 8. vers. 17. Exponunt, iurisperiti, nimirum Elischamahî, qui mox nominatur iurisperitus. Erat autem ille quidam veluti rector & moderator in consilio regis ac principum. Alij, è Secretis regis fuisse putant. Sed quale istud scriba munus in regia fuerit, fusè diximus ad 2. Samuel. 8. Sic infra vers. 20. 21.

ELNATHAN FILIVS ACHABOR.] de quo vide supra cap. 26. 22.

VERS. 14. IVDI.] Hebr. Iehudi. propriè Iehudaum vel Iudæum: sed hîc est nomen proprium, singularis cuiusdam hominis, non commune gentis. Existimant fuisse hunc apparitorem regis, vt ex sequentibus constat.

VERS. 16. OBSTUPVERVNT VNVSQVISQVE AD PROXIMVM SVVM.] Hebr. expauerunt vir ad socium suum. id est, expauescentes mutuo se respiciebant: Hispanicè, mirances vnos à otros y à todos tiembla la barba. Quidam: vt expauescerent vir ad amicum suum, vel vt expauescentes alloquerentur alter alterum. id est, capita conferrent affecti quodammodo & perculli prophetiæ grauitate, vt demonstrant consilio suo, vers. 10.

VERS. 18. EX ORE SVO QVASI LEGENS LOQVBATVR AD ME OMNES SERMONES ISTOS.] Alij: 1. Ore suo dictabat mihi omnes sermones istos. 2. Ex ore suo pronuntiabat mihi omnia verba hæc, quasi dicat, memoriter ac promptu mihi dictabat, ac si ex libro legisset. Significat verba non fuisse à Ieremia meditata atque composita, sed à Spiritu sancto instillante.

VERS. 22. ET POSITA ERAT ARVLA CORAM EO PLENA PRVNIS.] Hispanicus Interpres: y hauiã un brasero ardiendo delante de el. Alij: & acerra, arula, focius, receptaculum ignis coram eo ardebat. 2. Forsterus: & habebat focum ante se ardentem. 3. idque cum foco ante ipsum accenso, PIN ach, aut esse focum, caminum, rogam, in quo sonetur ignis.

VERS. 23. TRES PAGELLAS.] At si volumen erat plicatile, in cylindrum conuolutum, vt erant libri priscorum, & nunc videmus legem à Iudæis scribi in modum rotuli, quemadmodum annotauimus supra vers. 4. totum volumen

non erat nisi vna continua, & perpetua pagina. Hebr. ex verbo: tres ianuæ, seu ostia, valuas. Fortasse intelligit פֶּרְסוּיֹתֵי pharsioth, id est, sectiones, quibus hodieque Iudæi vtuntur in Bibliis, in quibus aliqua dicuntur aperte, alia, clausa, more portarum, & sunt veluti portæ, quibus introeunt in lectionem Scripturæ: de quibus vide Ioannem Buxtorfium in Abbreviationibus Hebræorum, pag. 140. & 249. Quidam exponunt, quantum tres aut quatuor pagellæ, seu tabulæ ordinariorum librorum, aut pugillarium continere possunt.

SCIDIT ILLVD SCALPELLO SCRIBÆ.] Hebr. nouacula scribentis. Alij: 1. cultello scribæ, seu pennario. 2. scalpello scriptorio. 3. nouacula scribæ. 4. scalpo librario. 5. cultro Scribæ. Quidam hunc versum reddunt: Fuit ergo quum legisset Iehudi tria folia aut quatuor, vt laceraret illud scalpro librario, & proiiceret in ignem, qui erat in foco, donec consumeretur totum volumen igne illo, qui erat in foco.

ET NON TIMERVNT, NEQVE SCIDERVNT VESTIMENTA SVA, &c.] Alij: Non autem expauerunt, aut conterriti sunt, neque lacerauerunt vestimenta sua, &c. id est, ne paululum quidem perculli sunt, vt illi supra vers. 16.

IEREMIEL FILIO AMELECH.] Hebr. Filio Hamelech. Noster & plerique alij, Hamelech nomen proprium esse existimant. Nonnulli appellatiuum, vnde reddunt: Imo præcepit rex Ierachmeeli filio regis. id est, filio suo: quamobrem toti Iehojakimi familiæ deinde maledicitur, infra vers. 30.

ABSCONDIT AVTEM EOS DOMINVS.] Hebr. & abscondit, seu occultauit eos Iehouah. Cum, singulariter horum occultatio Iehouah tribuatur, opus proculdubio diuinæ virtutis fuisse videtur, vt miraculosè eos vel inuisibiles reddiderit, vt Ioan. 8. 59. vel aliò deportauerit.

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI, &c.] Tertia pars capituli, vt dictum est in v. 1.

RVRSVS TOLLE VOLUMEN ALIVD.] Hebr. Reuertere accipe tibi volumen posterius, seu alterum. id est, iterum, rursus cape tibi, &c. vide de hac loquutione in Genes. 26. 18.

ET AD IOACIM REGEM IYDA DICES, &c.] Alij: de Iehojakimo autem rege Iehuda dicitur, &c. Huius prophetiæ partes sunt, contestatio, hoc versu: & sententiæ latio duobus sequentibus.

ET CADAVER EIVS PROJICIETVR AD ÆSTVM PER DIEM ET AD GELV PER NOCTEM.] Alij: & cadaver eius erit proiectum æstui diurno, & gelu nocturno. Vide supra c. 22. vers. 19.

OMNE MALVM, QVOD LOQVVTVS SVM AD EOS.] Alij: totum illud malum, quod proloquebar eis, eo volumine, quod ab illis exutum est.

ET INSVPER ADDITI SVNT SERMONES MVLTVO PLVRES QVAM ANTEA FVERINT.] Alij ex Hebr. & adhuc additum est, imperpersonaliter, pro addita sunt super ea, vel, illis verba similia, huc eiusmodi, seu eiusdem generis.

CAPVT XXXVII.

Sedecias Iechonia succedens petit pro se orare Ieremiam; qui relicta à Chaldeis Ierusalem propter aduentum exercitus Pharaonis, prophetat Chaldeos redituros, & Ierusalem exusturos: ipse quoque Ieremias urbem egrediens casus in carcerem detruditur: vnde à Sedechia ductus, seruat in vestibulo carceris, assignata ipsi in dies torta panis.

Vulg.

Malu.

T regnavit rex Sedechias filius Iosia pro Iechonia filio Ioakim: quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda.

2 Et non obediuit ipse, serui eius, & populus terra, verbis Domini, quæ locutus est in manu Ieremias propheta.

3 Et misit rex Sedechias Iuchial filium Selemia, & Sophoniam filium Maasia sacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens: Ora pro nobis Dominum Deum nostrum.

4 Ieremias autem libere ambulabat in medio populi: non enim miserans eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audientes Chaldæi, qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem.

5 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicens.

6 Hec dicit Dominus Deus Israel: Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum.

7 & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc: & capient eam: & succendent eam igni.

8 Hac dicit Dominus: Nolite decipere animas vestras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi; quia non abibunt.

9 Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldaorum, qui praliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendunt ciuitatem hanc igni.

10 Ergo cum recessisset exercitus, Chal-

T regnavit rex Tzidkijahu filius Iosijahu, sub Chonjahu filio Iehojakimi; quem regnare fecit Nebuchadretzar rex Babelis in terra Iehudah.

2 Et non audiuit ipse & serui eius, & populus terræ ad verba IHVH, quæ loquutus fuit in manu Iirmejahu propheta.

3 Et misit rex Tzidkijahu Iehuchalem filium Selemjah, & Tzephanjahu filium Maghasejah sacerdotem ad Iirmejahu prophetam, ad dicere: Interpellare te fac, obsecro, in vsque ad nos ad IHVH ELOHIM nostrum.

4 Et Iirmejahu veniens & exiens in medio populi: & non dederunt eum domo coërcitionis.

5 Et strenuitas Pharghonis exiuit de Ægypto: & audierunt Chaldæi coangustantes super Ierusalaim, auditum eorum, & ascenderunt de super Ierusalaim.

6 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu prophetam, ad dicere:

7 Sic dixit IHVH ELOHIM Israëlis: Sic dicetis ad regem Iehudah mittentem vos ad me, ad quærere me: Ecce strenuitas Pharghonis exiens vobis adiutorio, reuersa fuit terræ suæ Ægypto.

8 Et reuertentur Chaldæi, & cadent super urbem istam, & capient eam, & comburent eam in igne.

9 Sic dixit IHVH: Non seducetis animas vestras, ad dicere, Ambulare ambulabunt de super nos Chaldæi. Quia non ambulabunt.

10 Quia si percussistis omnem strenuitatem

b cohibitiōnis, claustrū, carceris: vsq. 2 Reg. 22. 27. c virtus, robur, exercitus, copie d coarctantes, obstruētes.

e vsq. vsq. vsq. v. 11.

f spugnabunt, belligerabunt g Ne decipite vos metipfos h omnia abibunt

daorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis,

11 egressus est Ieremias de Ierusalem ut iret in Terram Benjamin, & diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium.

12 Cūque peruenisset ad portam Benjamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemia filij Hananiae, & apprehendit Ieremiam prophetam, dicens: Ad Chaldaeos profugis.

13 Et respondit Ieremias: Falsum est, non fugio ad Chaldaeos. Et non, audiuit eum: sed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.

14 Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, casum eum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ionathan scriba: ipse enim prepositus erat super carcerem.

15 Itaque ingressus est Ieremias in domum Laci & ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis.

16 Mittens autem Sedechias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo sua abscondite, & dixit: Putasne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias: Est, & ait: In manus regis Babylonis tradèris.

17 Et dixit Ieremias ad regem Sedechiam: Quid peccauit tibi, & seruis tuis; & populo tuo, quia misisti me in domum carceris?

18 Vbi sunt propheta vestri, qui prophetabant vobis, & dicebant: Non veniet rex Babylonis super vos, & super terram hanc?

19 Nunc ergo audi obsecro domine mi rex: Valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan scriba, ne moriar ibi.

20 Præcepit ergo rex Sedechias ut traderetur Ieremias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

nuitatem Chaldaeorum i cædentium ad vos, & derelinquētur in eis homines k transfossi: i vir in tentorio suo confurgent, & cōburent urbem istam in igne.

11 Et fuit in ascendere strenuitatem Chaldaeorum de super Ierusalaim, de faciebus strenuitatis Phargonis.

12 Et exiuit Iirmejahu de Ierusalaim, ad ambulare terram Binjaminis: ad dispartire de ibi in medio populi.

13 Et fuit ipse in porta Binjaminis, & ibi potiens visitationis, & nomen eius Iirijah filius Selmejah, filij Chananjah: & m cepit Iirmejahu prophetam, ad dicere; Ad Chaldaeos tu n cadens.

14 Et dixit Iirmejahu, Falsitas, non ego cadens super Chaldaeos. Et non audiuit ad eum: & cepit Iirijah in Iirmejahu, & venire fecit eum ad principes.

15 Et efferbuerunt principes super Iirmejahu, & o percutere facient eum: & dederunt eum domo p ligaminis, domo Iehonathanis q numerantis; quia eum fecerunt r domo f coërcitionis.

16 Quia venit Iirmejahu ad domum cisternæ, & ad desidientias: & t sedit ibi Iirmejahu diebus multis.

17 Et misit rex Tzidkijahu, & accepit eum, & postulauit eum rex in domo sua u in absconsione; & dixit; An x existentia verbi de y ad I H V H? Et dixit Iirmejahu Existentia: & dixit. In manu regis Babelis daberis.

18 Et dixit Iirmejahu ad regem Tzidkijahu: Quid errauit tibi, & seruis tuis, & populo isti; quia dedistis me ad domum z coërcitionis?

19 Et vbi nam propheta vestri, qui prophetauerunt vobis, ad dicere: Non veniet rex Babelis super vos, & super terram istam?

20 Et nunc audi, obsecro a sustentator mi rex: cadet, obsecro, gratia mea b faciebus tuis, & non reuertere facies me domum Ionathanis c numerantis; & non moriar ibi.

21 Et præcepit rex Tzidkijahu, & d visitauerunt Iirmejahu in e atrio custodiæ, & dare ei orbem panis f diei de g platea pistorum vsque ad h consummare omnem panem de vrbe: & sedit Iirmejahu in atrio custodiæ.

i oppugnatium vos
k transfixi
l quisque


m prehensit. sic v. 14.
n deficiens, dilabens. sic v. 14.

o percutient p vinculi, carceris, ligationis q scribae r datus in domum s vt v. 4. t mansit, habitauit. sic v. 21.

u in abdito, clam x est verbum. sic statim, y apud, penes, cum

z vt v. 4.

a here, domine] b datiuus, ad facies c scribae d deposuerunt, como dauerunt tanquam depositum. vt c. 36. 20. e vide c. 32. 2. sic infine versus f in diem g vico h vt c. 36. 24.



COMMENTARIA.

VERS. 3.



T REGNAVIT REX SEDECHIAS, &c.] Quidam: *Postea regnavit Tzidkija, &c.* Vide in 2. Regum 24. v. 17. & sequentibus. Duo hæc capita perpetuam historiam continent, quomodo Iirmeia exceptus fuerit Ieruschalaimis toto regis Tzidkijæ tempore.

VERS. 3.

ET MISIT REX SEDECHIAS, &c.] *Miserat quidem rex Tzidkija, id est, rex quidem ipse primum facilis esse visus est, & Deum ferio accedere, vsque ad vers. 11. sed evanuit totam illud speciosum studium præterito metu, & aulicis improbè in Iirmeiam inuehentibus, in quorum voluntatem rex illico traductus est, vers. 11. & quinque sequentibus: cuius facilitatis ac potius locordia exempla deinceps ponuntur, hoc & sequente Capite.*

VERS. 4.

IEREMIAS INGREDIENS ET EGREDIENS IN MEDIO POPULI.] Alij: *Et Iirmeia libere versabatur in medio populi.* De qua formula vide in Numeror. 27. 17. & 21.

VERS. 5.

IGITUR EXERCITVS PHARAONIS EGRESSVS EST DE EGYPTO, &c.] Hunc versum ex Heb. perspicuitatis gratia ita quidam reddunt: *Quum copia Pharaonis egrederentur ex Aegypto, & audientes Chaldaei, qui obsidebant Ieruschalaima, famam de illis, abirent à Ieruschalaimis.* Nimirum occursum Chaldaeis. Fuit autem iste Pharao, Vvaphres, seu Apries, de quo vide infra Cap. 44. v. 30. Hic verò exercitus Aegyptiorum, in auxilium Iudæorum veniebat aduersus Chaldaeos obsidentes urbem, vt dicitur infra vers. 7. Hunc locum mire illustrat Iosephus 10. Antiquit. Cap. 10. [*Sedecia cum per octo annos socius Babyloniorum fuisset, violato fœdere ad Aegyptios defecit, sperans si cum illis vires coniungeret, Babylonium necessario succumbere. Quo cognito Babylonius exercitum contra eum duxit: vastataque regione, & occupatis arcibus, ad ipsam Ierosolymam oppugnandam accessit. Aegyptius autem audito in quibus angustiis esset Sedecias socius, assumpto valido exercitu Iudæam petiit, volens obsidionem solvere. At Babylonius intermissa obsidione, obviam illi profectus, vno pralio victum tota Syria expulit. Anno autem nono regni Sedecia Babylonius rex iterum exercitum admoit Ierosolymis. &c.]*

VERS. 6.

ECCE EXERCITVS PHARAONIS, QUI EGRESSVS EST VOBIS IN AUXILIUM, &c.] Alij: *Ecce copia Pharaonis, quæ egressura sunt vobis in auxilium, &c.* Hic Iirmeia pro deprecatione, quam postulabat rex, sententiam pronuntiat, & causam aperte ostendit, nam (inquit propheta) rex fucum Deo se facturum putat: ita acceditis me quasi respiceret serio, & certa fiducia in Deum recumberet: interea verba facitis: rex enim de Aegyptiorum copiis adhibendis cogitat: quamobrem sen-

tentia duobus membris continetur: vnum est, inanes fore auxiliares Aegyptiorum copias, & re infecta abituras: alterum, regem, populumque & regnum Iudæorum per Chaldaeos enersum iri.

VERS. 8.

QUIA NON ABIBVNT.] *vel, nam non sunt abituris* videlicet, omnino ita vt dicitis: nam abiuerunt quidem, infra vers. 11. sed paulo post redintegrarunt obsidionem cœptam.

VERS. 9.

SED ETSI PERCVSSERITIS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: *Quin si percusseritis omnes copias Chaldaeorum oppugnantium vos, & reliqui essent ex eis homines transfixi, quisque in tentorio suo exurgerent, & comburent civitatem hanc igne.* Amplificatio per hypothesein hyperbolicam, qua ostendit etiam si Chaldaei circumuenirentur: (vt adhibitis Aegyptiis facturum se Tzidkija prouidebat) nihil tamen ex eo effecturum iri.

VERS. 11.

ET DIVIDERET IBI POSSESSIONEM IN CONSPECTV CIVIVM.] Diuersimodè alij ex Heb. 1. *vt lubricaret se inde in medio populi* id est; vt more rei lubricæ, quæ manibus teneri non potest, elaberetur è Ieruschalaimis permistus turbæ egredienti, & illinc se proriperet. quasi dicat, quem soluta obsidione multi proficiscerentur rus, conatus est Ieremias per mediam turbam illinc se proripere. 2. *ad labendum inde in medio populi.* id est, Benjaminitarum, & tribulium suorum, in agros suos & possessiones obsidione soluta redeuntium. 3. *vt divideret seipsum, siue vt segregaret se inde, quia erat in medio populi.* vel, *quo se illic segregaret de medio populi.* Nolebat enim manere in populo, ne conijceretur in carcerem. 4. Forsterus: *ad dispergendum inde in medio populi.* partem inde auferendi de agro, partem vero relinquendi amicis pro opera sua. 5. *possis reddere: ad lenificandum se, vel blandiendum sibi inde in medio populi.* id est, vt egressus Ieruschalaim, & rediens in solum patrum, ibi se inter suos reficeret ac recrearet seu refocillaret à laboribus obsidionis. In infinito חלך *chalik* elisa est littera He character conjugationis Hiphil, nam scribendum fuerat חלךך *bachalik*, quidam putant factum euphoniæ causâ: Sed ego, vt clanculariam & dissimulatam subductionem seu dilapsum; vel modicam & exiguam refocillationem Ieremiæ, quam captabat, indicaret.

VERS. 12.

AD PORTAM BINIAMIN.] Hebræi sic dictam volunt, vel quod in forte Benjaminis esset, vel quod per eam iretur in sortem Benjaminis: de qua vide 2. Reg. 14. v. 13. & infra Cap. 38. v. 7.

AD CHALDAEOS PROFGIS.] Alij: *Ad Chaldaeos in deficiis.* Quorum potentiam magnifice propheta prædicauerat: sic impius iste perfidè dissimulans odium prophetiarum, perfidiæ & transfugij Iirmeiam criminatur: vt solens homines improbi, qui honestè

ste videri volunt procurare turpia.

VERS. 13. ET RESPONDIT IEREMIAS, FALSVM EST &c.] Alij: hunc versum ex Heb. reddunt: Dicebat ergo Ieremias, Mendacium est, ego nequaquam ad Chaldaeos desicere volui: at ille notabat eum audire, sed prehensum Ieremiam adduxit Ierias ad Principes. 2. Cui dixit Iirmeia, Falsum est, minimè desicere ad Chaldaeos: non tamen auscultauit ei: sed prehendit Iirmeiam, & adduxit eum ad principes.

VERS. 14. EVM MISERVNT IN CARCEREM.] Alij: & posuerunt eum in domo, seu in loco vinculi seu in vinculis.

IN DOMO IONATHAN SCRIBÆ, IPSE ENIM PRÆPOSITVS ERAT SVPER CARCEREM.] Heb. in domo Iehonathanis scriba; quia eum vel eam fecerunt in domum coercionis: Alij: 1. domum Iehonathanis scriba, ipsam enim fecerant domum carceris. 2. in domo Iehonathanis scriba, nam eam apparauerant pro carcere. 3. in domo Iehonathanis scriba, hunc enim preferant carceri. 4. Forsterus: quoniam illum prefererunt domui carceris.

VERS. 15. ITAQUE INGRESSVS EST IEREMIAS IN DOMVM LACI.] Alij, in domum, seu locum foveæ, cisternæ, putei seu lacu, id est, in foveam illam. Hispanicus Interpres: en la casa de la mazmora, ó del foso. Vatablus: in locum herrende foveæ & atra.

ET IN ERGASTVLVM.] חַנְיֹוֹת channioth, variè exponunt 1. sanctes, & in locum ubi manebant detenti 2. Vatablus, & in ergastula, siue, hospitiola, seu ad cellulas ubi detinebantur vincti, Hispanicus interpres; y en las camarillas de la prison. 3. Mercerus: & ad mansiones, habitacula, hospitia, diuersoria. [Ceterum, inquit, in Haruch inueni CHANVIOTH dictum fuisse locum in monte templi extra cellam indicariam, quam appellant לשכה הגזית lishcab hagazit, id est, cellam seu cubiculum exciso lapide constructum.] Ad eum plane modum quo Tullianum, de quo Salustius in coniuratione Catilinæ, cap. 55. & Latomiæ Syracusanæ, de quibus Cicero lib. 5. in Verrem, Oratione 10. & Seneca de consolatione ad Martiã, Cap. 17. 4. Marinus: & ad castrametationes. vincitorum scilicet, ubi vincti manebant. 5. Auenarius: & ad mansiunculas, id est ad ergastula, vel ad cellulas in quibus detinebantur vincti. 6. Leo Iudæ: & in profundissimas mansiunculas. 7. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: & in cellulas illius, id est, de alia in aliam circumducentes reclusissent eum in penitissima, ubi

vix fontes, nisi perduelles collocabantur 8. Schindlerus sequutus chaldaeos, & nonnullos Hebræorum: & ad Tabernæ seu apothecas. Ante carcerem erant tabernæ, in quibus custodes desidebant, & hospites erant 9. & ad officinas, vbi varia opera fiunt 10. Forsterus singulare facit חַנְיֹוֹת channioth, vel חַנְיֹוֹת channioth: ad depositionem, repositionem exponit: in domum lacu & repositionis, id est, vbi positi erant custodes, vel vbi reposuerunt eum. Nos reddidimus ex nativâ verbi significatione: & ad desidentias, seu residentias, id est, ad turmam, agmen, globum, cohortem militum excubantium. Hispanicè, al cuerpo de guardia.

ET VBI SVNT PROPHETÆ VESTRI, &c.] Exponunt, quasi dicat, Age, si placet, compareant illi, vt prophetiarum comparatione apud æquos iudices audita innotescat veritas: nam spiritus prophetarum sunt prophetis subditi, Corinth. 14. 32. Ad hoc autem postularum reticente rege, Iirmeia saltem sibi pete de æquiori loco prospici, si negligitur causa veritatis. Sed videntur hæc verba insultantis in pseudopphetas, detecta eorum fraude & falsitate, reuerfis denuò Chaldæis post profligatum Ægyptium, ad obsidionem vrbis.

VALEAT DEPRECATIO MEA IN CONSPECTV TVO.] Alij: 1. cadat, queso, deprecatio mea in conspectu tuo, id est, sine impetrem, quæ peto, sine te exorem. Prostrernere orationem, vel facere cadere orationem, est humiliter supplicare. 2. Procidat iam deprecatio mea coram te vel Procido iam deprecans te. vide supra cap. 36. v. 7.

PRÆCEPIT ERGO REX, &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt: Quamobrem præcepit rex Tzidkiiã vt deponerent, seu committerent Iirmeiam in atrium custodia, & darent ei tractam panis in diem ex vico pistorum, donec consumptus est omnis panis ex civitate: ita manebat Iirmeia in atrio custodia. Maluit Iirmeia detineri in carcere regio, & custodia publica, qui commodior erat, vbi plures eum inuiserent, quam in priuato Iehonathanis, expositus sæuitiæ priuati hominis, vt ipse indicauit versu præcedente, & carens solatio inuisentium. vide infra cap 38. v. 1.

TORTA PANIS.] כִּכְרֵי chiecar, propriè orbis, id est, orbicularis-portio. Alij: massa, frustum, tracta, torta, panis vide in Exod. 29. 23.

VERS. 18.

VERS. 19.


VERS. 20.

CAPVT XXXVIII.

Ieremias principibus à rege traditus mittitur in lacum lutosum ; vnde iussu regis per Abdemelech eductus in vestibulum carceris , suadet regi vt egrediatur ad Chaldaeos, alioqui nec ipse eos effugiet, & ciuitas ab eis igne succendetur : iubet quoque rex Ieremiæ vt hoc colloquium seruet secretum.

Vulg.

Malu.

1  Vdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemia, & Phassur filius Melchia, sermones, quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens:

2 Hec dicit Dominus : Quicumque manserit in ciuitate hac, morietur gladio, & fame, & peste : qui autem profugerit ad Chaldaeos, viuet, & erit anima eius sospes & viuens.

3 Hec dicit Dominus : Tradendo tradetur ciuitas hac in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et dixerunt principes regi: Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hac: siquidem homo iste non quarit pacem populo huic, sed malum.


5 Et dixit rex Sedechias: Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est regem vobis quidquam negare.

6 Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchia filij Amalech, qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum: descendit itaque Ieremias in cœnum.

7 Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quod misissent Ieremiam in lacum: porro rex sedebat in porta Benjamin.

8 Et egressus est Abdemelech de domo regis & locutus est ad regem, dicens:

9 Domine mi rex, malefecerunt viri isti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum Maluenda, In libr. Ierem.

1  T audiuit Sephatjahu filius Mathanis, & Ghedajahu filius Phaschuris, & Iuchal filius Selemjahu, & Phascur filius Malchijah, verba quæ Iirmejahu loquens ad omnem populum, dicens:

2 Sic dixit IHVH, Manens in vrbe ista morietur in gladio, in fame, & in peste: & exiens ad Chaldaeos, viuet, & erit ei anima eius spolio, & viuet.

3 Sic dixit IHVH ^a Dari dabitur vrbs ista in manu ^b strenuitatis regis Babelis, & capiet eam.

4 Et dixerunt principes ad regem; Mori fiat, obsecro, ad virum istum, quia super sic ipse remittens manus hominum ^c cætionis derelictorum in vrbe ista, & manus omnis populi, ad loqui ad eos secundum verba ista: quia vir iste non is quærens paci populo isti, ^d quia si malo.

5 Et dixit rex Tzidkijahu; Ecce ipse in manu vestra: quia non rex poterit ad vos verbum.

6 Et acceperunt Iirmejahu, & deiecerunt eum ad ^e cisternam Malchijahu filij Hamelechi, quæ in atrio ^f custodiæ: & dimiserunt Iirmejahu in funibus: & in cisterna non aquæ, quia si ^g lutum; & immersus fuit Iirmejahu in luto.







7 Et audiuit Ghebed - Melech Æthiops vir eunuchus & ipse in domo regis, quia dederunt Iirmejahu ad cisternam: & rex sedens in porta Benjaminis.

8 Et exiit Ghebed Melech de domo regis, & loquutus fuit ad regem, ad dicere:

9 ^h Sustentator mi rex, malefecerunt homines isti ad omne, quod fecerunt Iirmejahu prophetæ, ⁱ quod deiece-

^a omnino, certissime tradetur ^b virtutis, exercitus, copiarum

^c bellâ

^d  ^e  ^f  ^g  ^h  ⁱ 

^e foueam, lacum, puteum. sic deinceps ^f vs c. 32. 2.

^g cœnum sic mor

^h dominus here ⁱ quærit

in lacum ut moriatur ibi fame, non sunt enim panes ultra in ciuitate.

10 *Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu antequam moriatur.*

11 *Assumptis ergo Abdemelech secum viris ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua quæ computruerant, & submitit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.*

12 *Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubitum manuum tuarum, & super funes, fecit ergo Ieremias sic.*

13 *Et traxerunt eum de lacu: mansit autem Ieremias in vestibulo carceris.*

14 *Et misit rex Sedechias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.*

15 *Dixit autem Ieremias ad Sedechiam. Si annuntiauerò tibi, numquid non interficies me? & si consilium dederò tibi, non me audies.*

16 *Iurauit ergo rex Sedechias Ieremiam clam dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui querunt animam tuam.*

17 *Et dixit Ieremias ad Sedechiam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua.*

18 *Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.*

19 *Et dixit rex Sedechias ad Ieremiam: Sollicitus sum propter Iudeos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum: & illudant mihi.*

runt ad cisternam: & mortuus est sub se de faciebus famis, quia non panis k adhuc in vrbe.

x vltra, amplius

10 Et præcepit rex ad Ghebed Melechum Æthiopem, ad dicere: Accipe in manu tua de isto triginta homines, & ascendere - fac Iirmejahu prophetam de cisterna ^l in antequam morietur.

l quum nō dum morietur

11 Et accepit Ghebed-Melech homines in manu sua, & venit domum Hamelechi ad subter thesaurum: & accepit de ibi veteramenta tractionum, & veteramenta dissolutorum: & demisit ea ad Iirmejahu ad cisternam funibus.

12 Et dixit Ghebed-Melech Æthiops ad Iirmejahu: Pone, obsecro, veteramenta tractionum & dissolutorum sub axillis manuum tuarum de subter ^m funibus: & fecit Iirmejahu sic.

m datus, ad funes

13 Et traxerunt Iirmejahu in funibus, & ascendere fecerunt eum de cisterna: & ⁿ sedit Iirmejahu in ^o atrio custodiæ.

n māsīt habitauit o vide c. 32.

14 Et misit rex Tzidkijahu, & accepit Iirmejahu prophetam ad se ad introitum tertium, qui in domo IHVH: & dixit rex ad Iirmejahu: Postulans ego ad te verbum, non ^p abscondes de à me verbum.

p celabis

15 Et dixit Iirmejahu ad Tzidkijahu: ^q Quia annuntiabo tibi, an non mori facere mori facies me? & quia consiliabo te, non audies ad me.

q Quum sic mori

16 Et iuramento-obstrictus fuit rex Tzidkijahu ad Iirmejahu ^r in absconsione, ad dicere: viuens IHVH, qui fecit nobis animam istam, si mori faciam te, & si dabo te in manu hominum istorum, qui querentes animam tuam.

r vrl c. 37. 17.

17 Et dixit Iirmejahu ad Tzidkijahu: Sic dixit IHVH, ELOHIM TZEBAOTH, ELOHIM Israël: Sic exire exhibis ad principes regis Babelis, & viuet anima tua & vrbs ista non comburetur in igne: & viuestu & ^f domus tua.

f familia

18 Et si non exhibis ad principes regis Babelis, & dabitur vrbs ista in manu Chaldæorum, & comburent eam in igne: & tu non saluus euades de manu eorum.

19 Et dixit rex Tzidkijahu ad Iirmejahu: ^t Ego sollicite-agens ad Iehudæos, qui ceciderunt ad Chaldæos, ne quando dabunt me in manu eorum, & ludicrè-agent in me.

t Anxiè-mactens

20 Respondit autem Jeremias: Non te tradent, audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & vivet anima tua.

21 Quod si nolueris egredi iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus:

22 Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Juda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsa dicent: Seduxerunt te, & pravaluerunt adversum te viri pacifici tui, demerserunt in cæno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te.

23 Et omnes uxores tuas, & filij tui educentur ad Chaldaeos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & civitatem hanc comburet igni.

24 Dixit ergo Sedechias ad Jeremiam: Nullus sciat verba hæc, & non morieris:

25 Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos: & non te interficiemus: & quid locutus est tecum rex:

26 Dices ad eos: Prostravi ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer.

27 Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam, & interrogaverunt eum; & locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessaverunt ab eo nihil enim fuerat auditum.

28 Mansit verò Jeremias in vestibulo carceris usque ad diem, quo capta est Ierusalem: & factum est ut caperetur Ierusalem.

20 Et dixit Iirmejahu, Non dabunt: audi obsecro in voce, I H V H, ^u quod ego loquens ad te, ^x & bene-fuit tibi, ^y & vixit anima tua.

21 Et si renuisti tu ad exire: istud verbum, quod videre-fecit me I H V H:

22 Et ecce omnes mulieres, quæ relictæ-fuerunt in domo regis Iehudah, exire-factæ ad principes regis Babelis: & ipsæ dicentes, ^z Eleuauerunt te, ^a potuerunt tibi homines pacis tuæ; immergi-facti-fuerunt in ^b palude pedes tui, ^c retroacti-fuerunt post.

23 Et omnes mulieres tuas, & filios tuos exire-facientes ad Chaldaeos; & tu non saluus-euades de manu eorum: quia in manu regis Babelis capieris, & urbem istam combures in igne.

24 Et dixit Tzidkijahu ad Iirmejahu, Vir non cognoscet verba ista, & non morieris.

25 Et ^d quia audient principes, quia loquutus-fui ad te, & venient ad te, & dicent ad te, Annuntia, obsecro, nobis quid loquutus-fuisti ad regem, non abscondes de à nobis, & non morificiemus te: & quid loquutus-fuit ad te rex.

26 Et dicet ad eos; Cadere-faciens ego gratiam meam faciebus regis, ad nequaquam reuertere-facere me domum Iehonathanis ad mori ibi.

27 Et venerunt omnes principes ad Iirmejahu, & postulauerunt ad eum; & annuntiauit eis secundum omnia verba ista, quæ præcepit rex: & siluerunt de ab eo; quia non auditum-fuit verbum.

28 Et ^e sedit Iirmejahu in atrio Custodiæ, usque ad diem, quo capta-fuit Ierusalem: & fuit secundum quod capta-fuit Ierusalem.

^u daturus ei quod ^x vt bene fit ^y vt vivat

^z vide Deuteron. 13. 6. ^a præpotuerunt ^b cæno, lutro, voragine ^c retrocesserunt retrorsum

^d quum

^e vt v. 13.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERMONES, QVOS IEREMIAS LOQVEBATVR AD OMNEM POPVLVM.] Alij: verba, quibus Iirmeia alloquebatur totum populum. id est, Iudæos omnes, qui adibant ipsum in atrium custodiæ. vide supra cap. 37. v. 21.

VERS. 2.

MORIETVR GLADIO, ET FAME, ET PESTE.] id est, gladio, aut fame, aut peste.

ERITQVE ANIMA EIVS SOSPES.] Hebr. & erit anima eius in spoliis. vide de Maluenda, Intib. Jeremia.

hac loquitione supra cap. 21. 9.

ET DIXERVNT PRINCIPES REGI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: Dixerunt principes regi, Morte-afficiatur, quæsumus, vir iste, quandoquidem iste remissas reddit manus virorum belli, seu bellatorum, qui reliqui sunt in civitate hac, & manus totius populi, alloquendo eos secundum verba hæc, siue in hanc sententiam: nam vir iste. minime querit pacem populo huic, sed malum. id est, animo perduellis est, vt fuerant criminati superiore capite, vers. 13.

VERS. 3.

VERS. 5.

NEQUE ENIM FAS EST REGEM VOBIS QUIDQUAM NEGARE.] Hebr. *quia non rex poterit vobiscum verbum.* Alij: 1. *quia non est rex, qui preualeat vobis in quoquam.* 2. *quia rex non potest contra vos quidquam.* 3. *nam minime is est rex, qui possit contra vos quidquam.* De se loquitur in tertia persona. Hispanicus Interpres: *que el rey no podra contra vosotros nada.* Quibus verbis satis indicat se eorum opera indigentem, pro conditione rerum presentium, non satis virium ad versus eos habere. Vide Thesaurum Pagnini Colum.80.

VERS. 6.

TULERUNT ERGO IEREMIAM, &c. Alij hunc versum ex Hebr. ita elucidant: *Accipientes itaque Iirmeiam, qui erat in atrio custodia, coniecerunt eum in illam foueam, qua erat Malcija filij regis, demittentes Iirmeiam funibus: in fouea autem illa nulla erat aqua, sed lutum adeo ut immergeretur Iirmeja luto.* Hæc, inquit, verba, *qui erat in atrio custodia,* de industria transposuimus, ut emploce Hebraici contextus illustris esset. Hic autem ars nefaria aulicorum obseruanda est, qui hominem addictum morti clam tollendum putant, & carcere (qui ex omni iure ad custodiam, non ad supplicium constitutus est) pro supplicio abutuntur. Communiter tamen ex ordine Hebraicorum verborum existimant, cisternam illam fuisse in atrio ipso custodiae.

FILIJ AMELECH.] Hebr. *Hamelech.* Plerique nomen proprium, alij appellatiuum faciunt, exponuntque: *filij regis.* vt supra c.36. vers.26. sic infra vers.11.

DESCENDITQUE IEREMIAS IN CAENVM.] Hebr. *& demersus, infixus fuit Iirmeia in luto.* Iosephus: [*Ille vero vsque ad collummersus ibi manebat.*]

VERS. 7.

ABDE-MELECH ÆTHIOPS.] Hebr. *עבד מלך* *Ghebed-Melech.* sonat, *Seruus Regis.* de uuo infra cap.39. vers.16.

VIR EVNVCHVS.] Alij: *vir aulicus.* vide in Genes.37. vers.36.

IN PORTA BENJAMIN.] de qua supra cap.37. vers.17. Quidam exponunt, id est, in publico iudicio, vbi principes alij non audebant cum propheta experiri iure.

VERS. 9.

MITTENTES EVM IN LACVM, VT MORIATVR IBI FAME NON SVNT ENIM PANES VLTRA IN CIVITATE.] Alij: 1. *nempe quod coniecerunt eum in lacum, morietur enim eodem loci fame, quum nullus super sit panis in vrbe.* 2. *eo quod coniecerunt eum in istam foueam: qui moriturus fuerat in loco suo propter famem, quia nihil est panis amplius in hac ciuitate.* id est, debebat illis fuisse satis, quod Iirmeja communi hac fame erat moriturus, in ipso atrio custodiae, vbi ante erat; nec fuerat acceleranda mors illius nouo illo diro & infami carcere cisternæ.

VT MORIATVR.] Hebr. *& mortuus est ibi.* vtitur præterito, ob commiserandi affectum, quasi dicat, adeo teter & exitialis est carcer, vt iam iam moriturus sit, & ferè iam pro mortuo sit, habendus, nempe cæno immerfus.

IBI.] Hebr. *subte,* vel *subtus se;* Alij: *in loco ipso.* cænosæ cisternæ. Nonnulli: *in loco*

suo. id est, in atrio custodiae, vbi locum & alimentum eius Tzidkija constituerat, supra cap.37. 21.

TOLLE TECVM HINC TRIGINTA VIROS.] Hebr. *Cape in manu tua hinc triginta viros.* Alij: 1. *Sume ad manus tuam hinc triginta homines.* 2. *Accipe pro arbitrio tuo hinc triginta homines.* id est, vt tibi visum fuerit, quasi manu deligere eos.

VERS. 10.

INGRESSVS EST DOMVM REGIS.] Hebr. *& venit in domum Hamelech.* subaudi, in domum Malchijæ filij Hamelechi. de quo supra vers. 6. Alij appellatiuè; *venit in domum regis.* vbi erat fouea Malcijæ filij regis, de qua supra vers.6.

VERS. 11.

QVÆ ERAT SVB CELLARIO.] Alij ex Hebr. *ad locum, qui erat sub thesauro.* vel *sub penu.* 2. *in locum subiacentem arario.* Hispanicus Interpres: *al lugar debaxo la theseria.*

ET TVLIT INDE VETERES PANNOS, ET ANTIQVA QVÆ COMPVTEVERANT.] Variè alij ex Hebr. 1. *Sanctes: & tulit inde veterationes, vetera putridorum, vel tractorum, distractorum per pauimenta & sterquilinia.* id est, pannos veteres, putridos, distractos, dilaceratos quorum non est vsus nisi ad extergendas fordes pauimentorum, aut qui in sterquilinia abiiciuntur: hispanicè vocamus, *andrajos: & veterationes,* seu *vetera corruptorum, seu deuaftatorum, aut consumptorum.* id est, pannos veteres corruptos, deuaftatos, consumptos. 2. *Vatablus: sumptisque illinc pannis laceris & corruptis.* vel *pannis tractionum & corruptionum.* id est, pannis veteribus per humum nullo ordine sparsis, putridis, consumptis. vel *& accepit inde vetera tractionum & vetera consumptionum.* id est, pannos veteres pedibus calcantium huc illuc tractos, sparsos, & disiectos: & pannos veteres putridos, laceros, & corruptos. 3. *Leo Iudæ: sumptis isthic laceris pannis & vetustate consumptis ac detritis.* 4. *Forsterus, & Marinus: & accepit inde vetera distractionum, & vetera putridorum.* id est, pannos veteres ac putridos. vel *& tulit inde pannos detractos.* aut *vetustates pannorum, & vetustates pannorum vetustate resolutorum, & corruptorum.* 5. *Mercerus: & accepit inde veteramenta tractionum, seu distractionum.* vel *tractorum seu distractorum,* id est, lacernas, & detritos, laceros, & abiectos pannos: *& veteramenta resolutorum.* id est, pannos vetustate resolutos, & detritos seu corruptos. 6. *Auenarius: & accepit inde pannos distractionum,* id est, *distractos,* vel *vetustates pannorum, & laceras vestes.* vel *& accepit inde vestes laceras & vetustate attritas.* 7. *Schindlerus: & accepit inde pannos, inueteratos tractorum, & pannos inueteratos corruptorum.* scilicet vestium. id est, frusta veteris panni, quæ hinc inde in terra trahuntur, raptantur & computrescunt. 8. *Tremellius, Iunius, Buxtorfius: vnde sumpsit veteramenta abiectorum.* seu *abiecta: veteramenta inquam, euanidorum, seu euanida.* Sic versu sequente. Hispanicus Interpres: *y tomo de alli trapos viejos trahidos, y paños viejos rotos.*

AD OSTIVM.] Hebr. *ad introitum,* seu *gressum.* VERS. 14.

ingressum, tertium, qui erat in domo IHVH. Hebræi exponunt, id est, ad portam tertiam, quæ erat ex portis templi tertia à porta præcipua & orientali, respiciens regiam, per illam enim ex regia ingrediebantur in templum, Quidam vocem שליש schelisch, tertia, hic accipiunt ex significato שליש schalisch, dux, princeps, Exod. 14. 7. redduntque: ad ingressum principalem, qui erat ad domum Iehoua. id est, versus ascensum illum repagulis munitum, de quo 1. Reg. 10. 5. & 12. Est autem, inquit, Hebræa vox ambigua, quæ modo significat tertium ordine, modo ducem (vt ita dicamus) siue ad duces pertinentem: quos Hebræi vocant tertios à rege communi appellatione.

INTERROGO TE EGO SERMONEM, NE ABSCONDAS A ME ALIQUID.] Alij: 1. Ego ininterrogabo te quiddam, ne ergo celes à me quidquam. 2. Peto ego abs te verbum, ne celato me illud.

VERS. 15.

DIXIT AUTEM IEREMIAS AD SEDECHIAM; SI ANNUNTIAVERO TIBI, &c.] Sensum huius versus ita concipiunt: Etiam si dixero tibi veritatem, curabis me interficiendum: præterea tu non credes mihi. Quidam reddunt: Respondit autem Iirmeia Tzidkijæ: Si exposuero tibi quod petis, an non certissime me occides? & si consilium dedero tibi, non obtemperabis mihi. Alij: Dicente autem Iirmeia Tzidkijæ, Si indicem tibi, an non certe, omnino, morte afficies me? & si consulam tibi, an non auscultabis mihi? His verbis annuit quidem Iirmeia se verbum Dei prolaturum esse: prius tamen stipulatur duo: vnum vitam sibi seruari, quod rex spondet, sequente versu; alterum, consilium suum accipi: cui rex non respondet: nam hæc interrogationes non semper affirmant apud Hebræos, sed etiam de re ipsa quarunt.

VERS. 16.

IURAVIT ERGO REX, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Iuravit rex Tzidkijæ clam dicendo: viuens Iehoua, qui fecit nobis animam hanc, mihi adimat eam, si morte affecero te, aut si tradidero te in manum hominum istorum, qui querunt animam tuam. De particula Si in iuramentis vide Genes. 14. vers. 23.

VERS. 19.

SOLICITVS SVM PROPTER IVDÆOS, &c.] Alij ex Hebr. 1. Ego Iudæos istos vereor, qui transfugerunt ad Chaldaeos, ne forte tradant me Chaldaei in manus eorum Iudæorum transfugarum, & ludibrio me afficiant ipsi Iudæi transfuga. 2. Ego sollicite timeo Iehudæos, qui deficiunt ad Chaldaeos, ne tradant me in manus eorum, & ludificentur me. Excusat se rex quod consilium dedit non acciperet: quam excusationem diluit propheta sequentibus.

ET ILLVDANT MIHI.] Verbum ex Hithpahel magnam illusionem, & ingens ludibrium denotat: proprie est, & pro libidine mecum agant, & maximis ludibriis in sultent in me ac me dehonestent.

VERS. 22.

ECCE OMNES MULIERES, QUÆ REMANSERVNT. &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Ecce omnes feminae, quæ reliqua sunt in domo regis Iehudæ, educuntur ad principes regis Babyloniae, & hæc dicent, Incita-

uerunt te, seu imposuerunt tibi, & prauauerunt tibi viri, qui pacem tibi polliciti sunt, vel viri pacis tuæ, id est, domestici & familiares tui: demersi sunt in cœnum pedes tui. Cœnum siue lutum vocat persuasiones humanas, & falsas prophetias. quasi dicat, dum fuga tentasti consulere vitæ tuæ, captus es à Chaldæis, & quasi in lutum tenacissimum incidisses, vnde emergere non poteris, in manus Chaldæorum incurristi: & illi viri pacis tuæ, acti sunt retrorsum. Sensum huius versus ita concipio: Tu formidas dedere te Chaldæis ne ab iis exponaris ludibrio Iudæorum transfugarum: at ego denuntio tibi, fore vt si te non tradas, etiam ludibrio scæminarum regiarum & aulicarum sis exponendus captus apud Chaldæos, quæ tibi improperebunt, te fuisse tibi imponi à principibus tuis, & pseudo prophetis, & profundissimum calamitatis cœnum demergi.

2. Quod ecce omnes mulieres, quæ reliqua sunt in domo regis Iehudæ, deducuntur ad principes regis Babyloniae: videlicet quum primum Chaldæi irruerint Ieruschalaima, & Tzidkijæ se in fugam vertet: nam illæ continuo oblatae sunt principibus, vt quæstio de consiliis & factis Tzidkijæ haberetur: quamuis dicant illæ, Incitauisse te & prauauisse tibi viros pacem colentes tecum, id est, crimen totum defectio- nis à Chaldæis in consiliarios tuos & fœderatos exteros transferant, ad excusandum te: demersos esse in cœno pedes tuos, auersos retrorsum. id est, per illos effectum esse, vt in hanc malorum abyssum deuenires, & à Chaldæis deficeres. Ex hoc versu satis intelligitur aliorum potius quam suo consilio Tzidkijam defecisse à Chaldæis, neque ipsum per se à consiliis deditio- nis abhorruisse, sed impulsus à principibus, quorum non penitus potens erat; vt etiam sequentia indicant. Tantum malum est principes, pessimos habere consiliarios!

ET OMNES VXORES TVÆ, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum exponunt: 1. Omnes quoque vxores tuas & filios tuos educunt ad Chaldaeos, neque tu liberaberis à manu eorum: manu enim Babyloniae regis capieris, & urbem hanc igne incendes. id est, auctor & causa eris vt vrbs incendatur à Chaldæis. 2. Tamen è manu eorum, qui omnes vxores tuas, filiosque tuos deducunt ad Chaldaeos, tu quoque non eripies te: sed manu regis Babyloniae, prehenderis, & ciuitas hæc comburetur igne.

VERS. 23.

NULLVS SCIAT VERBA HÆC, ET NON MORIERIS.] Alij: Quisquam nesciat verba ista, ita non morieris.

VERS. 24.

DICES AD EOS: PROSTRAVI EGO PRECES MEAS CORAM REGE, &c.] Alij: Dices ad eos: Ego cadere feci orationem meam coram rege. id est, fudi preces ad regem. 2. Dices ad eos: Ego supplex procubui orans in conspectu regis, &c. 3. Tum dices: Procidit deprecatio mea coram rege. vel proci- dens ego deprecatus sum coram rege, &c. vt supra cap. 36. 7. & 37. 20. Hoc consilium neque præcepit rex, neque Iirmeia sequitur falso: nam in ipso principio sermonis vtròque citro- que habiti caueri sibi Iirmeia postulauerat, ne aut morte afficeretur à rege, aut aduersa-

VERS. 26.

riis traderetur; & rex vicissim sponderat, supra vers. 16. iam verò partem sermonis explicat, partemque reticet, quam exponi principibus, futurum fuisset inutile & damnosum. Alij volunt, hoc expressè orauisse, quamuis non sit hîc scriptum: vt disertè ante etiam orauerat cap. 37. vers. 19.

NE ME REDVCI IVBERET IN DOMVM IONATHAN, ET IBI MÖRERER.] Alij: vt non sneret me redire in domum Iehonathanis ad moriendum ibi. id est, non pateretur metrudi in molestiorem carcerem, quàm sit atrium custodiae, siue domum Iehonathanis, de qua cap. 37. vers. 15. siue Malcijæ, de qua

supra vers. 6. tynędoche.

ET CESSAVERVNT AB EO.] Hebr. *VERS. 27.*
& siluerunt ab eo. Quidam: sic silentes abstinerunt ab eo. id est, acquieuerunt vt Iirmeia consisteret in atrio custodiae; obseruantes fortasse dum nouam criminandi occasionem possent arripere.

NIHIL ENIM FVERAT AVDITVM.] Alij: quum non fuisset auditum verbum illud. reliquum, quod fuerat habitum cum rege.

ET FACTVM EST VT CAPERETVR IERVSALAIM.] Alij: ubi erat quum caperentur Ieruschalaima. *VERS. 28.*

CAPVT XXIX.

Ierusalem à rege Babylonis capta, rex Sedechias fugiens capitur vna cum principibus; cuius filij in conspectu ipsius trucidantur cum nobilibus, ipseque exoculatur, ac vincētus in Babylonem ducitur: subuerso autem muro Ierusalem, & palatio aliisque domibus igne succensis, pars vulgi transfertur in Babylonem, & pars Ierosolymis relinquitur, Ieremias verò de carceris vestibulo liber educitur.

Vulg.

Malu.

4. Reg. 25.
2. 1.
Inf. 5, 214.

I Nno nono Sedechia regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam.

2 Undecimo autem anno Sedechia, mense quarto, quinta mensis, aperta est ciuitas.

3 Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Serefer, Semegar nabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Serefer, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis.

4 Cùmque vidisset eos Sedechias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam, quae erat inter duos muros, & egressi sunt ad eos ad viam deserti.

5 Persecutus est autem eos exercitus Chaldaeorum: & comprehenderunt Sedechiam in campo solitudinis Iericontina, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quae est in Terra Emath: & locutus est ad eum iudicia.

6 Et occidit rex Babylonis filios Sede-

I N anno nono Tzidkijahu regi Iehudah, in inuouatione decima venit Nebuchadretzar rex Babelis, & omnis strenuitas eius ad Ierusalaim, & coangustauerunt super eam.

2 In vno decem anno Tzidkijahu in inuouatione quarta, in nona inuouationi discindi-facta-fuit vrbs.

3 Et venerunt omnes principes regis Babelis, & sederunt in porta media: Nerghal Saretzer, Samghar-Nebu, Sarfechin, Rab-Saris, Nerghal, Saretzer, Rab-Magh; & omnis reliquia; principes regis Babelis.

4 Et fuit secundum quod vidit eos Tzidkijahu rex Iehudah, & omnes homines caesionis, & fugerunt, & exiuerunt nocte de vrbe, via horti regis in porta inter duos muros, & exiuit viâ campestris.

5 Et persequuti fuerunt strenuitas Chaldaeorum post eos, & attigerunt Tzidkijahu in campestribus Iericho, & acceperunt eum, & ascendere fecerunt eum ad Nebuchadretzarem regem Babelis in Riblah, in terra Chamath: & loquutus fuit ad eum iudicia.

6 Et maclauit rex Babelis filios Tzidki

a lunatione, mense.
sic v. 2.
b virtus, robur, exercitus, copia
sic v. 5.
c coarctauerunt, concluserunt, obsederunt d daciuis.
ipfi Tzidkijæ
e diffindi, dissecari, vi et impetu abrumpi

f belli

g duplicem murum
h deserti, solitudinis
i assequuti, sunt

k Reblath, vel in Riblath

l iugulauit, sic struxim

6ia in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobites Iuda occidit rex Babylonis.

7 Oculos quoque Sedechie eruit: & vinxit eum compedibus ut duceretur in Babylonem.

8 Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni, & murum Ierusalem subruerunt.

9 Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in Terra Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa.

11 Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magistro militum, dicens.

12 Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed ut voluerit, sic facias ei.

13 Misit ergo Nabuzardan princeps militia, & Nabusezban, & Rabfares, & Neregel, & Serefer, & Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis,

15 miserunt, & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godolia filio Ahicam filij Saphan, ut intraret in domum, & habitaret in populo.

15 Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini, cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens:

16 Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hac dicit dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa.

17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas:

18 Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

Tzidkijahu in Riblah, in oculis eius: & omnes claros Iehudah mactauit rex Babelis.

7 Et oculos Tzidkijahu excæcauit, & ligauit eum in pariter duobus, ad venire-facere eum in Babelem.

8 Et domum regis, & domum populi combusserunt Chaldæi in igne: & muros Ierusalaim demoliti fuerunt.

9 Et superrelictionem populi relictorum in vrbe, & cadentes, qui ceciderunt super eum, & superrelictionem populi relictorum deuoluere-fecit Nebuzaradan magister mactatorum Babelem.

10 Et de populo exhaustorum, quibus non eis aliquid, relinquere-fecit Nebuzaradan magister mactatorum in terra Iehudah: & dedit eis vineas, & effossa in die ipsa.

11 Et præcepit Nebuchadretzar rex Babelis super Iirmejahu in manu Nabuzaradani magistri mactatorum, ad dicere:

12 Accipe eum, & oculos tuos pone super eum, & non facies ei aliquid malum: quia si, secundum quod loquetur ad te, sic fac eum eo.

13 Et misit Nebuzaradan magister mactatorum, & Nebusezban magister eunuchi, & Nerghal Saretzer Rabmag; & omnes magistri regis Babelis.

14 Et miserunt, & acceperunt Iirmejahu de atrio custodiæ, & dederunt eum ad Ghedaljahu filium Achikami, filij Saphanis, ad exire-facere eum ad domum: & sedit in medio populi.

15 Et ad Iirmejahu fuit verbum IHVH, in esse eum præualitum in atrio custodiæ, ad dicere:

16 Ambula, & dices Ghebed-melcho Æthiopi, ad dicere, Sic dixit IHVH TZEBAOth ELOHIM Israël; Ecce ego venire faciens verba mea ad urbem istam malo, & non bono: & erunt faciebus tuis in die ipsa.

17 Et eripiam te in die ipsa, Fidelis-sermo IHVH: & non daberis in manu hominum, quorum tu contraheris de faciebus eorum.

18 Quia saluum-euadere-facere saluum-euadere-faciam te: & in gladio non cades: & erit tibi anima tua spolio, quia confusus-fuisti in me, Fidelis-sermo IHVH.

m darius, ante oculos n vide in Genes. 14. 6.

o vinxit p duabus numellis-chalybis, sed geminis Chalybibus: vide Iudic. 16. 21.

q destruxerunt, dissipauerunt r reliquum, residuum, restans sic

mox s reliquorum remanentiũ sic statim r demigrare, exulare fecit, transtulit, deportauit

u princeps, præfectus. sic post x vide in Genes. 37. 36. y quidquam sic v. 12.

x cxi imi quinimo


a mansit, habitauit

b valide: clausum

c darius. in malum. sic statim

d darius. ad facies tuas e vide in Genes. 22. 16. sic v. 18.

f darius. in spoliũ



COMMENTARIA.

VERS. I.



ANO NONO SEDECHIE &C.] Hoc capite, inquit, continentur duo, narratio grauissimi iudicij contra Iudæos, & seruati ex eo Iermeia, vsque ad vers. 15. & prophetia de Hedebelechcho seruando, inde ad finem. De narratione vide in 2. Reg. 25.

VERS. 2.

APERTA EST CIVITAS.] Heb. est verbum ex Hophal, quod 2. Reg. 25. v. 4. est ex Niphil: sed Hophal auget significatum: *ingenti rupiura perruptura est, discissa, diffissa, dissecta.* Vide Com. in eum locum.

VERS. 3.

IN PORTA MEDIA.] Alij: *in portâ mediana* id est, quum iam vno ex oppidis occupato, prope esset vt in alterum ingrederentur, vbi porta mediana erat, in mediano muro, qui alterum oppidum discernebat. Nonnulli Hebræorum portam mediam intelligunt, quæ media erat inter portam muri Orientalem, & portam templi. Cingebatur enim vrbs duobus muris, & penetrauerant iam hostes vsque ad portam secundi, quæ erat inter portam orientalem primi, & portam templi. vide infra vers. 4.

NEREGEL, SERESER &C.] Nos hæc omnia principum nomina totidem litteris, vt habentur Hebraicè, expressimus. Tremellius & Iunius, aliter in hunc modum: *Nergal-schareetzer, prefectus arario sacro, Sarsecia prefectus aulicus, Nergal-schareetzer, prefectus metationi castrorum.* (Qui hæc omnia nomina propria esse putant, falluntur sententia nostra, vt Hebraica distinctiones confirmant: adduntur enim propriis appellationibus officiorum nomina Babylonica, quæ nos ad euidenciam Latinis nominibus utcumque accommodauimus. Hi autem propterea nominantur, quod fuerant strnui, & inter primos ordines primi irruerunt in Ieruschalaima.) Hæc illi. Ergo נגל סמגל *sammegar nebu*, interpretantur *prefectum arario sacro.* א סגל *saghar, claudere*, & נבו *nebu* vel נבו *nebo*, Deo Babyloniorum, de quo Isaia 46. v. i. Ego potius exponerem, *Adituum Nebo.* Porro רב סריס *rab saris*, *prefectum aulicum* vertunt, quod ipsissimæ voces Hebrææ significant, *magister*, seu *prefectus, eunuchus, aulicus.* רב מגל *rab mag*, verò, *prefectum castrametationi* reddunt. Sed qua lingua MAG castrametationem significet, nondum assequi potui: vereor ne id sit diuinare. Equè diuinat Martinus, qui MAG idem esse quod מג *bag* suspicatur, quod sint litteræ labiales, & eiusdem organi, quasi dicas, *prefectum annonæ.* נרגל *nergal* nomen est idoli Assyrj seu Babylonici, 2. Reg. 17. v. 30. vt Babylonij sua nomina ex deorum suorum nominibus conflauerint, pluribus docet Scaliger lib. 6. de Emendationibus Temporum pag. 541. & 542. sed neque significationes eorum satis ipse expedit. Duo tantum hic sunt nomina, quæ Hebraicam euidenter ha-

bent etymologiam, סריס *saretzer*, *princeps thesauri*, seu *prefectus thesauro*, siue *arario.* & סריס רב *rab saris*, *magister aulicus*, seu *prefectus aula.* vide infra vers. 13.

ET OMNES RELIQVI PRINCIPES REGIS BABYLONIS.] Quidam ex Heb. & totum reliquum principum, vel & omnes principes reliqui Regis Babylonia. Sed accentus Hebraicus זאקפח non finit vocem שערית *scheerith* esse in regimine: proinde nos reddidimus: & omnis reliquia, seu omne residuum, qui erant principes regis Babylonia.

PER PORTAM, QUÆ ERAT INTER DVORVM.] Exponunt, id est, per os cuniculi, qui erat in horto regis, qui ita factus erat vt vtrimque murum haberet, vt sit in fonibus. Locus, inquit, melius intelligitur de cuniculo cuius orificium, ne omnibus pateret, erat in horto regis: nam porta inter murum & antemurale sita, omnibus fuisset nota, nec rex ea potuisset effugere occupantibus omnia Chaldæis. Sed sunt meræ nugæ Hebræorum, nam rex fugit quum adhuc Chaldæi essent in porta mediana, & fugit noctu, & eum manus bellatorum comitabatur, vt scribitur 2. Reg. 25. 5. vnde verisimilius est per pseudothyron, seu posticum muri, qui horto regio imminebat, euasisse: vide in 2. Reg. 25. 4.

PERSEQVTVS EST AVTEM EOS EXERCITVS CHALDÆORVM &C.] vide de hoc versu, in 2. Reg. 25. v. 5. & 6. De Reblarha autem in terra Emath, vide 2. Reg. 23. 33.

ET OMNES NOBILES IYDA OCCIDIT REX BABYLONIS.] Alij: *etiam omnes clarissimos Iehuda iugulauit rex Babyloniae*: qui Tzidkijæ auctores rebellionis fuisse putabantur, supra cap. 38. v. 22.

OCVLOS QVOQVE SEDECHIE ERVIT &C.] vide de hoc versu in 2. Reg. 25. v. 7.

DOMVM QVOQVE REGIS &C.] De hoc versu vide in 2. Reg. 25. vers. 8. 9. & 10.

ET RELIQUIAS POPVLI &C.] vide de hoc versu 2. Reg. 25. 11.

ET DE PLEBE PAVPERVM &C.] vide de hoc versu 2. Reg. 25. 12.

ET CISTERNAS.] יגביים *jeghehim*, Forsterus; *fossata*, id est agros fossatos. vel cum fossis & riuulis ad irrigandum, vel effossos, & cultos. Merterus: *effossa*; Sanctes, *agros*, 5 Leo Iudæ: *arua*; Auenarius; *agros-fossiles, arua-fossilia*, quæ labore hominum & non aratro perfodiuntur.

PRÆCEPERAT AVTEM &C.] Hunc versum alij ex Heb. exponunt: *Præceptum autem dederat Nebuchadretzar Rex Babyloniae de Iermeia, Nabuzar-adani prefecto satellitum, edicendo.*

ET NABVSEZBAN.] volunt hunc eundem esse qui supra vers. 3. dictus est *Sarsechim.*

ET RABSARES.] Heb. abest coniunctio, & tantum scribitur, רב סריס, putantque non proprium, sed appellatiuum nomen esse officij: & *Nebuscharzeban prefectus aulicus.*

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

vt supra vers. 3. Sed *Rabsaris* proprium nomen esse videtur 2. Reg. 18. 17.

ET OMNES OPTIMATES REGIS BABYLONIS.] רבבין *rabbim*. proprie, multi, magnates, optimates, principes, prefecti, magistri. & Latini quidem magistros militum dicunt: & Virgilius 9. *Aeneidos*:

Rectores inueniunt, & rerum dedit esse magistros.

ET TRADIDERUNT EVM.] vt narratur capite sequente.

GODOLIAE FILIO AHICAM.] Heb. ad *Ghedaliam filium Achikami*, &c. quem praefecerat Iudæis rex Babylonis, 2. Reg. 25. v. 22. & sequentibus, & infra cap. 40. v. 5.

VERS. 15. AD IEREMIAM AUTEM &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt. Ad *Ieremiam autem fuerat verbum Iehoua*, quum esset detentus in atrio custodiae, dicendo:

VADE, ET DIC ABDEMELECH ÆTHIOPÆ &c.] Alij: *Abi* & alloquitur *Hebedmelechum Æthiopem* &c. de quo supra, cap. 38. 7. & sequentibus.

VERS. 16.

ET NON TRADERIS IN MANVS VIRORVM, QVOS TV FORMIDAS.] Alij: *neque traderis in manum istorum hominum a quibus formidas*. id est, aulicorum principum *Tzidkijæ*, a quibus odium grauissimum tibi conciliauerat liberatione *Iirneia*.

VERS. 17.

SED ERVENS LIBERABO TE.] Alij: 1. *Certissime enim te liberabo*. 2. *Nam omnino liberabo te*. videlicet tum ab istis infensis sibi, tum ab externis hostibus.

VERS. 18.

SED ERIT TIBI ANIMA TVA IN SALVTEM.] Heb. & erit tibi anima tua, vel vita tua, in spoliū, vel pro spolio. vide cap. 38. v. 2 & cap. 21. v. 9.

CAPVT XL.

Ieremia permittitur liberè habitare vbicumque voluerit; qui vnà cum dispersis Iudæis venit ad Godoliam praefectum reliquiis Iudæorum: qui Godoliam audire noluit Iohanan monentem ipsum de Ismael intentante ei mortem.

Vulg.

Malu.

I



Ermo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiae de Rama quando tulit eum vincitum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem.

2 Tollens ergo princeps militiae Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum,

3 & adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est, quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius: & est vobis sermo hic.

4 Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni; & ponam oculos meos super te: si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quo placuerit tibi vt vadas, illuc perge.

5 Et mecum noli venire: sed habitabis apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem praposuit rex Babylonis ciuitatibus Iuda. Habita ergo cum eo in me-

Maluenda, In libr. Ierem.

I



Erbum, quod fuit ad Iirmejahu de IHVH post dimittere eum, Nabuzardanem magistram mactatorum de

Haramah; in accipere eum, illum, & ipse ligatus in vinculis in medio omnis deuolutionis Ierusalaim, & Iehudah deuolui-factorum in Babelem.

2 Et accepit magister mactatorum & Iirmejahu, & dixit ad eum: IHVH ELOHIM tuus loquutus fuit malum istud ad locum istud.

3 Et venire-fecit & fecit IHVH secundum quod loquutus fuit: quia errauistis in voce eius: & erit vobis verbum istud.

4 Et nunc ecce aperui te die de vinculis, quæ super manum tuam; si bonum in oculis tuis ad venire ad me Babelem, veni, & posui oculum meum super te, & si malum in oculis tuis ad venire ad me Babelem, cessa: vide omnis terra facibus tuis, ad bonum & ad rectum in oculis tuis ad ambulare inibi, ambula.

5 Et adhuc is non reuertetur, & reuertere ad Ghedajah filium Achikami, filij Saphanis quem visitare-fecit rex Babelis in vrbibus Iehudah, &

Elli habitæ

^a apud eum

^b praefectam militiam

^c vincitum

^d vide in

Job. 36, 9.

sic v. 4.

^e de portationis

^f deuolutorum,

deportatorum

translatorum

^g datus.

^h videtur

bonum

ⁱ mecum

sic statim

^k vt ponam

^l datus ad

facies tuas

^m praefecit,

praposuit

ⁿ manens,

scilicet de. vt v. 6.

dio populi: vel quocumque placuerit tibi ut vadas, vade, Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum.

6 Venit autem Ieremias ad Godoliam filiam Ahicam in Masphath, & habitavit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra.

7 Cùmque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socij eorum, quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quòd commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terra, qui non fuerant translati in Babylonem.

8 venerunt ad Godoliam in Masphath: & Ismahel filius Nethania, & Iohanan, & Ionathan filij Caree, & Sarcas filius Thanchumeth, & filij Ophi, qui erant de Nerophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum.

9 Et iuravit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.

10 Ecce ego habito in Masphath, ut respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in urbibus vestris, quas tenetis.

11 Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in filiis Ammon, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan:

12 reuersi sunt, inquam, omnes Iudæi de vniuersis locis, ad qua profugerant, & venerunt in terram Iudæa ad Godoliam in Masphath: & collegerunt vinum, & messem multam nimis.

13 Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath.

14 Et dixerunt ei: Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nethania percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

habita ad eum in medio populi; aut ad omne rectum in oculis tuis ad ambulare, ambula. Et dedit ei magister matatorum viaticum, & leuandam, & dimisit eum.

6 Et venit Iirmejahu ad Ghedaljah filium Achikami^o in Mitzphah, & habitavit ad eum in medio populi, & relictus in terra.

7 Et audierunt omnes principes strenuitatum,^c quæ in agro, ij & homines eorum, quia^f visitare fecit rex Babelis Ghedaljah filium Achikami, in terra: & quia^r visitare fecit ad eum homines & mulieres, & paruulum; & de^u exhaustione terræ, de quibus non^z deuoluti fuerunt in Babelem.

8 Et venerunt ad Ghedaljah in Mitzphah: & Iismaghel filius Nethanjahu, & Iochanan, & Ionathan filij Kareachi, & Serajah filius Thanchumeth, & filij^y Ghaphai Netophathæ, & Iezanjahu filius Maghachathi, ij, & homines eorum.

9 Et iuramento-obstrictus fuit eis Ghedaljah filius Achikami filij Saphanis, & hominibus eorum, ad dicere, Non timebitis de seruire Chaldæos: ^z sedere in terra, & seruite ad regem Babelis, ^a & bene fuit vobis.

10 Et ego, ecce ego^b sedens in Mitzphah ad stare faciebus Chaldæorum, qui venient ad nos: & vos colligite vinum, & æstatem, & oleum, & ponite in vasis vestris; & sedete in urbibus vestris, quas^c cepistis.

11 Et etiam omnes Iehudæi, qui in Moab & in filiis-Ghamonis, & in Edom, & qui in omnibus terris, audierunt quia dedit rex Babelis reliquam^d Iehudah, & quia visitare fecit super eos Ghedaljah filium Achikami, filij Saphanis.

12 Et reuersi fuerunt omnes Iehudæi de omnibus locis quibus impu-^f fuerunt ibi; & venerunt terram Iehudah ad Ghedaljah in Mitzphah; & collegerunt vinum, & æstatem multam valde.

13 Et Iochanan filius Kareachi, & omnes principes^e strenuitatum, quæ in agro; venerunt ad Ghedaljah in Mitzphah:

14 Et dixerunt ad eum: An cognoscere cognosces, quia Baghalis rex filiorum-Ghamonis misit Iismaghelem filium Nethanjah ad percutere te animam? & non credidit eis Ghedaljah filius Achikami.

^o Mitzphath habet
^{r. 8. 12. 13.}
^p derelictum
^q vitutorum, cogitarum, exercituum
^r qui
^{v. 11.}
ⁱ commisit, commenda-
uit, deposuit
^u vide 2.
^{leg. 2. 3. 2.}
^x deportati

^y Ghaphai

^z manetes
habitate,
confite
^a ut bene sit
^b habitans,
mans, res-
sidentis. sic
mox

^c obtinuit
tis. occupatis
i. f. i. s.

^d datius.
ipsi Iehudæi

^e v. 7.

15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam scorsum in Masphath, loquens: Ibo & percutiam, Ismahel filium Nathania nullo sciente, ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi, qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquia Iudæ.

16 Et ait Godolias filius Abicam ad Iohanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.


15 Et Iochanan filius Kareachi dixit ad Ghedaljabu^f in absconsione in Mitzphah, ad dicere; Ambulabo, & obsecro, & percutiam Iismaghelem filium Netanjah: &^h vir non cognoscat: ad quid percutietⁱ animam, & dissipentur omnis Iehudah congregati ad te; &^k auferetur reliquia Iehudah.

16 Et dixit Ghedaljabu filius Achikami ad Iochananem filium Kareachi; Non facies verbum istud: quia^l falsitatem tu loquens ad Iismaghelem.

^f in abscon-
sione, secreto
g iam, nunc

^h nemo cog-
nosceret
ⁱ anima
^k tolleret
de medio,
disperibit

^l falsum



COMMENTARIA.

VERS. I.



VERMO QUI FACTVS EST AD IEREMIAM A DOMINO, &c.) Heb. Verbum, quod fuit ad Ieremiam a Iehoua, &c. cum hinc vsque ad caput 42. vers. 7. nulla describatur prophetia à Domino Ieremiæ reuelata, sed mera narratio rerum gestarum, plerique hanc inscriptionem iungunt cum versu 7. Cap. 42. Vt reliqua omnia sint interiecta per parenthesis, nempe tam longa historia, quæ hinc vsque ad versum illum 7. Cap. 42. interseritur, quæ narrata, exponitur ibi prophetia Ieremiæ à Deo reuelata, cuius in primo huius capituli versu sit mentio. Cæterum alij hunc versum ex Heb. exponunt: 1. Actio, quam gessit Iehoua cum Iirmeia postquam dimiserat eum Nebuzaradan præfectus rerum capitalium, de Rama, quo eum vinculum compedibus duxerat, inter omnes captiuos Ierusalaim & Iehudæ, qui Babylonem transferebantur. Itaque verbum hinc pro facto, & re gesta accipiunt. 2. Verbum illud, quod fuerat ad Iirmeiam à Iehoua, postquam dimisit eum Nebuzaradan præfectus satellitum Rama: recipiendo eum, quum iam esset vinculus catenis in medio totius multitudinis deportandæ Ierusalaimis & Iehudæ, qui deportabantur in Babyloniam. Hæc, inquit, inscriptio vniuersæ ad quatuor sequentia Capita pertinet, quæ vt communem habent inscriptionem, ita perpetuam narrationem continent: quamobrem ea coniunximus. Tota autem narratio hæc res gestas explicat ab eo tempore, quo Nebuzaradani mandata est prouincia à rege Babylonis, vt quidquid supererat conficiendum in Iehudæa, conficeret auctoritate regis: vt narratur 1. Reg. 25. v. 8. & sequentibus, & supra Cap. 39. v. 9. dicitur vero tota hæc narratio esse, Verbum quod fuerat ad Iirmeiam à Iehoua: quia hæc ipsa mala Deus iam olim per Iirmeiam prædixerat, vt supra Cap. 24. 8. & alibi dicitur, & ipse Nebuzaradan agnoscit, vers. 2. & 3. quasi dicat propheta, his capitibus explicari complementum illius verbi, quod longo tempore antè significauerat Deus, & Iirmeia prænuntiauerat. Rama. quousque Nebuzaradan imprudens Iirmeia Maluenda, In lib. Ieremiæ.

iam fuerat à suis trahi cum deportanda multitudine. De Rama vrbe Benjaminis sexto milliario ab Ierusalaim ad septentrionem itinere in Babyloniam, vide in Iosue 18. v. 25.

TOLLENS ERGO PRINCEPS MILITIÆ IEREMIAM, &c.] Heb. Et accepit magister mactantium ipsi Iirmeia. Constructur hinc verbum נפל lakach cum datiuo, seu Nota lammed: & haud scio an eiusmodi constructio alibi in Scriptura facile inueniri possit: & vt puto, non sine mysterio: fortè significare voluit, magistrum militiæ singulari affectu & studio benignitatis excepisse Iirmeiam, & ad reducendum eum misisse certos homines in Rama. Quidam reddunt: 1. Accersuit nempe præfectus Capitalium rerum Iirmeiam. 2. Recepit ergo præfectus satellitum Iirmeiam, &c.

ET FACTVS EST VOBIS SERMO HIC.] Heb. & fuit vobis verbum istud. id est, hæc res. Alij: 1. idcirco euenit vobis calamitas ista. 2. adeo euenit vobis verbum illud, quod à Domino per Iirmeiam Iudæis fuerat denuntiatum. Sic verbum fuit pro euenit, vt Genes. 24. 15.

NUNC ERGO ECCE SOLVI TE, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt. 1. Nunc ergo ecce ego soluo te hodie de vinculis, quæ sunt in manibus tuis: & si tibi videtur mecum proficisci Babylonem, venias, ponamque super te occultum meum, id est, tui curam geram; sin minus placet mecum proficisci Babylonem, sine, vel desine, desiste venire: ecce vniuersa terra coram te est, quocunque tibi bonum & commodum videbitur ire, illuc eas. 2. Sed nunc ecce soluo te hodie à catenis istis, quæ sunt super manus tuas; si bonum videtur in oculis tuis venire mecum in Babyloniam, veni, & ponam oculum meum super te, vel & adhibebo oculos meos in te, vt supra Cap. 39. v. 12. Sin autem malum videtur in oculis tuis venire mecum in Babyloniam, desiste: vide, tota hæc terra coram te est, seu exposita est tibi, vt Genes. 13. 9. quo bonum relictumque videtur in oculis tuis abire, abi.

SED MECVM NOLI VENIRE, SED HABITA APVD GODOLIAM, &c.] Heb. ex verbo: Et adhuc ipse non reuertetur, & reuertere

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

VERS. 5.

tere ad Ghedajam, &c. Alij: exponunt: 1. Nondum enim ille Iirmeja responderat Præfecto militum quod reuertetur, quum dixit illi Præfectus, Reuertere ad Ghedajam, &c. quasi dicat, Nondum Iirmeja dixerat Nebuzaradani se velle reuerti in Iudæam & ibi manere, quum ille iussit vt maneret, & se ad Ghedajam conferret. Voluntatem enim Iirmeiæ è vultu, aut ex mora, aut ex alia re deprehenderat. 2. Parenthesi includunt: (Nondum enim erat reuersus) & reuertere ad Ghedajam, &c. id est, nondum enim iuerat Iirmeja ad Ghedajam. 3. Aut quia ille non reuertitur, diuertere ad Ghedajam, &c. ille, videlicet Ghedajam, qui mox nominatur. Sensus est, si non placet mecum esse, præmissi Ghedajam Mitzpham, qui in legatione sua occupatus ad me nondum reuertitur: Si iraque videbitur, poteris te ad ipsum recipere.

HVBITA ERGO CVM EO IN MEDIO POPULI.] Alij: & mane cum eo in medio populi. id est, liberè inter tuos populares, vt supra cap. 37. v. 4.

CIBARIA.] Singulare *aruchab* cum *Cbeth* variè exponunt, Itinerarium, viaticum, eommeatum, portionem, cibum, demensum-cibi, consuetum cibarium itineris. vide in 2. Reg. 25. v. 30.

ET MVNVSCVLA.] *maseth*, *מַשֶׁת* propriè leuandam, munus, donarium, honorarium. quæ quæ honoris vel amicitia gratia leuatur & defertur.

VERS. 6. IN MASPETH.] Heb. in *Mitzphab*. Illam esse volunt, quæ erat Binjaminitarum, de qua Iosue 18. v. 26. vt ex sequentibus narrationibus colligitur: vide in 2. Reg. 25. 23.

VERS. 7. QVVMQVE AVDISSENT OMNES PRINCIPES EXERCITVS, &c.] Vide de

hoc versu in 2. Reg. 25. vers. 23.

VENERVNT AD GODOLIAM, &c.] De- VERS. 8.
hoc versu vide in 2. Reg. 25. 23.

ET IEZONIAS.] Heb. *Iezanjahu*. qui 2. Reg. 25. 23. addito *Aleph* vocatur (*Iaazanjahu*,) de quo infra Cap. 42. v. 1.

ECCE EGO HABITO IN MASPETH.] VERS. 10.
Alij ex Heb. *De me autem*, vel quod ad me atinet, ecce confisso *Mitzphæ*.

VT RESPONDEAM PRÆCEPTO CHALDÆORVM, QUI MITTVNTVR AD NOS.] Heb. *ad standum ad facies Chaldaeorum, qui venient ad nos*. Alij: *vt astem Chaldaeis*, id est, excipiam Chaldaeos, qui à Chaldæa venturi sunt ad nos. 2. *ad standum coram Chaldaeis, qui veniunt ad nos*. id est, ad ministrandum Chaldaeis, vt interpretatur loquutionem hanc *Mofcheh* Deuteronom. 10. 8.

ET MESSEM.] & *astatem*. id est, æstiuos-fructus, metonymicè: Sic vers. 12. Alij: *fructus autumnales*.

AVDITO QVOD DEDISSET REX BABYLONIS RELIQUIAS IN IVDÆA.] Heb. *audierunt, quod dedit rex Babylonia residuum ipsi Iudææ*. id est, quod reliquum fuerat ipsi Iudææ ex tanta clade, dedisse Ghedajam, & præfecisse eum illis. Alij: *audientes dedisse regem Babylonia reliquias terræ Iebudæis, & præfecisse eis Ghedajam, &c.*

ET COLLEGERVNT VINVMET MESSEM, MULTAM NIMIS.] Alij: & collegerunt vini & æstiuorum-fructuum multum valde.


PERCVTERE ANIMAM TVAM.] Heb. *ad percutiendum te anima*. id est, lethaliter. siue ad interficiendum te vel ad adimendum tibi animam. Sic Genes. 37. 21. & versu sequente.

CAPVT XLII.

Ismahel dolo occidit Godoliam præfectum, cum Iudæis & Chaldæis qui cum eo erant in Maphath; aliosque octoginta interimens, pepercit decem qui se thesauros habere dicebant: ac tandem veritus Iobanan principes bellatorum fugit cum octo viris, liberato populo quem ceperat captiuum: omnes autem qui reliqui sunt, statuunt fugere in Ægyptum à facie Chaldaeorum.

Vulg.

Malu.

I  T factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathania filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maspeth: & comederunt ibi panes simul in Maspeth.

2 Surrexit autem Ismahel filius Nathania, & decem viri, qui cum eo erant,

I  T fuit in ^a in nouatione septima venit Ismaghel filius Nethanjah, filij Elisamaghi de Semine regni, & magistrj regis, & decem homines ^b ad eum, ad Ghedajahu filium Achikami ^c in Mitzphah: & comederunt ibi panem ^d vnità in Mitzphah.

2 Et surrexit Ismaghel filius Nethanjah, & ^e decem hominum, qui fuerunt

^a lunatione, mense

^b apud eum, cum eo. 2. 7. 11. 13. 16.

^c Mitzphathah

^d pariter, simul, vnà

^e decas, denarius

Et percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem prafecerat rex Babylonis terra.

3 Omnes quoque Iudeos, qui erant cum Godolia in Massphath, & Chaldaeos, qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.

4 Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

5 venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes, & munera, & thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

6 Egressus ergo Ismahel filius Nathania in occursum eorum de Massphath, incedens & plorans ibat: cum autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7 Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathania circa medium lacu, ipse, & viri, qui erant cum eo.

8 Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessavit: & non interfecit eos cum fratribus suis.

9 Lacus autem, in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum, quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum replevit Ismahel filius Nathania occisis.

10 Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi qui erant in Massphath: filias regis, & uniuersum populum, qui remanserat in Massphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militia Godolia filio Ahicam, Et cepit eos Ismahel filius Nathania, & abiit ut transiret ad filios Ammon.

11 Audiuit autem Iochanan filius Karee, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathania.

12 Et assumptis uniuersis viris, profecti sunt ut bellarent aduersum Ismahel filium Nathania, & inuenerunt eum ad

fuerunt ad eum, & percusserunt Ghedaljahu filium Achikami, filij Saphanis, in gladio, & mori-fecit eum: quem ^f visitare-fecit rex Babelis in terra.

3 Et omnes Iehudæos, qui fuerunt ad eum ad Ghedaljahu, in Mitzphah, & Chaldaeos qui ^g inuenti-fuerunt ibi, homines ^h cætionis percussit Iismaghel.

4 Et fuit in die secundo ad mori-facere Ghedaljahu, & vir non cognouit.

5 Et venerunt homines de Sechem, de Silo, & de Someron octoginta viri ^{*} rasi barbæ, & ⁱ disrupti vestimentorum, & latrocinari-fese facientes: & minchah & thus in manu eorum ad venire-facere domo IHVH.

6 Et exiit Iismaghel filius Nethanjah occursum eorum de Mitzphah ambulans ambulare, & lacrymans: & fuit secundum incurrere ad eos, & dixit ad eos: venite ad Ghedaljahu filium Achikami.

7 Et fuit secundum venire eos ad medium vrbis, & ^k mactauit eos Iismaghel filius Nethanjah ad medium ^l cisternæ, ipse & homines, qui ad eum.

8 Et decem homines inuenti-fuerunt in eis, & dixerunt ad Iismaghelem, Non mori-facies nos, quia ^m existentia nobis reconditionum in agro, ⁿ tritica, & hordea, & oleum, & mel: & ^o cessauit, & non mori-fecit eos ^p in medio fratrum suorum.

9 Et ^q cisterna, qua deiecit ibi Iismaghel omnia cadauera hominum, quos percussit in manu Ghedaljahu, ipsa quam fecit rex Asa de faciebus Baghsa regis Israelis: eam impleuit Iismaghel filius Nethanjah ^r violatis.

10 Et captiuam-abducit Iismaghel omnem reliquiam populi, quæ in Mitzphah, filias regis, & omnem populum ^s relictos in Mitzphah, quos visitare-fecit Nebuzaradan magister mactatorum Ghedaljahu filium Achikami: & captiuos-abduxit eos Iismaghel filius Nethanjah: & ambulavit ad transire ad filios Ghamonis.

11 Et audiuit Iochanan filius Kareachi & omnes principes ^t strenuitatum, ^u quæ ad eum, omne malum, quod fecit Iismaghel filius Nethanjah.

12 Et acceperunt omnes homines, & ambulauerunt ad cædere cum Iismaghele filio Nethanjah: & inuenerunt

f prapofuit, prafecit constituit prafectum & vi fitato-rem
g prafentes erant illic *h* belli, bellatores. *se* v. 16.

*** vnusquis-que vir *vs* Reg. 20. v. 20. *i* dilacerati, disciffi

k iugulauit
l putei, lacu, fouez

m sunt nobis occultata mammonæ: *vide* in Genes. 43. 23. *n* triticorum, &c. *o* defuit, distitit
p inter fratres ipsorum *q* *vs* v. 7.

r confossis, perfossis, interfectis

s relictorum, vel qui relictii

t virtutum, exercituum, copiarum
u qui

x pugnat

aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

13 Cùmque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & uniuersos principes bellatorum, qui erant cum eo, lætati sunt.

14 Et reuersus est omnis populus, quem ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusque abiit ad Iohanan filium Caree.

15 Ismahel autem filius Nathaniae fugit cum octo uiris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon.

16 Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, uniuersas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Ismahel filio Nathaniae de Masphath, postquam percussit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad pralium, & mulieres, & pueros, & eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.

17 Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaan, quæ est iuxta Bethlehem, ut pergerent, & introirent Ægyptum,

18 à facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniae Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in Terra Iuda.

runt cum ad aquas multas, quæ in Ghibhone.

13 Et fuit secundum videre omnem populum, qui ad Iismaghelem, Iochananem filium Kareachi & omnes principes strenuitatum, quæ ad eum, & lætati fuerunt.

14 Et circumgyrauerunt omnis populus, quem captiuum abduxit Iismaghel de Mitzphah: & reuersi fuerunt, & ambulauerunt ad Iochananem filium Kareachi.

15 Et Iismaghel filius Nethanjah saluus euasit in octo hominibus de faciebus Iochanani: & ambulauit ad filios Ghamonis.

16 Et accepit Iochanan filius Kareachi, & omnes principes strenuitatum, qui ad eum, omnem reliquiam populi, quem reuertere fecit de ad Iismaghelem filium Nethanjah de Mitzphah, postquam percussit Ghedajah filium Achikami: præualidos homines cæssonis, & mulieres, & paruulum, & eunuchos, quos reuertere fecit de Ghibhone.

17 Et ambulauerunt, & sederunt in tractu Chimhami, qui reseruatio Bethlechemi, ad ambulare ad venire Ægyptum.

18 De faciebus Chaldæorum, quia timuerunt de faciebus eorum, quia percussit Iismaghel filius Nethanjah Ghedajah filium Achikami, quem visitare fecit rex Babelis in terra.



COMMENTARIA.

VERS. I.



FACTVM EST IN MENSE SEPTIMO, &c.] vide de hoc versu in 2. Reg. 25. vers. 25.

DE SEMINE REGALI.] Hebr. de semine regni, hoc est regio, [& optimates Regis.] Hebr. & magistri, seu præfecti, regis, & decem viri cum eo. siue id est, decem viri cum ipso. Sic, inquit, paucis odij & conspirationis causa ostenditur, quodd hinc Ismahel, & illi decem principatum in regno sibi asserebant, indignumque putabant, nouum hominem in administratione anteponi sibi, Quamobrem non hos solos venisse putandum est, sed cum suo comitatu singulos, ut ex sequente historia liquet: neque soli vndecim homines tanta patrare potuissent, quanta sequentibus versibus narrantur. Ita quidem acutè & subtiliter Hebræorum, Interpretes excogita-

runt, auctore Kimchio. Sed supra cap. 40. vers. 14. disertè scribitur, Iismaghelem à Bahaliso rege Hammonitarum fuisse subornatum. Fortè ut Hammonita posset potiri reliquiis Iudæorum. Vtrumque potuit accidere, ut & instinctu Hammonitæ, & propria regnandi cupidine Ismahel facinus perpetrarit.

ET INTERFECERVNT EVM.] Hebr. & mori fecit eum. Alij: ita morte affecit eum. VERS. 2.

SECUNDO AVTEM DIE, &c.] Alij: Fuit autem die secundo, ex quo morte affecerat Ghedajam: quum adhuc nemo cognosceret: ut venirent homines, &c. 2. Factum est autem die altero post eadem Ghedajæ, quæ adhuc latebat. vel idque nemine sciente. eorum scilicet, qui incolebant Mitzphah: nam per breue illud tempus rectè potuit latere cædes.

VENERVNT VIRI DE SICHEM, ET DE SILO, ET DE SAMARIA.] Quidam: Ut venirent homines, Schecemo, Schlunte, & Schom

Schomrone. id est, è tribu Ephraïmi, vnde proficiscentibus in locum sanctum iter erat per Mitzpam Binjaminitarum.

RASI BARBA, ET SCISSIS VESTIBUS, ET SQUALENTES.] Aliqui reddunt ex Hebr. *rafi barba, & laceri vestibus, ac incidentes sese.* id est, externo cultu testificantes luctum suum de calamitate publica, more gentibus accepto, contra legem Leuit. 19. 27. & 21. 5. Videntur verò vel omnes, vel magna pars istorum fuisse Chuthæi, de quibus 2. Reg. 17.

Et squalentes. קתנוררים *mithghodedim*, participium Hithpahel, variè reddunt: Forsterus: & *irrupti, sed excursi.* & dicitur, inquit, de irruptione seu incursione, quæ fit cultris in cutem corporis. Alij: & *incidentes, tancinantes, lacerantes sese.* id est, carnes suas lacerantes, & incidentes: de quo ritu vide in Leuit. 19. vers. 28. 21. vers. 5. Deuter. 14. 1. 2. Regum 18. 28. & supra cap. 16. 6. Aliqui reddunt: *laniata, vel scissa facie.* cultris videlicet aut vnguibus.

ET MVNERA.] *mincha, munus, donum, oblationem, sacrificium farinaceum, aut cibarium,* de quo Leuit. 7.

VT OFFERRENT IN DOMO DOMINI.] At tunc templum iam funditus euersum erat. Plerique putant, istos adiisse Mitzpah, vbi tunc temporis exusto templo, erectum fuerat altare, & vbi reliquiæ Iudæorum colligebantur: vt olim sanè fuit locus sacris Israëlitarum conuentibus celebris: vide Iudic. 20. vers. 1. Sed præstat quod alij exponunt: vt *afferrent in domo Iehoua.* id est, in locum, vbi fuerat Domus Dei, à Deo electum, Deuter. 12. 11. Remanserant proculdubio aliquot parietinæ excisi templi: vt porticus Salomonis tempore Christi Ioan. 10. 23. indicio est.

VERS. 6.

INCEDENS.] Hebr. *ambulans ambulando, vel iens eundo.* Quidam: *indefinenter procedens.* quousquæ perueniret ad eos.

ET FLORANS.] seu *lacrymans, flens.* id est, perfidissimè eundem luctum simulans: simulabat enim se tristem & luctuosum ob ea, quæ acciderant Ierusalaimis & templo.

ET DIXIT AD EOS: VENITE AD GODOLIAM.] Probans videlicet illorum animum, & tanquam poëticus ille Sinon expiscans, quo animo in Godoliam essent.

VERS. 7.

QUI QUVM VENISSENT AD MEDIAM CIVITATIS, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum exponunt: 1. *Qui quum venissent in mediam urbem, trucidavit eos Iisnabel filius Nethanja in medio lacu; vel & in medium lacu coniecit, ipse, & qui cum eo erant, viri.* Quod enim ij occisi non fuerint in fouea ipsa, sed occisi in illam coniecti, ex vers. 9. apparet. 2. *Sed fuit quum peruenissent in medium ciuitatis, vt iugulans eos Iischmahel filius Nethanja proiceret in medium fouea, ipse, & viri, qui erant cum ipso.* De hoc more loquendi Hebræis

visitato, vide Forsterum in Præfatione Dictionarij §. 52.

PROPTER GODOLIAM.] Hebr. *in manu, vel ad manum Ghedalja.* Alij: *ad latus Ghedalja.* Possunt intelligi vel illi solum, quos simul cum Ghedalja interfecit, supra vers. 3. vel ij octoginta viri: sed omnes accipio, qui omnes & interfecti sunt propter Ghedaljam, & ferè simul cum eo.

VERS. 9.

IPSE EST, QVEM FECIT REX ASA PROPTER BAASA REGEM ISRAEL.] Alij: *ea est, quam fecerat Rex Asa metu Bahafcha regis Israël.* Videtur fuisse fossa circum urbem ductamunitionis causa, vt fit in uribus munitis, quam Hispanicè *fesso* vocamus, quæ repleti etiam aquis solet. De hac nihil disertè in Scriptura reperitur: sed verisimile est tunc effossam, quando Asa ex lapidibus & lignis Ramæ ædificauisse Mitzpam legitur 1. Samuel. 15. v. 22. vide in 1. Machab. 7. v. 19. & 2. Machabæor. 13. v. 4.

VERS. 10.

FILIAS REGIS.] Incertum cuiusnam regis, an Iehojakimi, an Iehonijæ, an Tzidkijæ, quod est verisimilius, de quibus infra cap. 43. v. 6.

QVOS COMMENDAVERAT NEBUZARDAN PRINCEPS MILITIÆ GODOLIÆ.] vel *quos commiserat, deposuerat apud Ghedaljam.* Alij: *quibus præfecerat Nebuzardan præfectus Satellitum Ghedaljam.*

VERS. 12.

AD AQVAS MVLTAS, QVÆ SVNT IN GABAON.] Alij: *ad aquas amplas, quæ sunt in Gibbone.* id est, piscinam magnam, de qua 2. Samuel. 2. vers. 13. vti Chaldæus Interpres exposuit. Quidam explanant, id est, iuxta loca palustria, quæ erant in valle radicis montis Gabaon.

VERS. 14.

REVERSVSQVE ABIIT AD IOHANAN.] Hebr. & *reuersi sunt, & ambulauerunt ad Iochananem.* Non placet quod quidam reddunt: *rursusque venirent ad Iochananem.* non enim ante fuerant cum Iochanane: sed deserto Iisimahelè receperunt se ad Iochananem.

VERS. 14.


ET SEDERVNT PEREGRINANTES IN CHAMAAM.] Alij ex Hebr. & *habitauerunt in Gheruth Chimham.* nam גררuth *gheruth* quod Noster reddidit *peregrinantes*, vt nomen proprium accipiunt. Plerique tamen exponunt: & *habitauerunt, seu confederunt in habitatione Chimham.* Tremellius, Iunius, Buxtorfius: & *confederunt in hospitio Cimhami.* Locus videtur fuisse Cimhamo filio, vt putatur Bartzillai, à Dauide attributus de patrimonio ipsius Bethlechemitico in tribu Iehudæ: vide 2. Samuel. 19. 37. & sequentibus. Quod è Chaldæo Interprete acceperunt. Iosephus GHERVTH, *mandram* exposuit, id est, *claustrum, septum,* vbi includuntur pecora, *caulam.* Nos aptè *fractum.*

CAPVT XLII.

Missus Ieremias ad orandum ac consulendum Dominum pro reliquiis Iudæorum, respondet ipsos fore saluos si in Iudæa maneant: si autem in Ægyptum fugiant, dicit eos omnes gladio, fame & peste morituros.

Vulg.

Malu.

1  T accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Osaia, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum.

2 Dixeruntque ad Ieremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis; quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur:

3 Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum, quod faciamus.

4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui: ecce ego ero ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra: omne verbum, quodcumque responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quidquam.


5 Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sis Dominus inter nos testis veritatis & fidei: si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6 Sive bonum est, sive malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus: ut bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

7 Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam.

8 Vocauitque Iochanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum.

9 Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, ut pro-

1  T accesserunt omnes principes ^a strennitatum, & Iochanan filius Kareachi, & Iezanjah filius Hofeghjah, & omnis populus de paruo & vsque ad grandem:

2 Et dixerunt ad Iirmejahu prophetam, cadet obsecro ^b gratia nostra facibus tuis; & interpellare te ipsum fac in vsque ad nos, ad IHVH ELOHIM tuum in vsque ad omnem reliquiam istam: quia relictus fuimus paucum de multo, secundum quod oculi tui vident nos.

3 ^d Et annuntiavit nobis IHVH ELOHIM tuus viam, quam ambulemus in ea, & verbum, quod faciemus.

4 Et dixit ad eos Iirmejahu propheta, Audiui, & ecce ego interpellare me ipsum faciens ad IHVH ELOHIM vestrum, secundum verba vestra: & erit, omne verbum, quod respondebit IHVH ad vos, annuntiabo vobis, non ^e diminuat de vobis verbum.

5 Et ij dixerunt ad Iirmejahu; Erit IHVH in nobis ^f testi fidei, & fideli, si non in omni verbo quo mittet te IHVH ELOHIM tuus ad nos, sic faciemus.

6 Si bonum, & si malum, in voce IHVH ELOHIM nostri, quem nos mittentes te ad eum audiemus: ^g correspondentiæ quod bene erit nobis, ^h quia audiemus in voce IHVH ELOHIM nostri.

7 Et fuit de extremitate ⁱ decem dierum, & fuit verbum IHVH ad Iirmejahu.

8 Et vocauit ad Iochananem filium Kareachi, & ad omnes principes ^k strennitatem, ^l quæ ad eum: & omni populo ad de paruo & vsque ad grandem:

9 Et dixit ad eos; Sic dixit IHVH ELOHIM Israël, quem misistis me ad eum,

^a virtutum, copiarum, exercituum

^b deprecatio, supplicatio pro gratia

^c datinus, ad ad facies tuas, sic v. 9.

^d vt indices

^e adimam, subtraham

^f in testem veritatis, & certum,

^g datinus, ad correspondentiam ^h quum

ⁱ decadis, denarij

^k vt v. 1. ^l quæ apud eum cum eo

sternerem preces vestras in conspectu eius:

10 Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabo vos, & non destruam; plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, ut saluos vos faciam, & eruam de manu eius.

12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra.

13 Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri,

14 dicentes: Nequaquam, sed ad Terram Ægypti pergemus: ubi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus.

15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquia Iuda: Hac dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Si posueritis faciem vestram ut ingrediamini Ægyptum, & intraueritis ut ibi habitetis:

16 gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in Terra Ægypti: & fames, pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini.

17 Omnesque viri, qui posuerunt faciem suam ut ingrediantur Ægyptum, ut habitent ibi, morientur, gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego asseram super eos.

18 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Ægyptum, & eritis in insurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: nequaquam ultra videbitis locum istum.

19 Verbum Domini super vos reliquia Iuda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie,

20 quia decerpistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quecumque dixerit tibi Dominus Deus no-

Malucnda, In libr. Jerem.

eum, ad cadere-facere^m gratiam vestram faciebus eius.

10 Siⁿ federe sedebitis in terra ista: & ædificabo vos, & non^p diruam; & plantabo vos, & non^q euellam: quia pœnitui ad malum, quod feci vobis.

11 Non timebitis de faciebus regis Babelis, cuius vos timentes de faciebus eius, non timebitis de ab eo, & Fidelis-sermo IHVH, quia ad vos ego ad saluare vos, & eripere vos de manu eius.

12 Et dabo vobis^f inuisceraciones, & inuiscerabit vos, & reuertere-faciet vos ad humum vestram.

13 Et dicentes vos, non^u sedebitis in terra ista, ad nequaquam audire in voce IHVH ELOHIM vestri:

14 Ad dicere, Non, quia terram Ægypti veniemus, qua non videbimus^x cætionem, & vocem^y tubæ non audiemus, & ^z pani non famefcemus, & ibi habitabimus.

23 Et nunc, ad sic audite verbum IHVH reliquia Iehudah: Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis, Si vos ponere ponetis facies vestras ad venire Ægyptum, & venietis ad^a trahere ibi:

16 Et erit gladius, ^b quem vos timentes de ab eo; ibi^c attinget vos in terra Ægypti; & fames qua vos^d solliciti de ab ea, ibi^e agglutinabit post vos Ægypto, & ibi moriemini.

17 Et erunt omnes homines qui posuerunt facies suas ad venire Ægyptum ad trahere ibi, morientur in gladio, in fame, & in peste: & non erit eis^f residuum, ^g & euasor de faciebus mali, quod ego venire-faciens super eos.

18 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis, secundum quod effectulus-fuit nasus meus, & ^h ardor meus super habitantes Ierusalaim; Sic effundet^r ardor meus super vos in venire vos Ægyptum: & eritisⁱ deierationi, & ^k afflacioni, & ^l leuifactioni, & probro; & non videbitis^m adhuc locum istum.

19 Loquutus-fuit IHVH super vos reliquia Iehudah, non venietis Ægyptum: cognoscere cognoscetis, quia contestatus-fui in vobisⁿ die.

20 Quia errare-fecistis in animabus vestris, ^o quia vos misistis me ad IHVH ELOHIM vestrum, ad dicere; Interpellare-te ipsum-fac in vsque ad nos ad IHVH ELOHIM nostrum: & in omni,

M M m m quod

m vt v. 23

ⁿ manendo manebitis, habitando habitabitis
^o etiam p euertram perumpam q extrapabo, eradicabo

r vice Genes. 22. 16.

f viscera-misericordia
i viscibus-misericordia
dix
completetur, profecerit u, vt v. 10.

x bellum

y buccinæ, clarini
z ad panem

a peregrinari, incolere, commorari. sic v. 17. & 22.
b quo
c assequetur, apprehendet
d anxietimenter
e adhærebit

f superstes
g aut qui euadet

h æstus. ita; cacandescencia, sic statim
i aduratio
ni, iuramentum execratorio
k afflatui, afflandæ, stupendæ-desolationi
l vilipensio
ni, vilipendio, maledictioni
m amplius, ultra, deinceps
n hodie. sic v. 21.

ster, sic annuncia nobis, & faciemus.


21 Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos.

22 Nunc ergo scientes sciētis, quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare ut habitaretis ibi.

quod dicit IHVH ELOHIM noster, sic annuncia nobis, & faciemus.

21 Et annuntiaui vobis die: & non audiistis in voce IHVH ELOHIM vestri; & omni, quo misit me ad vos.

22 Et nunc cognoscere cognoscetis, quia in gladio, in fame, & in peste moriemini: in loco quo benè complaculistis ad venire, ad trahere ibi.



COMMENTARIA.

VERS. I.



ILIVS OSAIÆ.] Heb. Hofahiah, vel Hofchahaja. qui erat Mahachathita è tridu Iehudæ posteri Calebi, vide supra cap. 40. v. 8. & 2. Reg. 25. 23.

VERS. 2.

CADAT ORATIO NOSTRA IN CONSPECTU TVO.] Heb. Cadet obsecro gratia nostra ad facies tuas. Alij: 1. Sine, quæso, te exorari. vide de hac loquutione supra cap. 38. 26. 2. Procidat, quæso, deprecatio nostra à conspectu tuo. vel Procidens, quæso, deprecare nomine nostro. sic infra vers. 9.

VERS. 4.

NEC CELABO VOS QUIDQVAM.] Alij ex Heb. non cohibebo à vobis verbum. id est, non reticebo aut dissimulabo quidquam eorum; quæ Deus meus significauerit:

VERS. 9.

SIT DOMINVS INTER NOS TESTIS VERITATIS ET FIDEI &c.] Quidam reddunt: Sit Iehoua nobis in testem veritatis & fidelem, vel testis verus & fidus, nisi prorsus secundum verbum, cuius causa miserit te Iehoua Deus tuus ad nos, ita faciemus, vel fecerimus.

VERS. 10.

SI QUIESCENTES MANSERITIS IN TERRA HAC.] Heb. Si manendo manebitis in terra ista. Quidam Infinitum שׁוֹב schob, non ex שׁוֹב iaschab, sed ex שׁוֹב schub deducunt, redduntque: Si reuertendo, vel reuersi manseritis in terra hac. Videlicet, si reuersi fueritis ab instituta profectio in Ægyptum, quam falso dissimulauerant coram propheta: vide supra cap. 41. v. 17. & infra vers. 20. vide Theaurum Sanctis colum. 1081.

IAM ENIM PLACATVS SVM SVPER MALO QVOD FECI VOBIS.] Alij: quia pœniterit me eius mali, quo afficio vos. Humanitus dictum, vt Genes. 6. v. 6. Sunt autem huius prophetiæ partes duæ; prior dilemmatica, qua hypotheticè propheta consilio Dei exposito declarat, cum quid Deus manentibus promittat, his tribus versibus, tum quid interminetur proficiscentibus in Ægyptum, vsque ad vers. 19. posterior verò categorica, qua reprehendens propheta ludificationem illorum, & consilium Deo immorigerum, denuntiat Dei verbis iudicium seuerissimum, ad finem vsque capitis.

VERS. 12.

ET DABO VOBIS MISERICORDIAM &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Dabo enim vobis miseraciones, vt ille vestri misereatur, scilicet, ille rex Babylonæ, & permittet vobis habitare in terra vestra. 2. Nam præ-

stabo vobis misericordiam, vt misereatur vestri, restituat vos in terra vestra.

VBI NON VIDEBIMVS BELLVM.] Alij: vt non experiantur bellum: & famem non sustinebimus. Heb. ad panem, vel cibum non esuriemus. Alij: nec cibi penuria laboremus. 2. & cibi famem non patiamur.

ET IBI HABITABIMVS.] Heb. Alij: denique illic habitemus. Non autem in diem commoremur, aut vagemur incertis sedibus, vt hîc nobis propter Chaldæos faciendum esset. Quidam reddunt: & ibi consistemus, id est, fixas sedes habebimus.

SI POSVERITIS FACIEM VESTRAM VT INGREDIAMINI ÆGYPTVM.] Heb. Si ponendo posueritis faciem vestram ad ingrediendum in Ægyptum. Alij: Si vos omnino disposueritis faciem vestram, vt ingrediamini Ægyptum. 2. Si omninò firmiter statueritis in Ægyptum proficisci. Ponere faciem, est firmum & fixum consilium seu propositum statuere aliquid faciendi: puod aliter in Scriptura efferri solet, firmare faciem, vt Luca 9. 51. Sic infra vers. 17. & cap. 44. v. 12.

ADHÆREBIT VOBIS.] Heb. agglutinabit post vos. Alij: adherescat post vos. vel persequatur vos. Sic 1. Paralipom. 10. 2.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVM &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Quia sic dicit Iehoua exercituum, Deus Israelis, quemadmodum constata est, seu effusa est, ira mea: metaphora aut à metallis liquefactis, aut ab imbris repente decidentibus, aut rapidissimo torrente, aut inundatione vehementissima aquarum: & furor meus contra habitatores Ierusalaim, sic conflabitur, seu effundetur furor meus contra vos, si in Ægyptum profecti fueritis: eritis enim execrationi, stupori, contumelia, & opprobrio omnibus, nec locum hunc ultra videbitis. 2. Nam sic ait Iehoua exercituum Deus Israelis; Quemadmodum effusa est ira mea & excandescencia mea super habitatores Ierusalaimorum; ita effundetur excandescencia mea super vos, quum ingressi fueritis Ægyptum: & eritis execrationi, & desolationi, maledictionique, & opprobrio, neque videbitis amplius locum huic. Confirmatio minarum præcedentium, à recente & domestico exemplo.

VERBUM DOMINI SVPER VOS, RELIQUÆ IYDA &c.] Quidam hunc versum ex Heb.

VERS. 14.

VERS. 14.

VERS. 14.

VERS. 14.

Heb. reddunt: *Alloquitur Iehoua vos, o reliquia Iehuda, ne ingrediamini Aegyptum, sciendo scitote, seu omnino scitote, vt infra vers. 22. me contestari vos hodie.* Alterum membrum prophetiae, vt diximus in vers. 10. Non à me, inquit, ista profectio, sed à Deo interdicitur: quamobrem protestor ego hodie rem vobis male cessuram esse, me autem ab omni culpa liberari hac protestatione mea.

VERS. 20. *QVIA DECEPISTIS ANIMAS VESTRAS &c.]* Alij hunc versum ex Heb. transfundunt: 1. *Equidem vestras ipsorum animas seducistis, nam vos misistis me ad Iehoua Deum vestrum, dicendo, Ora pro nobis ad Iehouam Deum nostrum & quidquid responderit Iehoua Deus noster, refer ad nos, siue renuntia nobis, & faciemus.* 2. *Certe errare fecistis me, vel decepistis me, in animabus vestris. id est, per id, quod erat in animis vestris, hoc est; aliter loquendo quam esset in animis vestris, quum scilicet petistis à me, vt Dominum vestro nomine orarem, &c.* 3. *Quandoquidam sefellistis animis vestris, quod misistis me ad Iehouam Deum vestrum dicendo, ora pro nobis Iehouam Deum nostrum: & omnino prout edixerit Iehoua Deus noster, ita indica nobis, & facturi sumus.* hoc & sequen-

te versu est hyperbatice causarum explicatio, ex quibus sententiam fert Dominus in reliquias Iudaeorum. Quamobrem illud, omnino scitote, quod habetur praecedente versu, finito hyperbato, reperitur versu ultimo. *sefellistis animis vestris.* me videlicet, non autem Deum, qui minime omnium irrideri potest, Galat. 6. v. 7. quasi dicat, certo consilio & deliberata malitia, quum iamque proficiscendi consilium cepissent, me ludificari estis, quum interuentorem adhibuistis apud Deum; omnia promissistis; & nihil demum praestatis, postquam omnibus meis partibus erga Deum, atque vos ipsos defunctus sum.

VERS. 21. *SVPER VNIVERSIS, PRO QVIBVS MISIT ME AD VOS.]* Heb. *ad omnia, quibus misit me ad vos.* Alij: 1. *nec omnibus, ob quae misit me ad vos.* 2. *& omnibus, quorum causa misit me ad vos:* subaudi, non auscultatis, vel parvifistis, ex praecedente membro.

VERS. 22. *IN LOCO AD QVEM VOLVISTIS INTRARE, VT HABITARETIS IBI.]* Alij: 1. *in eo loco, ad quem proficisci vultis, vt illic habitetis.* 2. *in loco, quo placet vobis ad commorandum ibi.*

CAPVT XLIII.

Reliquia Iudaeorum non audientes Domini praeceptum quod referebat Ieremias, proficiscuntur una cum Ieremia & Baruch in Aegyptum: vbi constitutus Ieremias vaticinatur regem Babylonis vastaturum Terram Aegypti cum idolis suis; eique dominaturum.

Vulg.

Malu.

1 **A**ctum est autem, cum complexset Ieremias loquens ad populum universos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba haec:

2 *dixit Azarias filius Osaie, & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens: Ne ingrediamini Aegyptum, vt habitetis illic.*

3 *Sed Baruch filius Neriae incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldaeorum, vt interficiat nos: & traduci faciat in Babylonem.*

4 *Et non audiuit Iochanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & universus populus vocem Domini, vt manerent in Terra Iuda.*

5 *Sed tollens Iochanan filius Caree, &*

1 **E**t fuit secundum a con-summam Ieremias ad loqui ad omnem populum omnia verba I H V H ELOHIM eorum, b quibus misit eum I H V H ELOHIM eorum, ad eos, omnia verba ista.

2 *Et dixit Ghazarjah filius Hosaghjah, & Iochanan filius Kareachi, & omnes homines superbi, dicentes ad Ieremias, Falsitatem tu loquens, non misit te I H V H ELOHIM noster, ad dicere, Non venietis Aegyptum ad c trahere ibi.*

3 *Quia Baruch filius Nerijah d eleuans te in nobis: e correspondentiae dare nos in manu Chaldaeorum, ad mori-facere nos, f & ad deuoluere-facere nos Babelem.*

4 *Et non audiuit Iochanan filius Kareachi, & omnes principes g strenuitatum, & omnis populus in voce I H V H: ad h manere in terra Iehudah.*

5 *Et accepit Iochanan filius Kare-*

a cessare, finire, absol- uere, pers- cere
b quorum causa

c peregrina- ri, incolere, commorari. ita v. 5.
d incitans
e datus ad cotrespon- dentiam faut

g virtutum, copiarum, exercituum
h consistere, residere, habitare

uniuersi principes bellatorum uniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant ante dispersi, ut habitarent in Terra Iuda;

6 viros & mulieres, & paruulos, & filias regis, & omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan princeps militia cum Godolia filio Ahicam filij Saphan, & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neria.

7 Et ingressi sunt in Terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini: & venerunt vsque ad Taphnis.

8 Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens:

9 Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iuda:

10 Et dices ad eos: Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos.

11 Veniensque percutiet Terram Ægypti, quos in mortem, in mortem; & quos in captiuitatem, in captiuitatem; & quos in gladium, in gladium.

12 Et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicitur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace.

13 Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in Terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni.

chi, & omnes principes strenuissimum, omnem reliquiam Iehudah: qui reuersi fuerunt de omnibus gentibus, quibus impulsii fuerunt ibi, ad trahere in terra Iehudah.

6 ⁱ Præualidos, & mulieres, & paruulum, & filias regis, & omnem animam, quam ^k deposuit Nabuzardan ^l magister mactatorum ^m ad Ghedaljahu filium Achikami, filij Saphanis, & Iirmejahu prophetam & Baruchum filium Nerijahu.

7 Et venerunt terram Ægypti, quia non audierunt in voce IHVH: & venerunt vsque ad Thachphanches.

8 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu in Thachphanches ad dicere:


9 Accipe in manu tua lapides grandes, & abscondes eos in maltha in laterificina, quæ in ostio domus Pharghonis in Thachphanches: ⁿ oculis hominum Iehudæorum.

10 Et dices ad eos, Sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israël; Ecce ego mittens, & accipiam Nebuchadretzarem regem Babelis seruum meum, & ponam solium eius desuper ^o lapidibus istis, quos abscondi: & extendit si parium suum suum super eos.

11 Et veniet, & percutiet terram Ægypti: quos morti, morti, & quos captiuæ abductioni, captiuæ abductioni, & quos gladio, gladio.

12 Et conflagrare faciam ignem in domibus deorum Ægypti, & comburet eos, & captiuos abducat eos: & obteget terram Ægypti secundum quod obteget pastor vestimentum suum; & & exibat de ibi in pace.

13 Et confringet statuas domus Solis, quæ in terra Ægypti: & domos deorum Ægypti comburet in igne.



COMMENTARIA.

VERS. 2.



IXIT AZARIAS FILIUS OSATÆ] Heb. Et dixit Hazarjah filius Hofahjah. Facile suspicari possumus hunc esse, qui supra cap. 42. v. 1. dictus fuit Iezanjah filius Hofahjah, qui primus videtur palam Iirmeiæ obsticisse, & alios hærentes in pristino consilio suo confirmasse.

VERS. 7.

VSQUE AD THAPHNIS.] Heb. vsque ad Thachphanches. Alij: Daphnas vsque. de qua vrbe vel regione vide Isaia 30. v. 4. & supra cap. 2. v. 16. sic vers. sequente, & 9.

VERS. 8.

ET FACTVS EST SERMO DOMINI AD

IEREMIAM &c.] Heb. Fuit autem verbum Iehoua ad Iirmeiam Hoc verbum duo continet: signum, versu sequente: & prophetiam, significatum de occupatione Ægypti per Babylonium, versibus sequentibus.

ET ABSCONDES EOS IN CRYPTA.] Forsterus: [מלתחלתו melet, locus in officina laterum, unde lateres euadunt. Hieronymus cryptam vertit; alij lutum, ex quo lateres fiunt: & abscondes eos in laterificina.] Hebræi: in luto, ex quo lateres fiunt: vel in cemento è calce, arenaque confecto, aut in incrustatione. quasi dicat, incrusta eos, & obducito, siue obtege eos calce

z viros

x dimisit, liquit
l vide in G.
nes. 37. 36.
m cum

n datiuus, ad, ante, oculos

o ad lapides istos

VERS. 9.

calce vel cæmento, vt eo quasi tectorio sint absconditi. Chaldaus: *in iunctura*. id est, iunge eos & ferramina aut compinge calce, cæmento, aut bitumine, vt abscondatur seu non appareat iunctura, id est, vt sint solidissime compacti. Montanus: *in iurito*. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: & abde eos *in argilla*. Martinus, Auenarius, Schindlerus: *in maltha*. nimirum voce consona. Plinius lib. 2. cap. 104. [*In Commagenes vrbe Samosatis stagnum est, emittens linum, maltham vocant, fragrantem. Quum quid attingit solidi, adheret: præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Luculo: flagrabatque miles armis suis: aquis etiam accenditur: terra tantum restinguere docuere experimenta.*] Et lib. 36. cap. 24. [*Maltha è calce fit recenti: gleba vino restinguitur; mox tunditur cum adipe suillo & sicu, duplici linamento: qua res omnium tenacissima, & durissima lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perficitur ante.*] Cuiusmodi genus nos Valentinè *Llacam* vocamus. Dictum videtur MELBT, ab euadendo, quod lubricetur & mollescat. Noster *cryptam* dixit, etiam ab euadendo, quod in ea euadant, & refugium sit iis, qui se abscondunt. Hunc locum plerique accipiunt quasi propheta lapides prægrandes cæmento vel maltha commiserit aut deuinxerit, seu incrustrauerit aut induxerit, in modum cuiusdam ædiculae aut solij construens. Alij: quod eos simpliciter in mole vel massa luti, seu argillæ, ex qua fiunt lateres, defoderit, aut demerserit, vt ibi additi manerent.

QUÆ EST SUB MVRO LATERICIO.] Alij: 1. *in fornace laterum*. id est, in loco, quo fiunt, vel excoquantur lateres. 2. *in laterificina*, *in fornace*, aut *officina lateraria*. 3. & abde eos *in argilla lateraria illius, quæ est ad*

portam domus Parthonis Daphnis, ante oculos hominum Iudeorum.

ET STATVET SOLIVM SVVM SVPER EOS.] Alij ex Heb. 1. & tendet tentorium suum regium, pulchrum, elegans, pretiosum super eos. 2. & expandet augustale tentorium suum super eos. 3. tendetque augustale suum super eos. id est, tentorium suum speciosissimum. 4. & extendet aulæum suum ornatissimum super eos. שפריר schaphrir, voce consentiente siparium reddunt, id est, velum, aulæum: vide Festum.

VENIENS QVE PERCVTET &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: Nam progressus percutiet terram Ægypti, eum, qui mortu addictus est, iudicio Dei, per quem vocatus fuerat Babylonius, ad mortem irabens, & qui captiuitati, ad captiuitatem, & qui gladio ad gladium. Alij exponunt: alios ad morrem, seu ad pestem, alios ad captiuitatem, alios ad gladium. vidè de hoc loquedi genere supra cap. 15. v. 2.

ET COMBURET EA.] verbum hoc aptius referetur ad Babylonium, cui etiam verbum sequens conuenit, quam ad ignem qui proximè præcessit.

ET AMICIETVR TERRA ÆGYPTI, SICVT AMICITVR PASTOR PALLIO SVO.] Alij: & circumuoluet, vel induet terram Ægypti, quemadmodum pastor circumuoluit, seu induit vestem suam. id est, redibit in patriam operus & onustus spoliis Ægypti. 2. & amicieb terram Ægypti, id est, spolia terræ Ægypti: metonymicos: quemadmodum amicit pastor vestimentum suum.

ET CONTERET STATVAS.] Alij: Postquam fregerit statuas Domus Solis. Alij; Heliopoles. oppidi, in quo erat insignis idololatria, teste Herodoto lib. 2. ex quo præfectura Heliopolitana dicta est, quam Hebræi appellant On: vide Genes. 41. v. 45.

VERS. I.

VERS. II.

VERS. IZ.


VERS. IZ.

CAPVT XLIV.


Iudæi in Ægypto reprehensi à Ieremia super idololatria, obstinatè respondentè vnà cum mulieribus, permansuros in idololatria inueterata: quos Ieremias predicat vniuersos gladio & fame consumendos; regemque Ægypti tradendum in manus inimicorum suorum, ac terram Ægypti prorsus vastandam.

Vnlg.

Malu.

 Erbum, quod factum est per Ieremiam ad omnes Iudeos, qui habitabant in Terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in Terra Phatures, dicens:

2 Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vos vidistis omne malum illud; quod adduxi super Ierusalem, & super omnes vrbes Iuda: & ecce deserta sunt

 Erbum, quod fuit ad Ieremiam ad omnes Iehudæos habitantes in terra Ægypti; habitantes in Mighdolo, & in Thachphanches, & in Noph, & in terra Phathros ad dicere:

2 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis; Vos vidistis omne malum, quod venire feci super Ierusalem, & super omnes vrbes Iehudah:

hodie, & non est in eis habitator.

3 Propter malitiam, quam fecerunt ut me ad iracundiam pronocarent, & irent ut sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant & illi & vos, & patres vestri:

4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, de nocte consurgens, mittensque & dicens: Nolite facere verbum abominationis huiusmodi, quam odiui.

5 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, ut conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent diis alienis.

6 Et conflata est indignatio mea, & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & versa sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc.

7 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Quare vos facitis malum grande hoc contra animas vestras, ut intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iuda, nec relinquatur, vobis quidquam residuum:

8 Pronocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in Terra Ægypti, in quam ingressi estis ut habitetis ibi & dispereatis, & sitis in maledictionem & in opprobrium cunctis gentibus terræ?

9 Numquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda, & mala uxorum eius, & mala vestra, & mala uxorum vestrarum, quæ fecerunt in Terra Iuda, & in regionibus Ierusalem?

10 Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in preceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris.

11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam.

12 Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas ut ingrederentur Terram Ægypti, & habitarent ibi: & consummentur omnes in Terra Ægypti: cadent in gladio, & in fame: & consummentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iusuran-

& ecce ex^a siccitas die ista, & non in eis habitans:

3 De faciebus mali eorum, quod fecerunt ad commouere me; ad ambulare ad suffire diis alienis, quos non cognouerunt eos, ij, vos, & patres vestri.

4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, manicare & mittere, ad dicere: Non, euge, facietis verbum abominationis istius, quam odiui.

5 Et non audierunt & non extenderunt aurem suam, ad reuertere de malitia sua ad^b nequaquam suffire diis alienis.

6 Et effusus fuit^c ardor meus, & nasus meus, & exarsit in vrbibus Iehudah, & in^d plateis Ierusalem: & fuerunt^e siccitati^f & afflioni sicut dies ista.

7 Et nunc sic dixit IHVH ELOHIM TZEBAOTH, ELOHIM Israël: Ad quid vos facientes malum grande ad animas vestras, ad excindere vobis virum, & viram, & puerum, & lactentem de medio Iehudah: ad^h nequaquam superrelinquere facere vobis reliquam.

8 Ad commouere me in facturis manuum vestrarum, ad suffire diis alienis in terra Ægypti, qua vos venientes ad^h trahere ibi: ⁱ correspondentiæ excindere vobis, & correspondentiæ esse vos^k leni-factioni, & probro in omnibus gentibus terræ.

9 An obliti fuistis mala patrum vestrorum, & mala regum Iehudah, & mala mulierum eius, & mala vestra, & mala mulierum vestrarum: quæ fecerunt in terra Iehudah, & in^l plateis Ierusalem.

10 Non oppressione contriti fuerunt vsque ad diem istam: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege mea, & in constitutis meis, quæ dedi faciebus vestris, & faciebus patrum vestrorum.

11 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israël: Ecce ego polui facies meas in vobis^m malo, & ad excindere omnem Iehudah.

12 Et accipiam reliquam Iehudah, qui posuerunt facies suas ad venire terram Ægypti adⁿ trahere ibi, &^o consummabuntur omnes in terra Ægypti, cadent in gladio, in fame consummabuntur, de paruo & vsque ad grandem; in gladio & in fame morientur; & erunt

^a deuastatio, defolatio

^b neutiquam, non omnino

^c æstus-iræ, excandescencia
^d vicis, fornicis
^e vt v. 2. afflacui, afflanda, stupenda-defolationi

^g paruulū, infantem
^h peregrinari, incolere, commorari ibi

ⁱ datiuus. ad correspondentiam.
^{fic} mox
^k vilipensionis, vilipendio, maledictioni

^l vt v. 6.

^m datiuus. in malum
ⁿ vt v. 8.
^o consummatur, finientur, deficient. sic deinceps

dum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.

13 Et visitabo super habitatores Terra Ægypti sicut visitavi super Ierusalem, in gladio, & fame, & peste.

14 Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudaorum, qui vadunt ut peregrinentur in Terra Ægypti: & revertantur in terram Iuda, ad quam ipsi eleuant animas suas, ut revertantur, & habitent ibi non revertentur nisi qui suserint.

15 Responderunt autem Jeremia omnes viri, scientes quod sacrificarent uxores eorum diis alienis, & uniuersa mulieres, quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in Terra Ægypti in Phatures dicentes:

16 Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te:

17 sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus reginae cali, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

18 Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginae cali, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus.

19 Quid si nos sacrificamus reginae cali, & libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina?

20 Et dixit Jeremias ad omnem populum, aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum uniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens:

21 Numquid non sacrificiū, quod sacrificasti in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terra, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius?

22 Et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes, quas fecistis: & facta est terra vestra in desola-

tionem, & probro.

13 Et visitabo super habitantes in terra Ægypti, secundum quod visitavi super Ierusalem, in gladio, in fame, & in peste.

14 Et non erit euasor, & residuus reliquiarum Iehudah, venientibus ad trahere ibi in terra Ægypti: & ad reuerrere terram Iehudah, quam iheruare facientes animam suam ad reuerrere ad habitare ibi; quia non reuerrentur quia si euasores.

15 Et responderunt ad Iirmejahu omnes homines cognoscentes quia suffire facientes mulieres eorum diis alienis; & omnes mulieres stantes, congregatio grandis: & omnis populus habitantes in terra Ægypti, in Phathros, ad dicere:

16 Verbum quod loquutus fuisti ad nos in nomine Iehvā, non nos audientes ad te.

17 Quia facere faciemus omne verbum, quod exiit de ore nostro, ad suffire reginae cælorum, & fundere facere ei fusiones, secundum quod fecimus, nos & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalem: & saturati fuimus pane, & fuimus boni, & malum non vidimus.

18 Et de tunc cessauimus ad suffire reginae cælorum & fundere facere ei fusiones; & defecti fuimus omni: & in gladio, & in fame consummati fuimus.

19 Et quia nos suffire facientes reginae cælorum, & ad fundere facere ei fusiones: an de nequaquam vsque ad homines nostros fecimus ei pastilla ad dolore sauciandum eam, & fundere facere ei fusiones.

20 Et dixit Iirmejahu ad omnem populum: Super prauales, & super mulieres, & super omnem populum respondentem ad eum verbum, ad dicere:

21 An non sufficus, quem suffiuitis in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalem, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terrae: eos recordatus fuit Iehvā, & ascendit super cor eius?

22 Et non poterit Iehvā adhuc ad leuare de faciebus malitiarum ludicorum vestrorum; de faciebus abominationum, quas fecistis: & fuit terra vestra siccata

p adiuratio
iuramentum
ro-ex secreta
torio, ex
cracioni
q vt v. 6.
r vt v. 8.
s animadu
uertam in
sic mox
r datiuus
residuo, reli
quius
u vt v. 8.

x ON IB
chi im,
quinimo,
nisi

7 vt v. 6.

7 egimus
omnibus,
omnium,
fuimus in
digi, caui
mus omni
bus, defeci
mus in om
nibus
a quum

b viros

c vt v. 6.

d ultra, am
plius
c vt cap. 4.
v. 4.

f siccata

tionem, & in stuporem, & in maledictum. eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc.

23 Propterea quod sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc. sicut est dies hæc.

24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra Ægypti:

25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens: Vos, & uxores vestrae locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes. Faciamus vota nostra, quæ vouimus, ut sacrificemus reginae calii, & libemus ei libamina, implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea.

26 Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Ægypti: Ecce ego iuravi in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in omni Terra Ægypti.

27 Ecce vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iudæi, qui sunt in terra Ægypti, gladio & fame, donec penitus consumantur.

28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra Ægypti in Terram Iudæam viri pauci: & scient omnes reliquie Iudæe ingredientium Terram Ægypti, ut habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum.

29 Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto: ut sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum.

30 Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedechiam regem Iudæe in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

^f ficitati, & ^g afflationi, & ^h leuificationi, de non habitante ⁱ sicut dies ista.

23 De faciebus^l quod suffiuistis, & quod errauistis IHVH, & non audiuistis in voce IHVH, & in lege eius, & in constitutis eius, & in testimoniis eius non ambulauistis: super sic vocauit vos malum istud sicut dies ista.

24 Et dixit Iirmejahu ad omnem populum, & ad omnes mulieres: Audite verbum IHVH omnis Iehudah, quæ in terra Ægypti:

25 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis, ad dicere: Vos, & mulieres vestrae, & loquutæ ^k fuistis in ore vestro, & in manibus vestris impleuistis, ad dicere; Facere faciemus vota nostra, quæ vouimus ad suffire reginae cælorum, & ad fundere-facere ei fusiones. Surgere-facere surgere-^l facietis vota vestra; & faciendo-^m facietis vota vestra.

26 Ad sic audite verbum IHVH omnis Iehudah habitantes in terra Ægypti: Ecce ego iuramento-obstrictus fui in nomine meo grandi, dixit IHVH, Si erit adhuc nomen meum vocatum in ore omnis viri Iehudah, dicentis, viuens ADONAI IHVH in omni terra Ægypti.

27 Ecce ego amygdalans super eos ⁿ malo, & non bono: & consummabuntur omnis vir Iehudah, qui in terra Ægypti, in gladio & in fame vsque ad consummare eos.

28 Et euasores gladij reuertentur de terra Ægypti terram Iehudah, mortales numeri: & cognoscent omnis reliquia Iehudah venientes ^o terræ Ægypti ad ^p trahere ibi, verbum cuius surget, de à me, ^q & de eis.

29 Et istud vobis signum, ^r Fidelis sermo IHVH, quia visitans ego super vos in loco isto: ^s correspondentiæ cognoscetis, quia surgere surgent verba mea super vos ^t malo.

30 Sic dixit IHVH, Ecce ego dans Phargonem Choph-ragh regem Ægypti in manu malevolentium eius, & in manu quærentium animæ eius: secundum quod dedi Tzidkijahu regem Iehudah in manu Nabuchadretzaris regis Babelis malevolentis eius, & quærentis animæ eius.

^f vs v. 2.
^g vs v. 6.
^h vs v. 8.
ⁱ secundum diem hanc,
^l vs v. 23.

^k fuerunt

^l facient

^m facient

ⁿ vs v. 11.

^o datus.

ad terram


^p vs v. 8.

^q aut

^r vide Genes. 22. 16.

^s vs v. 7.

^t vs v. 11.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VERBUM, QUOD FACTUM EST PER IEREMIAM, AD OMNES IUDÆOS.] Alij: 1. Verbum, quod fuit ad Ieremiam de omnibus Iudæis. 2. Verbum, quod fuit ad Ieremiam contra omnes Iudæos, &c. Huius capituli omnino sunt quatuor partes. Inscriptio, vers. 1. prophetia adversus Iudæos usque ad vers. 15. Iudæorum responsum pertinax, usque ad vers. 20. & prophetiæ amplificatio ac confirmatio ad finem usque.

IN MAGDALO.] Hebr. *Migdol*. oppidi, inquit, nomen in nōmo Heroopolitano, cuius mentio est Exod. 14. 2. vide in 2. Reg. 23. 29.

ET IN TAPHNIS.] Hebr. & in *Thachphanches*. de qua vide supra cap. 43. vers. 7. Quidam reddunt: & in *Daphnis*.

ET IN MEMPHIS.] Hebr. נופ נופ de qua vide Isaiæ 19. vers. 13.

PHATVRES.] Hebr. פתרוס *Phethros*. Thargum Ierosolymitanum Genes. 10. vers. 14. *Pelusium* interpretatur, quod sanè huic loco mirificè congruit. sic infra vers. 15. *Pelusium* accuratè describit Strabo Lib. 17. pag. 802. & 803. determinat Ægyptum ab Arabia à qua extimum Nili ostium versus Arabiam dicitur *Pelusiacum*: *clavis Ægypti*, & *ingressus & exitus*, inquit, *Suidas*. Vibs Notissima & omnibus historicis ac geographis celebrata.

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Sic ait Iehoua exercituum, &c.* Huius, inquit, prophetiæ tria sunt membra: primum est, thesis siue propositio generalis iudiciorum Dei aduersum impietatem Iudæorum, ab antecedentibus exemplis, usque ad vers. 7. Secundum est, libera in Iudæos contestatio coram à propheta facta, præsentis impietatis nomine, versibus quatuor: vltimum est, sententiæ denuntiatio, nisi resipuerint, aliis quatuor versibus.

VERS. 4.

MISI AD VOS.] id est, gentem vestram.

DE NOCTE CONSVRGENS, MITTENSQUE.] Hebr. *manicando*, seu *diluculando*, & *mittendo*. Alij: *inde à diluculo indefinenter*. vide de hac loquutione supra cap. 35. vers. 14. & 15.

NOLITE FACERE VERBUM ABOMINATIONIS HVIUSCEMODI.] Alij: *rem abominationis istius*. seu *abominandam istam*. vel *abominabilem*.

SECUNDVM DIEM HANC.] Alij: *ut hodie videre licet*. 2. *ut sunt hodierno die*.

VERS. 7.

ET NVNC HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Nunc autem sic ait Iehoua, &c.* Secundum membrum Syllogismi prophetici, vt diximus in vers. 2.

VT INTEREAT EX VOBIS VIR ET MULIER, &c.] Alij: *ut excindatis vobis virum & foeminam, &c.* id est, impietate vestra *Maluenda*, In lib. *Jeremia*.

sceleribusque excidij causam vobis comparetis ipsi. sic versu sequente.

ET DISPEREATIS.] Alij: *ut excindatis vos ipsos*. 2. *ut excindatis vobis reliquias*. vt versu præcedente.

VERS. 8.

NUMQVOD OBLITI ESTIS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. euidentius reddunt: 1. *Num obliti estis scelerum patrum vestrorum, & scelerum regum Iudæ, & vxorum eorundem, scelerum vestrorum ac scelerum vxorum vestrarum, qua designastis in terra Iudæ, atque in plateis Ierusalaim?* 2. *An obliti estis mala maiorum vestrorum, & mala regum Iehudæ, & mala vxorū ipsius, seu cuiusque illorum, malaque vestra, & mala vxorum vestrarum, qua fecerunt in terra Iehudæ, & in plateis Ierusalaimorum?*

VERS. 9.

NON SVNT MVDATI VSQVE AD DIEM HANC.] Alij: *Non attriti fuerant usque ad diem hunc*. id est, (vt vulgo loquuntur) non fuerunt humiliati calamitatibus, nec ad sanam mentem redierunt.

VERS. 10.

IDEO HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua, &c.* Tertium membrum prophetæ, conclusio syllogistica pœnam immorigeris denuntians.

VERS. 11.

ET REVERTANTVR IN TERRAM IUDÆ, AD QVAM IPSI ELEVANT ANIMAS SVAS VT REVERTANTVR ET HABITENT IBI.] Alij: *ut redire possint in terram Iehudæ, qui sunt eleuantes animam suam ut reuertantur & ibi habitent*, id est, qui eriguntur in spem repetendæ aliquando terræ Iehudæ. vel quod iam ipse animo conceperant, redire scilicet & ibi habitare. 2. *præter eos, qui attollunt animam suam, ut reuertantur in terram Iehudæ, reuertantur, inquam, ad habitandum illic*. vide Deuteronom. 24. vers. 15. Est autem in his verbis *emphose* siue implicatio, quam perspicuitatis causa mutauimus, ex comparatione vers. 28.

VERS. 14.

NON REVERTENTVR NISI QVI EVGERINT.] Alij ex Hebr. *nam non sunt reuersuri nisi qui euaserint*. id est, qui affecti studio reuifendi terram suam ab istis hominibus, qui obnitentes Deo venerunt in Ægyptum, sese explicauerint maturè.

RESPONDERVNT AVTEM IEREMIAE OMNES VIRI, &c.] Transitio ad pertinax Iudæorum responsum, exemplum, quod propheta adduxerat, suo ipsorum exemplo & antecedente experientia deludentium.

VERS. 15.

SERMONEM QVEM LOQVVTVS ES, &c.] Alij: *Verbum seu res, quam loquutus es nobis nomine Iehouæ, non parebimus illi, tibi*. id est, in tuam gratiam. 2. *In verbo, quod indixisti nobis nomine Iehouæ; minime sumus auscultaturi tibi*.

VERS. 16.

SED FACIENTES FACIEMVS.] Hebr. *sed faciendo faciemus*. id est, omnind, certissimè faciemus. seu facturi sumus.

VERS. 17.

OMNE VERBUM, QUOD EGREDIETVR.]

NNnn TVR.]

TVR.] Hebr. *egressum est, de ore nostro.* Alij: *quodcumque verbum prodierit ex ore nostro.* id est, quidquid voverimus, vt exponit propheta infra vers. 25. Sunt enim hîc duo defensionis loci: vnus est, à religione: iam enim (inquiunt) religiosa hæc officia voverimus, si incolumes in Ægyptum perduceremur, hoc versu: alter est, ab auctoritate hominum, nam principes nostri (inquiunt) hanc religionem demandarunt nobis, vers. 19.

VT SACRIFICEMVS REGINÆ CÆLI.] Alij ex Hebr. 1. *vt suffitum incendamus machina cali.* 2. *adolendo operi calorum.* seu *rebus caelestibus.* reginam cali, alij solem, alij lunam accipiunt: vide supra cap. 7. vers. 18. sic infra vers. 18. 19. 25.

ET BENE NOBIS ERAT.] Hebr. *& eramus boni.* hoc est, hilares ac læti, iucundeque agebamus.

MALVMQVE NON VIDIMVS.] Alij: *ac malum non experiebamur.*

NVMQVID SINE VIRIS NOSTRIS FACIMVS EI PLACENTAS.] Alij ex Hebr. 1. *num absque maritis nostris fecimus ei placetas?* id est, ignorantibus maritis nostris, vt sint verba femininarum, de quibus supra v. 15. Sed repugnat participium masculinum, *suffientes*, initio versus. 2. *an absque præstantibus viris nostris facimus illi operi calorum,* vel *illis rebus caelestibus, popana?* vide de hac voce supra cap. 7. v. 18.

AD COLENDVM EVM.] להעצה *leha-gbatzibah*, variè exponunt, 1. Sanctes, Vatablus ex Kimchi: *ad latificandum eam.* vel *ad exhilarandum eam.* aut *vt gratum illi faceremus.* Per modum cognominationis, (inquit Kimchi) id est, testè lætitiã intelligit, quæ maestitia potius, cruciatus & dolor dicenda sit. 2. Forsterus: *ad exacerbandum, dolores faciendum, contristandam eam.* id est, vt faciamus eam condolere, & ad commouendum eam ad misericordiam, vt condoleret ipsa nobis. Hoc sequitur etiam Schindlerus. 3. Marinus: *ad contristare-faciendum.* [Alij quibus per antiphrasin est latari-facere; aliis ex גזע *ghezzeb*, quasi idolum constituere. Mibi cultus illius idoli, ritus est proprius, quo non placando, sed irritando colebatur.] hoc est, conuiciando. 4. Auenarius: *ad anxie-faciendum ei.* id est, ad colendum eam anxio, & curioso animo. Plerique tamen verbum ex significatione גזע *ghezzeb*, id est, idoli, accipiunt: 5. Leo Iudas: *ad effingendum eam.* placentulis enim illis reginæ cæli effigiem affingebant: vide supra cap. 7. vers. 18. 6. Mercerus: *ad elaborandum eam & componendam seu conformandam in idolum.* 7. Buxtorfius: *idololatriam exhibendo ei.* vel *idola effingendo, idolorum formam offerendo ei.* iuxta Rabbi Salomonem, significatione à nomine quod idolum significat, deducta. 8. Tremellius & Iunius: *terrificorum cultum exhibendo eis.* id est, tribuendo corporibus illis caelestibus cultum, quem imperiti idololatæ ex gentibus tribuunt suis somniis, & diis exco-gitatis, qui non sunt in natura rerum: vide supra cap. 10. vers. 2.

NVMQVID NON SACRIFICIUM, &c.]

Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: *An non illius suffitum, quem adoleuistis in ciuitatibus Iehuda, & in plateis Ierusalainorum, vos & maiores vestri, reges vestri, principesque vestri, & populus terræ, illorum suffitum recordari est Iehona, & hoc venit in eius animum?* Confutatio præcedentis defensionis: dissimulauit quidem aliquantisper Deus tempus ignorantis & impietatis vestræ, sed cum non resipisceretis; neque ille amplius ferre potuit, neque vos impunè abire. Quamobrem tolerantiam & misericordiam Dei, quæ vos ad pœnitentiam inuitabat, inique ad probationem scelerum vestrorum pertrahitis, tribus versibus: post hanc autem confutationem propheta sententiam Dei, iudiciumque repetit, vsque ad vers. 29. ac postremo confirmat signo, duobus vltimis.

DIXIT AVTEM IEREMIAS AD OMNEM POPVLVM, &c.] Repetitio sententiæ, vt modo dicebamus. VERS. 24.

VOS ET VXORES VESTRÆ LOQVUTI ESTIS ORE VESTRO ET MANIBVS VESTRIS IMPLESTIS.] Alij ex Heb. 1. *Vos & uxores vestra loquuti estis ore vestro, quod & manibus vestris perfecistis.* Verbum *loquuti estis* Heb. est fœmineum, & de industria eo genere abusum prophetam voluit, vt indicaret peccatum vxorum imputari maritis, quod ij auctores peccandi illis fuerint, aut eas non reprefferint. 2. *ô vos cum fœminis vestris, & loquuntur ista ore vestro, & manibus vestris impletis, dicendo, &c.* Reprehensio ludæorum ostendens sententiæ, quæ statim infertur, argumentum: Quandoquidem (inquit) in vobis manus manum fricat, & eodem animo in eandem pertinaciam verborum, factorumque conspiratis, viri & mulieres, & mutuas inter vos operas præstatis alacerrimè, idcirco audite verbum Iehouæ &c. Sequenti versu: *& loquuntur ista ore vestro &c.* id est, vos muliebres perturbationes interpretamini coram Deo & me, earumque comprobatores estis eorum omnibus hominibus, quum illarum votanisi à nobis confirmarentur, futura essent irrita ex lege Numeror. 30. quamobrem propheta concios illos numerauerat supra vers. 15. ותדברנה *vattedabbernah*, est vel secunda persona fœminea futuri Pihel, cum *van* conuersiuo: *& loquuta-estis*, vel, *& loquuta-fuerunt.*

FACIAMVS VOTA NOSTRA.] Heb. *Faciendo faciemus vota nostra.* Alij: 1. *Incunctanter faciemus vota nostra.* 2. *Omnino perfectura-sumus.* Verbum Heb. potest esse fœmineum & masculinum.

IMPLESTIS VOTA VESTRA, ET OPERE PERPETRASTIS EA.] Alij ex Heb. 10. *confirmando confirmastis vota vestra, & omnino fecistis vota vestra.* id est, rata facitis vota vestra & executioni mandatis. Vtrumque Futurum est fœmineum secundæ, vel tertiæ personæ, vt paulò ante verbum loquendi. 2. *audacter erexistis vota vestra, incunctanter perfecistis vota vestra.* 3. *omnino præstant illa vota vestra, & omnino perficiunt illa vota vestra.* id est, iam non sunt amplius mulierum vota duntaxat, sed vestra ipsorum fiunt, & vos planè

planè rei illorum estis ratihabitione & diffimulacione vestra.

VERS. 26. ECCE EGO IVRAVI IN NOMINE MEO MAGNO.] Alij: *Ecce ego iuro per nomen meum maximum.*

QUIA NEQUA QVAM ULTRA VOCABITVR NOMEN MEVM, &c.] Alij: 1. *si erit ultra nomen meum invocatum &c.* 2. *pereat, si fuerit amplius nomen meum predicatum ore vllius viri Iehuda &c.* Apophopesis in iuramentis frequens, quasi dicat, malle memoriam nominis mei planè intercidere, quam sordido istorum ore prædicari, hoc versu: ac proinde eos perditurus sum, qui in maleficio perstiterint, duobus sequentibus. De particula Si in iuramentis, vide Genes. 14, v. 23.

VERS. 27. ECCE EGO VIGILABO SVPER EOS IN MALVM &c.] Alij: *Ecce ego amygdalaturus sum.* id est, cito incubiturus sum, vt cito amygdalus floret, eis in malum. vide supra cap. I. vers. 12.

VERS. 28. ET QVI FVGERINT GLADIVM, REVERTENTVR DE TERRA ÆGYPTI IN TERRAM IVDA &c.] Alij: *Qui itaque euasuri sunt è gladio, reuertantur è terra Ægypti in terram Iehuda &c.* Conclusio sententiæ, pios vtunque paruo sint numero, in officio confirmat: vt attigerat supra vers. 14.

VIRI PAUCI.] Heb. *mortales*; vel, *homines numeri*. vt Genes. 34. v. 30. id est, vtunque pauci sint numero, ne dubitent in iter se dare, & reuerti Deo auctore, & duce.

ET SCIENT OMNES RELIQVÆ IVDA &c.] Quidam ex Heb. reddunt: *nam experientur omnes reliquiæ Iehudaorum, qui venerunt in terram Ægypti, vt commorentur ibi, vtrius verbum præstabitur, meum aut ipsorum.* 2. & *scient omnes reliquiæ Iehuda, qua abierunt in terram Ægypti, ad exulandum illic, cuiusnam sermo firmus surgat, meus an illorum.* id est, an verus sit sermo meus, quo prædico illis calamitatem: an illorum, qui sibi incolumitatem in impietate promittunt.

VERS. 29. ET HOC VOBIS SIGNVM &c.] Aliqui hunc versum ex Heb. explanant: *Hoc autem esto vobis signum, dictum Iehoua, me animaduersurum esse in vos in loco hoc, vt sciatis stando statura verba mea, vel omnino præstitum iri verba mea, contra vos in malum.* Confirmatio sententiæ præituro signo. Alij: *vt sciatis indubiè, rata vt sint futura verba mea in vos, ad affligendum.*

VERS. 30. ECCE EGO TRADAM PHARAONEM EPHREE &c.] Hoc est signum. Heb. *Ecce ego dans Pharonem Chophrab, &c.* vel *Parhonem Chopraham &c.* Hebræi & plerique nostrorum nugantur in Nomine *Chophragh*. Tremellius & Iunius: (*Chaphobum, qui Eusebio*

Vaphres, & Apries Herodoto lib. 2. dicitur.) Et hoc est planè verissimum: verba Eusebij in Chronico Numero Mccccxxvi. sunt: (*Capitula Ierosolyma ab Assyriis [Chaldæis, aut Babylonis melius dixisset] ad Vaphrem regem Ægypti Iudæorum reliquiæ transfugerunt. Huius Vaphris Jeremias quoque propheta certo loco meminit.*) Iosephus Scaliger ad hunc Eusebij locum hæc annotat: [*Cap. xliiv. in fine ubi vocatur Ὀφρη, quod pronuntiandum est Hapraa, quum Herodoto vocetur Apries, seu Hapries. Sed Masorita, qui peregrina historia fuerunt imperitissimi Chophrag, Græcis aliis Oaphres, vt Clementi, vel Caphres. Quem finem nactus sit hic rex, habes plene apud Herodotum, quod iam ab Jeremia prædictum fuerat eodem loco. Hoc contigit anno periodi Iuliana 4145. annis XXI. post casum Sedekie. Lege Herodotum, qui hanc historiam bona fide, & conuenienter verbis Jeremiæ describit: in quo videbis mirabilem consensum Herodoti cum verbo diuino, tam in actu rerum, quam in ratione temporum. Pessimè de historia, de veritate; de Christianismo meriti sunt, qui vetustissimos historie exoticæ auctores auersantur tanquam sacris Bibliis contrarios: cuius temerarij iudicij hunc fructum percipiunt, vt qui præcos auctores mendacij postulent, ipsi omnium mendacissimi, vanissimi, & imperitissimi deprehendantur.*] Hæc Scaliger: vide eundem Lib. 3. Isagogicorum Canonum, pag. 288. & 312. Hoc quoque sequantur Emmius, & alij ex Germania recentiores chronologi. Porro *Vaphris* appellatio pro *Chophrab* à LXX. est.

IN MANV INIMICORVM HVVS, ET IN MANV QVÆRENTIVM ANIMAM ILLIVS.] Tremellius & Iunius: *in manum inimicorum ipsius; & in manum quærentium animam ipsius.* id est, in manum Amasis, & Ægyptiorum, qui cum Amasi aduersus regem suum conspirauerunt: nam ab illo captiuus asseruatus, & ab his, tandem strangulatus est: vide Herodotum lib. 2. Scaliger lib. 3. Canonum, pag. 112. [*Exitium istius regis, quod illi ab Assyriis imminebat, prædictum ab Ezechiele xxxi. anno 4125. periodi Iuliana, annis xx, antequam accideret. Sed Herodotus ab Amasi captum & interfectum dicit. Jeremias xliiii. 30. conuenientissimè Herodoto dicit, in manus inimici sui Amasios traditum iri, eodem modo, quo Sedekias in potestatem inimici sui Nabuchodonosori venit.*] Sed rotam Apries historiam accuratè descriptam leges apud Herodotum lib. 2. à Numero 161. vsque ad 170. quæ mirè cum verbis Jeremiæ conuenit, quam nos, quod longior sit non inserimus.

CAPVT XLV.

Deus per Ieremiam arguit Baruch, quòd quereretur se dolorem habere, & non requiem cui tamen in ceterorum vastatione pollicetur securitatem.

Vulg.

Malu.

Verbum, quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neria, cum scripsisset verba hac in libro ex ore Ieremie, anno quarto Ioakim filij Iosia regis Iuda, dicens:

2 Hec dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch:

3 Dixisti: *Vae misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, & requiem non inueni.*

4 Hec dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos edificavi, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & uniuersam terram hanc.

5 Et tu quæris tibi grandia? voli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus, & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis, ad quecumque perrexeris.

Verbum, quod loquutus fuit Iirmejahu propheta ad Baruchum filium Nerijah in scribere eum verba ista super librum de ore Iirmejahu, in anno quarto Iehojakimi filio Iosijahu regi Iehudah, ad dicere:


2 Sic dixit IHVH ELOHIM Israëlis, super te, Baruch.

3 Dixisti, Hoi, ^a euge, mihi; quia addidit IHVH ^b mærorem super ^c dolorem meum: laboravi in ^d gemitu meo, & ^e residentiam non inueni.

4 Sic dices ad eum, Sic dixit IHVH: Ecce quos ædificavi, ego ^f dituens; & quos plantaui, ego ^g euellens: & omnem terram ipsam.

5 Et tu quæres tibi grandia: non quæres: quia ecce ego venire-faciens malum super omnem carnem, ^h Fidelis-sermo IHVH; & dabo tibi animam tuam ⁱ spolio super omnia loca, quibus ambulabis ibi.

^a nunc, iam
^b dolorem,
angorem
^c cruciatum
^d suspirio
^e vide in
Isai. 11. 10.
seuertens,
perumpens
^g eradicans,
excirpans
^h vide Ge-
nes. 22. 16.
ⁱ datus. iii
spolium,
pro spolio



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VERBUM, QUOD LOQVVTVS EST, &c.] Hæc prophetia, inquit, (cuius inscriptio continetur vers. 1.) paraclitica est, siue consolatoria, propterea quod Baruch prophetias Iirmeiæ exscribens afficiebatur horrore iudiciorum Dei, & de se ipso erat plus æquo sollicitus infirma quadam diffidentia: confer hoc caput cum cap. 36. supra.

VERS. 3.

DIXISTI, VAE MISERO MIHI, &c.] Alij: Dixisti, Proh dolor mihi. 2. Dixisti, Eheu iam mihi, &c. In hac consolatione exponuntur lætus Baruchi perterriti iudiciorum grauitate, hoc versu: stabilitas Dei in exequendis suis iudiciis contra populum suum, quamuis summè sit misericors, versu sequente: & Baruchi consolatio à promissione, versu vltimo.

QVIA ADDIDIT DOMINVS DOLOREM DOLORI MEO.] Alij: quia adiicit Iehoua

mærorem dolori meo. percepto ex Ioschijæ morte, Ioachazi captiuitate, regni oppressione, & omnium deprauatione:

ECCE, QUOS ÆDIFICAVI, EGO DESTRVO, &c.] Quidam: Ecce, quod edificaueram ego destruo, & quod plantaueam, ego euello, denique totam hanc terram. Argumentum à comparatione maioris: hæc omnia (inquit Deus) ego feceram, fundaueram, colueram, ornaueram, & si quid est eiusmodi in tota terra hac: ac proinde non possum non affici misericordia erga rempublicam, teque ipsum propter me: sed cum tanta sit communis improbitas, vt inuitus cogar omnia pessundare; ne putes vnquam te aut maiore esse misericordia erga res omnes, quam ego sum, aut maiore cum studio tibi ipsi prospicere, quam ego facturus sum: sed ex hoc communi incendio satis esto, quòd liberabo te.

VERS. 4.

ET TV QUÆRIS TIBI GRANDIA?] Quidam: Et tu quæres tibi res magnas? id est magni-

magnificè tibi prospectum velles, & in communibus procellis & tempestatibus tanquam è portu naufragium publicum prospectare?

NOLI QUÆRERE.] Alij: ne querito. id est, fatis esto, quòd te de mediis procellis erepturus sum, & vitam conseruaturus tibi; vt Deus Hebedmélecho promiserat supra cap. 39. 16. & sequentibus. Plerique aliam huius versus ex-

planationem afferunt: Sed nos hanc vt aptiorem selegimus.


ET DABO TIBI ANIMAM TVAM IN SALVTEM, &c.] Alij: 1. tibi autem dedi animam tuam loco prede, ad quacunque locum peruenieris. 2. sed dabo tibi animam tuam pro spolio in omnibus locis, quòd abiturus es. vide de hac loquutione supra cap. 39. 18.

CAPVT XLVI.

Dominus per Ieremiam Pharaonis & Ægypti prænuntiat desolationem, quam inducet Nabuchodonosor; Iudeis autem & filiis Israel consolationem tandem ac liberationem: vniuersis vero Gentibus ad quas Deus illos eiecerat, vastationem.

Vulg.

Malu.

 **I** Vod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes, 2. ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis Necho regis Ægypti, qui erat iuxta fluium Euphratem in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim filij Iosia regis Iuda.

3. *Preparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum.*

4. *Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricas.*


5. *Quid igitur? Vidi ipsos pauidos, & terga vertentes, fortes eorum caesos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror undique ait Dominus.*

6. *Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: Ad Aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt, & ruerunt.*

7. *Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluiorum intumescunt gurgites eius?*

8. *Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Ascendens operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores eius.*

9. *Ascendite equos, & exultate in curribus: & procedant fortes, Æthiopia, & Lybies tenentes scutum, & Lynij arripientes, & iacentes sagittas.*

 **I** Vod fuit verbum IHVH ad Iirmejahu prophetam super gentes.

2. *Ægypto, super strenuitatem Pharghonis Necho regis Ægypti, quæ fuit super flumen Pherathis in Charchemis: quam percussit Nebuchadretzar rex Babelis in anno quartæ Iehojakimo filio Iosijahu regi Iehudah.*

3. *Ordinate circummunimentum, & scutum; & accedite cæssioni.*

4. *Ligate equos, & ascendite equites, & stare-facite-vosipos in galeis; abstergite rhomphæas, & vestite thoras.*

5. *Quid cognitionis vidi eos consternatos, retroactos post; & præualidi eorum contundi-fient; & fugam fugerunt, & non faciauerunt: pauor de circuitu, Fidelis-sermo IHVH.*

6. *Non fugiet leuis, & non saluueuadet præualidus: in Septentrionem super manum fluminis Pherathis impegerunt, & cadent.*

7. *Quis iste sicut riuus ascendet; Sicut flumina commouere-se-facient aquæ eius.*

8. *Ægyptus sicut riuus ascendet, & sicut flumina commouere-se-facient aquæ: & dixit, Ascendam, cooperiam terram, auferam urbem & habitantes in ea.*

9. *Ascendite equi, & extollere-facite-vosipos cursus; & exiuerunt præualidi: Chus, & Phut capientes circummunimentis; & Ladim capientes, viantes arcus.*

*a Ad Ægyptum, de Ægypto
b virtutem, exercitum, copias
c Euphratis sic v. 6 & 10.
d Dispositæ, instruite
e clypeum, scutum
f clypeum, palmâ, peltam. vide I. Samuel 17. 7.
g ad bellum, prælium, pugnam
h loricas. vide I. Samuel 17. 5.
i causâ
k potentes, heroes, gigantes
l faciem- venterunt, aspexerunt
m vide in Genes. 22. 16. sic v. 18. 23. & 26.
n potes, heroes, gigas. sic v. 12.*

*o tollam, disperdam
p singulari
q curatura
r vt v. 3.
s tendentes, calcantes*

10 Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten.

11 Ascende in Galaad, & tolle resinam, virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina sanitas non erit tibi.

12 Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in sortem, & ambo pariter conciderunt.

13 Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam super eo quod venturus est Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terram Ægypti.

14 Annuntiate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & prepara: quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt.

15 Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum.

16 Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent: Surge, & reuersamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ.

17 Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus.

18 Vivo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.

19 Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit.

20 Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei.

21 Mercenarij quoque eius, qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt: & fugerunt simul, nec state potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.

22 Vox eius quasi aris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cadentes ligna.

23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicauit

10 Et dies ipsa Adonai Ivh Tzebaoth dies vindictæ ad vindicare de coangustantibus suis; & comedet gladius & saturabitur, & irrigabitur de sanguine eorum, quia Sacrificium Adonai Ivh Tzebaoth in terra Septentrionis ad flumen Pherathis.

11 Ascende Ghilghadem, & accipe resinam virgo filia Ægypti: præcipitantiæ multiplicauisti sanationes, & ascensio non tibi.

12 Audiuerunt gentes leuipensionem tuam, & vociferatio tua impleuit terram: quia præualidus in præualido impegerunt: vni, acciderunt: duo ij,

13 Verbum, quod loquutus fuit Ivh ad Iimejahu prophetam: ad venire Nebuchadretzarem regem Babelis ad percutere terram Ægypti.

14 Annuntiate in Ægypto, & audire-facite in Mighdolo; & audire-facite in Noph, & in Tachphanthes: dicite, Stare-te ipsam fac, & appara tibi; quia comedit gladius circuitus tuos.

15 Quid cognitionis detractus fuit robustissimi tui: non stetit, quia Ivh impulit eum.

16 Multiplicauit impingentem: etiam cecidit vir ad sodalem suum, & dixerunt, Surge, & reuersi-fuimus ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, de faciebus gladij columbæ: Vocauerunt ibi: Pharghoh rex Ægypti obruitio; transire-fecit stationem.

18 Viuens ego, Fidelis-sermo regis; Ivh Tzebaoth nomen eius: quia sicut Thabor in montibus, & sicut Carmel in mari veniet.

19 Vasa deuolutionis fac tibi, habitans filia Ægypti: quia Noph afflictioni erit; & conflagrabit de non habitante.

20 Vitula pulcherrima Ægyptus: repentinum-excidium à Septentrione veniens veniens.

21 Etiam mercedem conducti eius, in intimo eius sicut vituli saginarij; quia etiam ij faciauerunt, fugerunt vni te non steterunt, quia dies improuisæ-calamitatis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.

22 Vox eius sicut serpentis ambulabit: quia in strenuitate ambulabunt, & in securibus venerunt ei, sicut succidentes lignorum.

23 Exsciderunt siluam eius, Fidelis-sermo Ivh, quia non perscrutabitur:

t datui vt
mox
u coactato-
ribus, hosti-
bus
x victima,
cædes, mac-
tatio

y temeritati,
frustra
z obductio-
cicatricis.
vel emplastrum
a vilipensionem, leuitatem, vilitatem, ignominiam
b vnâ, pariter, simul
c ambo ipsi

d causæ
e quisque
robustissimorum tuorum
f depulit, derubauit
g vt quam primum reuertamur

h afflatu, afflictæ stupendæ desolationi

i saginationis. vi de 1. Samuel. 28.
24.
k facies obuerterunt
l vs v. 12.
m infortunatissimi, exitii
de Iob. 18.
12.

n serpens o robore, virtute, copiis, exercitu
p arborum q passim, inuestigabitur

ti sunt super locustas, & non est eius numerus.

24 Confusa est filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25 Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo super tumultum Alexandria, & super Pharaonem, & super Ægyptum, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super eos qui confident in eo.

26 Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

27 Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paucas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tue: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & non erit qui exterreat eum.

28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes, ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

tur: quia multiplicati fuerunt de locusta, & non eis numerus.

24 ^r Pudescit filia Ægypti: data fuit in manu populi Septentrionis.

25 Dixit IHVH, TZEBAOTH, ELOHIM Israëlis, Ecce ego visitans ad fidelem de No, & super Phargonem, & super Ægyptum, & super deos eius, & super ^r reges eius, & super Phargonem, & super confidentes in eo.

26 Et dabo eos in manu quærentium animæ eorum; & in manu Nebuchadretzaris regis Babelis, & in manu seruorum eius: & post sic ^u scenitabit ^x secundum dies ante, Fidelis sermo IHVH.

27 Et tu non timebis, serue meus Iaghakob, & non consternaberis, Israël, quia ecce ego saluus tuus de longinquo; & semen tuum de terra captiue abductionis eorum: & reuerteris Iaghakob, & ^y tranquillabitur, & ^z pacabitur, & non perterrefaciens.

28 Tu non timebis, serue meus Iaghakob, Fidelis sermo IHVH; quia ad te ego: quia faciam consummationem in omnibus gentibus, quibus impulsi te inibi, & ad te non faciam consummationem, & disciplinabo te ^a iudicio, & vacuare non vacuabo te.

^r præ locustis
^s Pudenda commisit, facta est, erubuit

^r regulos

^u tabernaculabit, cohabitabit
^x sicut diebus antiquitatis

^y quiescet, sedabitur
^z tranquillus, securus erit

^a datius ad iudicium



COMMENTARIA.

VERS. 1.



QVOD FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM, &c.] Alij: Verbum Iehouæ, quod fuit ad Iirmeiam Prophetam contra gentes ipsas. Hic versus, inquit, generalem inscriptionem continet huius capituli, & sequentium quinque, quibus Deus sigillatim gentibus Iudæam circumstantibus iudicia sua prænuñtiat. Totum verò hoc Caput reliquum contra Ægyptios duas prophetias explicat: vnã contra copias Parhonis Neconis, in Babyloniam irrupentes, vsque ad vers. 13. alteram, in totam Ægyptum ipsam, inde ad vers. 27. ac postremo populum Dei consolatur, duobus versibus vltimis.

AD ÆGYPTVM.] Alij: De Ægyptiis. Hæc huius capituli inscriptio est, quod duas clades Ægyptiis prænuñtiat, vt modo diximus.

ADVERSVS EXERCITVM, &c.] Alij: contra copias, &c. Inscripção prioris prophetiæ de priore clade, cuius circumstantiæ hoc versu accuratè obseruantur.

PHARAONIS NECHAO REGIS ÆGYPTI.] Alij: Parhonis Nechonis regis Ægypti, vide in 2. Reg. 23. v. 29. Qui hunc Nechonem

eundem faciunt cum Chophrab, de quo supra Cap. 30. 40. nec Herodotum legerunt, nec rationes chronologicas consuluerunt: & vt rotunde dicam, est perspicuum delirium.

QVI ERAT IUXTA FLVVIVM EUPHATEM IN CHARGAMIS.] Alij: quæ copiarum fuerunt iuxta flumen Euphratis ad Carcemischo. Hæc per anticipationem dicta sunt: hæc enim antè prophetauit Iirmeia quam Ægyptiis acciderent. De Charchamis, vel Carcemischo vide in 2. Paralipom, 35. v. 20.

QVEM PERCVSSIT NABUCHODONOSOR REX BABYLONIS, IN QVARTO ANNO IOACIM FILII IOSIÆ REGIS IYDA.] Alij: quas percussit Nebuchadretzar rex Babylonia, anno quarto Iehoiakimi filij Iosephie regis Iehuda. Qui annus quartus Iehoiakimi primus est Nebuchadretzaris magnis, supra Cap. 25. v. 1. nam sex ista Capita sunt illius exegetica. Hoc autem anno, quo primum regnare cepit Nebuchadretzar, hæc prophetiæ rerum ab illo gerendarum Iirmeiæ demonstratæ sunt. Illud hinc magnopere obseruandum, vel hanc Nechonis in Charchemisum expeditionem durasse integrum quadriennium: vel alteram fuisse ab illa, quæ describitur 2. Paralipom. 35. v. 20. vt satis indicare videtur Iosephus.

VERS. 2.

10. Antiquit. Cap. 6. & 7. nam illa suscepra est viuente adhuc Iosia, quum nondum Nebuchadnetzar rerum potiretur: hinc autem ait Iirmeia cæsas copias Nechonis ad Charchemisum, quarto anno Iehoiakimi, & primo Nebuchadnetzaris: quod est quadriennij interuallum. Nec propterea, quod hinc copiarum Nechonis cæsas dicuntur, vel ipse Necho percussus, existimare debemus ipsum Nechonem in illa clade interfectum fuisse; sed falsum, fugatumque, vide Scaligerum Lib. 3. Canonum, pag. 112. quod & Iosephus hauã obscure significat.

VERS. 3.

PRÆPARATE SCVTVM, &c.] Alij: *Instruite vos clypeo & scuto, & appropinquate ad prelium.* Huius, inquit, prophetiæ (quæ tota fere per hypotyposin ironiam describitur) occasio fuit, quod Ægyptius Necho, ex victo & interfecto Ioschia, comparata Iudæa & Syria, superatoque Nabopollasaro patre Nebuchadnetzaris, plus æquo insolesceret: itaque hinc proponuntur duo aduersus Nechonem inflatum victoriis suis: vnum est quod reuocatur ad arma capienda ineunte regnum Nebuchadnetzare filio, hoc & sequente versu; alterum quod clades ipsius prædicatur, vers. 5. & 6. quæ duæ partes reliquis versibus, vsque ad 13. exornantur. Quidam hunc versum reddunt: *Adornate clypeum, & lanceam, seu peltam, & procedite ad conflegendum, id est, instruite acies clypeatorum & peltatorum, &c.*

VERS. 4.

IVNGITE EQVOS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. *Iungite equos, subaudi, curribus falcais: & conscendite, ô equites, ac sistite vos cum galeis, tergite spicula, induite loricas.*

VERS. 5.

QVID IGITVR VIDI IPSOS PAVIDOS ET TERGA VERTENTES.] Alij ex Heb. 1. *Cur vidi eos fractos, corpore & animo, & retrocedentes, seu retrogradientes? 2. Cur vero vidi ipsos contritos, & retroactos? 3. Cur video istos consternatos, actos retrorsum? Hypotyposis cladis (vt modo diximus) per interrogationem; cuius hypophora est sub finem versus; nimirum in causa esse pauorem illum, cuius mandatum, Dei verbis enuntiatur, sequente versu.*

FORTES EORVM CÆSOS, &c.] reliquam hanc versus partem alij ex Heb. transferunt 1. *& fortes eorum contriti sunt, & fuga fugerunt, nec respexerunt: terror à circumtu, dictum Iehoua. 2. Heroes eorum conquassari? Sic fuga refugium querere, vt nemo respiciat, seu conuertat subaudi, faciem suam aduersus persequentes: paor vndique, dictumque Iehoua 3. & potentes eorum confusos, atque ita fuga fugientes vt non obuertant faciem? videlicet ad resistendum hosti: formido est circumquaque, dictum Iehoua.*

VERS. 6.

NON FUGIAT VELOX, &c.] Alij hunc verbum ex Heb. 1. *Non effugiet leuis, & non euadet fortis: ad aquilonem ad ripam Euphratis fluminis ceciderunt & corruerunt. 2. Ne fugiat leuis, neque tentet se eripere fortis: quasi dicat, ne speret fuga seruare se posse miles leuis armaturæ, aut celeritate pedum valens: neque arbitretur strenuus euadere se posse sua fortitudine pugnando aut resistendo: ad*

aquilonem iuxta ripam fluminis Pherathis impigerunt & ceciderunt. 3. *Ne fugiat, qui leuis est, neque eripiat se, qui potens est: versus aquilonem ad ripam fluminis Euphratis impingunt & cadunt. nempe copiarum Ægyptiorum ad Charchemisum. Sunt hæc verba Dei.*

VERS. 7.

QVIS EST ISTE, QVI QVASI FLVMEN ASCENDIT? &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. *Quis est iste, qui tanquam fluminis ascendit, & cuius vnda vt flumina fluctuant? vel agitant se, siue impetum faciunt, quasi dicat, Animosi & instructi veniunt Ægyptij, insolescunt & gloriantur de victoria nupera, thralonice iactant se omnia vastaturos, vt sequente versu se explicat. 2. Quis hic est, qui vt riuus ascendit, vt flumina, cuius commouentur aqua? Exornatio præcedentis cladis, primum ab insolentia suscipientis expeditionem Ægyptij cum auxiliaribus copiis, tribus versibus: deinde à magnitudine cladis immedicabilis & ignominiosissimæ, quam accepit ille, tribus alteris, vt riuus ascendit, id est, assurgit & exundat potentia summa, vt in Ægypto Nilus.*

VERS. 8.

ÆGYPTVS FLVMINIS INSTAR ASCENDIT.] Quidam: *Ægyptius Necho est qui vt riuus ascendit, &c.*

VERS. 9.

ASCENDITE EQVOS.] Alij: *Ascendite, ô equi. Sarcasmus.*

ET EXVLTATE IN CVRIBVS.] Alij: 1. *& insano quodam furore ferimini, ô currus. 2. & immoderate agatis, ô currus. 3. & facite vos insanire, ô currus. id est, discursare. 4. & insano impetu agitamini, ô currus. Vide de hoc verbo supra Cap. 25. v. 16. Quidam reddunt: & perstrepite curribus.*

ÆTHIOPIA.] Heb. *כוש cusch.* Vide in Genes. 2. 13. & 10. 6.

Libyes.] Heb. *פוט phut, Putai, vel Phutai.* de quibus Genes. 10. 6.

TENENTES SCVTVM.] Heb. *capientes, prehendentes, clypei.* Alij: *tractantes clypeum.* Sic statim.

LYDII.] Heb. *לודים ludim.* Seu *Ludæi.* de quibus Genes. 10. 10. 13.

VERS. 10.

VICTIMA ENIM DOMINI DEI EXERCITVVM IN TERRA AQUILONIS IUXTA FLVMEN EUPHRATEN.] Alij: *Nam maclatio, cades, Domino Iehoua exercituum erit in terra aquilonis ad flumen Euphratis. id est, strages futura est à Domino in agro Charchemisito ad aquilonem respectu Ægypti.*

VERS. 11.

ASCENDE IN GALAAD, ET TOLLE RESINAM, VIRGO FILIA ÆGYPTI.] Alij: *Ascende Gilhadem, & accipe opobalsamum, virgo filia Ægypti.* Sarcasmus alter: Vide supra Cap. 8. v. 22. Significat hoc versu grauissimam & immedicabilem futuram plagam Ægyptiorum ad Charchemisum: quasi dicat, ô Ægyptij, ite in Gilhadem & comparate vobis remedia ad sananda vulnera, quæ à Chaldæis estis lethalia accepturi, De voce *רזין* *rozin* quam resinam, vertimus, vide in Genes. 37. v. 25. & supra cap. 8. 22.

FRVSTRA MVLTIPPLICAS MEDICAMINA, SANITAS NON ERIT TIBI.] Alij: ex Heb. 1. *sed incassum multiplicabis medicamenta, nequis enim tibi vultus coalescere. 2. in*

varum multas adhibes curationes, emplastrum nullum prodest tibi. Vide supra 30. v. 13.

VERS. 12. AUDIERUNT GENTES IGNOMINIAM TVAM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant: *Audiunt gentes ignominiam tuam, & clamore tuo plena est terra: potentes unum in alterum impingere pariter cadere ambos.* id est, Aegyptios, qui se prius inuictos prædicabant, alios ab aliis elidi, deiici, & perdi fuga præcipite, qua sibi volunt consulere.

VERS. 13. VERBUM QUOD LOQVTVS EST DOMINVS AD IEREMIAM PROPHETAM.] Alij: *verbum, quod eloquutus est Iehoua Iirmeia propheta.* Inscriptio secundæ prophetiæ, de qua diximus supra vers. 1.

SVPER EO QUOD VENTVRS ESSET, &c.] Alij ex Heb. *de profectioe Nabuchodonosoris Babyloniorum regis ad affligendum Aegyptum.* 2. *venturo Nebuchadretzare rege Babylonia ad percussendum terram Aegypti.* vt prædixerat supra Cap. 43. v. 8. & sequentibus, & 44. vers. 30.

VERS. 14. ANNVTIATE AEGYPTO.] Alij: 1. *Nuntiate per Aegyptum.* 2. *Indicate in Aegypto, &c.* Huius prophetiæ partes in vniuersum duæ sunt: vna, pro positio interminationis de Aegypto occupanda per Babylonium, hoc versu: altera, propositio causæ, sequente versu: quæ duæ propositiones sequentibus explicantur.

ET AVDITVM FACITE IN MAGDALO, &c.] Alij: 1. *& predicare in Migdolo, Noph, & Thaphnes.* 2. *& promulgate Migdoli, promulgate etiam Nophi, & Daphnis.* id est, in singulis finibus Aegypti: nam Migdol erat ab oriente in termino Aegypti, Noph à meridie, Daphnæ à Septentrione: terminum occidentis prætermisum facit, quod illac non esset venturus Babylonius. De istis autem oppidis vide supra Cap. 44. v. 1.

DICITE, STA, &c.] Alij: 1. *Dicite, consistite, & accommodato te, vel appara te, ad excipiendum impetum Chaldaeorum: quia gladius deuorabit quæ circa te sunt. vel, iam enim gladius deuorauit circuitus tuos.* id est, vrbes regioni tuæ vicinas. 2. *Dicite, Consciste, compara te; sed consumpturus est ambitus tuos.* vel, se circumquaque.

VERS. 15. QVARE COMPVTRVIT FORTIS TVVS.] Alij ex Heb. 1. *Cur repulsus est vnusquisque fortium tuorum.* 2. *Cur euerritur quisque robustorum tuorum.* 3. *Quare propulsatus, prostratus est, quisque fortium tuorum?* 4. *Quare detractus est quisque robustorum tuorum?* 5. *Cur distractus est vnusquisque fortium tuorum?* id est, quasi inundatione & impetu tractus & abreptus, euerritus & scopatus è terra, vel quasi torrente aliquo abductus & raptatus. De notione verbi *שחב* *sachaph*, Vide Proverbior. 28. 3.

VERS. 16. MULTIPlicAVIT RVENTES.] Alij: *Facies vt impingant multi, &c.* Exornatio prioris, propositionis de clade Aegypti à Babylonia occupandæ, quam propheta (vt viso oblatam diuinitus) per præteritum tempus enuntiat propheticè, nos ad euidentiam futuro reddimus.

CEGIDIT QVE VIR AD PROXIMVM Maluenda, In lib. Jeremia.

SVVM.] Alij: *etiam concidet vir cum amico suo, vel, alter cum altero.*

ET DICENT, SVRGE, ET REVERTAMVR, &c.] Alij: *& dicent, surge vt reuertamur ad populum nostrum, & ad solum natale nostrum, metu gladij istius opprimentis, vel à conspectu grassantis gladij.* Notant, verba hæc esse copiarum auxiliatum, & stipendiario- rum militum, qui Aegypto conducti militabant, de quibus infra vers. 21.

A FACIE COLVMBÆ.] Vide supra cap. 25. vers. 38.

VOCATE NOMEN PHARAONIS REGIS AEGYPTI, TVMVLTVM ADDVXIT TEM- PVS.] Alij ex Heb. 1. *Sacætes: Vocauerunt ibi: Parboh regem Aegypti, tumultum; transire fecit tempus statutum.* id est, vocauerunt cum regem tumultuosum & inconsideratum, temerarium, qui tempus rei bene gerendæ prætermiserit. 2. *Vatablus: Clamabunt ibi,* id est, Publicè dicturi sunt in Aegypto Chaldaei, iridentes Parhonem: *Parboh rex Aegypti, & tumultus sine turba multa,* id est, Aegypti & tantarum copiarum, *transgressus est tempus conditum.* id est, fuit sibi labi tempus illud, quod condixerat regi Babyloniæ ad confligendum cum eo. 3. *Leo Iudæ: Clamauerunt illic, Pharaon rex Aegypti designator temporum, circummisit Deus vastitatem: per terram tuam, seu regnum tuum.* 4. *Tremellius & Iunius: Clamantes illic, Parboh rex Aegypti, rex strepitus est,* seu, streperus est, *prætermittit constitutum tempus.* id est, dat verba, res magnas pollicetur, bullis verborum strepit, promissis personat, sed iusto tempore nihil efficit. Sic auxiliares copiarum, & Aegypti abijciantes animum, curam defensionis deserturi figurantur. 5. *Forsterus: Clamauerunt ibi; Parboh rex Aegypti, interitus, seu sonitus.* id est, ô Parboh rex Aegypti, ruina, irruptio, præcipitium, seu sonitus, fragor, strepitus irruentis Babylonici exercitus tibi imminet. *Vel, Parboh rex ille Aegypti concidit, transulit castra.* Sic enim *שחב* *mogbed* hic pro castris, seu agminibus certo numero & ordine constitutis accipit. 6. *Cornelius Bonaventura Bertramus ex Rabbi Selomone: Conclamarunt ibi in ipso prælio, hoc est, per præconem aut fetialem promulgarunt; Pharah rex Aegypti strepitus.* Ita vt figuratè & per sarcasmum, scommate, & conuicio istiusmodi perstringatus rex Aegypti, *Parboh rex Aegypti strepitus:* quia videlicet attollebat vocem strepitus sui in tumultus & fragores, dum gloriaretur in copiis suis: *transire fecit tempus statutum.* Nam condixerat diem prælij fixum & statum, quo progressurus erat in prælium & pugnaturus: at verò in prælium non est progressus, atque ita elapsus est dies temporis constituti. 7. *Mercerus ex Kimchio: Clamauerunt illic, Pharaon rex Aegypti, & rex multitudinis magna, terminum temporis constitutum, seu tempus præscriptum præterit, seu transit, quod regi scilicet Babyloniæ constituerat ad dimicandum.* 8. *Interpres Hispanicus. Clamaron alli Pharaon Rey de Aegyptia Rey de rebuelta, o rebeltofo: hizo passar, seu dexo passar el tiempo señalado.* id est, perdidit la

occafion de vencer. 9. Ifidorus Clarius: *Clamauerunt ibi, Pharaoh rex Aegypti potens præterire permisit tempus.* Sed illud potens non capio, nam פֶּרַחֵן *schon*, nihil tale significat. 10. Nos vertimus: *Clamauerunt ibi.* id est, auxiliares copiarum & stipendiarii milites Pharaohi proclamauerunt, *Pharaoh rex Aegypti, obruetur, id est, ruet, obruetur, præcipitabitur, nteribit: transire-fecit stationem.* Scilicet militarem, castra amouit, transtulit, dissoluit stationes militares & præsidia. Vt supra in quinta explanatione, quasi dicat, *Nudauit præsidia & stationibus Aegyptum. Vel transire-fecit indictionem.* quasi dicat, obruetur, desertus à suis, quod grauius tributis & indictionibus populum opprefferit. Aut, Pharaoh omnia strepitu & fragore militari complebit, *transire-faciet signum, tesseram, Symbolum militare suis militibus dabit.* Vt apud Virgilium 7. Aeneidos:

— *It bello tesseræ signum.*

Vbi vide Seruium. Nam מַגְבֵּהָד *moghed* pro tesseræ militari sumitur interdum, vt ludic. 20. v. 3. vel denique, ruet Pharaoh, quia præterire - fuit tempus opportunum rei gerendæ.

VERS. 18.

VIVO EGO INQVIT REX, &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt. 1. *vino ego, dicit rex ille, cuius nomen est Iehoua exercituum, quod quemadmodum Thabor inter montes, & quemadmodum Charmelus in mare excurrit, sic veniet,* subaudi, hæc calamitas Aegyptiis, vt inquit, verum est Thabor montem altissimum situm esse in regione montana, & Carmelum montem excurrere in mare, sic verè hæc, quæ prænuntio, Aegyptiis euenient. 2. Kimchi exponit: vt Thabor inter montes aptus est venationibus, vt dicitur Hoseæ. 5. v. 1. ita Babylonius venabitur Aegyptum; & vt arbores seu ligna Carmeli per mare deuehantur, ita Babylonius auhet Aegyptiacas opes. 3. Alij ita accipiunt, Veniet Babylonius in Aegyptum terra, marique potentissimus, vt Thabor in continenti inter montes, & Carmelus in mari inter promontoriâ maxime eminent. 4. Tremellus & Iunius: *Vt vino ego, & etiam regis illius cuius nomen est Iehoua exercituum, quamuis vt Thabor in montes, & vt Carmel in mare procedat, tamen hæc futura sunt, confirmatio cladis prænuntiata, à iuramento Dei. Id est, quamuis Aegyptus situ & natura loci videatur esse munitissima, & circumvallata montibus ac mari, non secus ac Thabor montibus circumcluditur, & Carmelus in mare proiectus est; ac proinde Aegyptiis sibi omnino confidat, vt dicitur infra vers. 25. tamen has minas meas effecturus sum, & iamque impero vt seipsam ad perpeffiones earum comparet, versibus sequentibus.*

SICVT THABOR IN MONTIBVS.] De quo vide in Iosue 19. 12.

ET SICVT CARMELVS IN MARI.] De Charmelo vide in Iosue. 12. v. 22.

VERS. 19.

VASA TRANSMIGRATIONIS FAC TIBI, &c.] id est, baculum, peram, sarcinulam, &c. vt solent peregrinantes. Alij: *Instrumenta deportationis paratibi, o deses filia Aegypti, id est, quæ iam tibi regina sedere videris,*

comparatis à Nechone tam amplis victoriis, & regionibus. Sed est expositio extra rem: nam Necho fractus, profligatusque accisis viribus, superioribus annis redierat ex clade Charchemisia. Præstat cum aliis exponere *habitatrix filia Aegypti, vel qua sedes,* id est, desides otiosa, in otio & tranquillitate, ac deliciis multis, secunda imminentis excidij tui: (*Nam Apries fortunatissimus extitit omnium ad eam etatem regum,*) inquit Herodotus lib. 2. Numer. 161.

ET DESERETVR.] וְנִזְזָהוּ *venitzatha.* Quidam à נָזַח *natzah* deducunt, & inuolabitur, irruetur, obruetur, vastabitur, destruetur. Alij à נָזַח *iatzath,* & conflagrabit, succendetur, comburetur.

VITVLA ELEGANS ATQVE FORMOSA VERS. 20. AEGYPTVS.] Alij: *Vt bucula elegantissima est Aegyptus,* id est, regnum Aegypti felicissimum & opulentissimum est. Buculam siue vitulam vocat, quod impinguata lasciuiret in locis pascuosis & vberimis, vna cum mercenariis & conductitiis militibus, qui magis ad delicias quam ad militiam hic referuntur enutriti: atque ideo impendente exitio fugerunt. 2. *vt vitula speciosissima est Aegyptus.* Amplificatio prænuntiata cladis à comparatione præsentis gloriæ, hoc & sequente versu, cum ventura ignominia & ruina, tribus sequentibus. וְיֵפְהֵב פְּחִיאָה *iephel phiaah,* nomen quod scribitur vt duæ dictiones, legitur autem tanquam vna, & secunda ac tertia radicales geminatae sunt: vel est nomen geminatum, augens significationem, ad summam pulchritudinem indicandam, quasi dicas, *formosa supra modum, formosissima, pulcherrima, speciosissima.* Vide Thesaurum Sanctis, colum. 1004.

STIMVLATOR AB AQUILONE VENIET EI.] Heb. *inciso, exciso, euulso, excidium-repentinum,* quasi ictu oculi factum, *veniens, veniens.* Geminatio participij auget significatum, quasi dicat, certissime veniet. Quidam reddunt: (*sed excidium ab aquilone omnino venturum est*) Chaldæa Aegypto est aquilonaris.

MERCENARIJ QVOQVE EIVS &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: 1. *Mercenarij quoque milites eius, qui sunt in ea, sunt sicut vituli saginati, ipsi quoque retrospexerunt, vel terga verterunt, fugeruntque simul, neque confiterunt, seu substituerunt: quoniam dies interitus eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.* id est, tempus quo perditurus est illos Deus. 3. *Etiâ mercenarij eius in medio eius vt vituli saginati, nimirum in saginario, ac proinde imbelles planè, vt exponitur sequentibus: nam etiâ ipsi obuertent faciem, fugient pariter, non consistent: quum dies calamitatis eorum superuenerit eis, tempus visitationis, seu animaduersionis, & punitiois eorum.*

VERS. 21.

VOX EIVS QVASI AERIS SONABIT, &c.] VERS. 22. Alij hunc versum ex Heb. explanant: 1. *Vox eius vt serpentis incedet.* quasi dicat, eminus audientur clamores Aegyptiorum præ dolore & metu irruentium Chaldæorum, vt sibili serpentum: quia cum copiis irruent Chaldæi, & cum securibus venient contra eam, Aegyptum,

tum, sicut lignorum cafores. 2. Vox illius quasi serpens ibit, quando copiis procedent, & cum securibus venient ad eam, tanquam putatores arborum. id est, non amplius mugiet aut boabit immansi strepitu, vt faciebat ante, sed humi serpet, nec magis audietur quam serpentis incessus audiri solet: sic Isaia 29. 4. Summa est, hæcenus ferociuisti, & immanes boatus edidisti insolentia tua, & lasciuia, vt de voce vitula trimæ legimus Isaia 16. 5. & infra cap. 48. 33, sed aduenientibus meis Ianionibus è Chaldæa non audebis hiscere, ac vix spirare quidem: & quemadmodum vitula efferata per densas siluas discurrit, sic etiam tu recipies te in paludes tuas, sed frustra, vt sequentibus versibus exponitur.

VERS. 23. SUCCIDERUNT SALTVM EIVS &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Excident saltum eius*, id est, arbores siluarum Ægypti, dictum Iehoua, citra omnem delectum aut discrimen: plures enim erunt locustis, neque erit numerus eorum. 2. *Succident siluam eius, ait Iehoua*; quia non poterit inuestigari numerus, multiplicabuntur enim magis quam locusta, nec erit eis numerus. quasi dicat, tam numerosus erit exercitus Chaldæorum deuantantium Ægyptum, vt omnes siluas saltusque eius sint excisuri. 3. *Cadent siluam eius, dictum Iehoua quamuis non possit peruestigari, quamuis plures sint arbores locustis, & nullus sit eis numerus.* id est, vt cumque frequens sit Ægyptus oppidis & munitioibus, vt siluæ arboribus, omnia excident Chaldæi. Illustrant hunc locum verba Herodoti lib. 2. Numero 177. qui de hisce temporibus hæc scribit. (*Sub Amasi rege dicitur Ægyptus fuisse maxime beata, in iis, quæ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione proueniunt: & vrbes, quæ incolerentur tunc, fuisse numero illic viginti millia.*) Mela lib. 1. cap. 9. (*Viginti millia urbium Amasi regnante habitauerunt.*)

VERS. 15. DIXIT DOMINVS EXERCITVVM, &c.] Conclusio summa præcedentis interminationis, duobus versibus.

ECCE EGO VISITABO SVPER TVMLTVM ALEXANDRIÆ.] Heb. *Ecce ego visitans super Amon de No.* Plerique putant, Amon esse nomen proprium regis vel principis vrbis No. Alij, certam regionem Ægypti esse, in qua postea Alexander Magnus Parætonium condiderit, quæ Straboni & Stephano dicta sit Ammonia: vide Eusebij Chronicon Numero MDCLXXXVIII. & Animaduersiones Scaligeri in eum locum. Nonnulli מֹנֶן *amon*, idem esse volunt, quod מֹנֶן *hamon*, vt facile He, & Aleph inter se permutantur, exponuntque i. *Ecce ego visito super Turbam, multitudinem, vulgus, seu copias, opes de No.* vrbs tunc temporis videtur fuisse opulentissima. *Ecce ego visitabo architectum, artificem, fidum, fidelem, certum, peritum, probatum, & quasi nutritum in arte, de No. 3.* Auenarius: *Ecce ego visito opificem fidum & industrium de No. 4.* Forsterus & Schindlerus: *Ecce ego visitando venio ad administratorem ex No. 5.* Tremellius & Iunius: *Ecce ego animaduersurus sum in nutritium No.* id est, in Alexandrinam matrem, & quasi nutritiam rotius Ægypti, opum am-
Maluenda, In libr. Ierem.

plitudine & celebritate emporij. Sic Nahum 3. 8.

ALEXANDRIÆ.] Heb. *No.* Forsterus: [*No, nomen proprium est vrbis Ægypti, quam Chaldaus paraphrastes, deinde Hieronymus, & post eum omnes fere doctores senserunt esse Alexandriam: quæ tamen non ita vetusta est: quare potius vel Memphis est, vel Syene. Arbitror ego fuisse Thebas, quæ vetustissimum fuit emporium ad mare, & Nilum situm, celebre a centum portis, quas habuisse dicitur.*] Nugæ! Sed quantum delirium illud, *Theba ad mare?* cum procul à mari abfuerit: vide Melam lib. 1. cap. 9. & Ptolomæum in 3. tabula Africæ. Iam passim eruditi consentiunt, *No* vrbe clarissima hoc bello Chaldaico euerfa, in eodem solo post trecentos fere annos conditam Alexandriam ab Alexandro. De cuius amplitudine, pulchritudine, opibus, supra fidem sunt, quæ scriptores prodidere, seorsim Diodorus Siculus lib. 1. Numero 32. & 33. lib. 17. Num. 589. & 590. Strabolib. 27. Dio Chryostomus Oratione 32. quæ est ad Alexandrinos, Achilles Tatius de Amoribus Clitophontis & Leucippes lib. 5. initio, Ammianus lib. 22. cap. 41. & 41. Nec est dubium *No* quoque ante opportunitate loci amplam & opulentam fuisse vrbe, nam & Hebraicè à pulchritudine & amoenitate nomen habet. S. verò Hieronymum hinc *No*, Alexandriam per prolepsin dixisse.

ET SVPER PHARAONEM.] videlicet *Chophram*, seu *Vuaphrem*, vel *Apriem*, de quo supra cap. 44. v. 30. Nam hoc Ægypti à Nabuchadnezare excidium in tempora Aprij incidisse, Eusebiani Chronici rationes, & optimi quique chronologi affirmant. Iosephus 10. Antiquit. cap. 11. de Ieremia & Baruch abductis in Ægyptum cum reliquis Iudæorum ex casu Tzidkijæ, hæc ait: [*Quò postquam peruenitum est, Deus significauit propheta fore, vt Babylonius exercituum ducat in Ægyptum: iussitque predicere populo; quòd capietur Ægyptus, & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem abducentur. id quòd etiam factum est: quinto enim post excidium Ierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, cum magnis copiis inuasit Celenfyriam. qua subacta, bellum gessit contra Ammonitas & Moabitas; & his quoque perdomitis Ægyptum hostiliter est ingressus: occisique, qui tunc regnabat, & alio rege constituto, repertos ibi Iudæos rursus captiuos Babylonem abduxit.*] At de Aprie, & Amasi, quæ ei successit, aliter Herodorus.

ET POST HÆC HABITABITVR SICVT DIEBVS PRIMIS.] Alij: *postmodum autem*, id est, post annos quadraginta quàm fuerit occupata: Ezechiel. 29. 11. & sequentibus. *habitabit, seu habitabitur.* Tremellius & Iunius: id est, *pristinam dignitatem recipiet, vt factum esse, Herodorus & alij narrant historici. Et si obiter hoc dicendum est, deceptum fuisse Herodorum & alios astu Ægyptiorum sacerdotum suas plagas gloriose dissimulantium, quòd illos quadraginta annos in regno Anasis comprehendunt: qui tamen non antè regnavit, sed post illos quadraginta annos, vt ratio ipsa tem-*
○○○○ x porum

porum ostendit: cum idem Amasis regnante Cyro, & Cambyse proregem agente, in Aegypto imperauerit, ut ex ipso Herodoto initio Libri 3. facile cognoscitur.] Porro ipse Herodotus, quæ de rebus regibusque Aegyptiacis, quæ is non vidit, prodit; se à sacerdotibus Aegyptiis accepisse affirmat: verum maiorem partem illorum quadraginta annorum deuastationis Aegypti, in tempora Amasis incidisse, series ipsa temporum ab Eusebio, clarisque quibus-

que Chronologis ducta perspicue docet.

ET TV NE TIMEAS SERVE MEVS IACOB, &c.] Alij: Tu autem ne timeto, serue mi Iahakob, neque confertator, à Israel &c. Consolatio ad populum Dei, ut diximus in vers. 1. à iudicio Dei, in aduersarios, parernaque administratione in populum suum. Hunc versum & sequentem vide iam supra cap. 30. vers. 10. & 11. explanatos, nam sunt iisdem ferè verbis concepti.

VERS. 27.

CAPVT XLVII.

Vastatio prædicitur Palæsthorum, Tyri, Sidonis, Gaze, & Ascalonis.

Vulg.

Malu.

Vod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæstinos, antequam percuteret Pharaon

Gazam:

2 Hæc dicit Dominus: Ecce aqua ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrentis inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius: clamabunt homines, & ululabunt omnes habitatores terræ.

3 à strepitu pompa armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis

4 pro aduentu diei, in quo vastabuntur omnes Philisthim, & dissipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis. depopulatus est enim Dominus Palæstinos, reliquias insulæ Cappadocia.

5 Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquia vallis earum: vsquequò concideris?

6 O macro Domini vsquequò non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.

7 Quomodo quiescet, cum Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibique condixerit illi

Vod fuit verbum IHVH ad Iirmejahu prophetam, ad Phelisthim, in antequam percuteret Pharaoh Ghazah.

2 Sic dixit IHVH, Ecce aquæ ascendentes de Septentrione, & erunt torrenti inundanti, & inundauerunt terram: & plenitudinem eius; urbem & habitantes in ea: & clamabunt homo, & eiulabit omnis habitans terræ.

3 De voce recalcitrationis vngularum robustissimorum eius, de commotione^a curru eius, ^b multitudine rotarum eius non faciauerunt patres ad filios, ^c de remissione manuum.

4 Super diem venientem ad deuastare omnes Phelisthim, ad exciudere, ^d Tzor, & Tzidoni omnem ^e residuum adiuuantem: quia deuastans IHVH Phelisthim, reliquiam insulæ Caphthor.

5 Venit ^f caluitium ad Ghazah, ^g reducta fuit in silentium Askelon, reliquia vallis eorum: vsque ad quando latrocinari tere facies?

6 Hoi gladii ^h IHVH vsquequò non tranquillaberis. ⁱ colligere ad vaginam tuam; rige, & sile.


7 Quomodo tranquillaberis, & IHVH præcepit ei ad Ascalonem, & ad portum maris ibi constituit eum.

^a curcaturæ
^b turba,
strepitu,
tumultu
^c præ

^d dazinus,
Tyro
^e superstitiosa

^f depilatio
^g acti-fuit
de Askelon
he

^h dazinus,
ipfi Ichach
ⁱ Imperati-
uus passius
colligere



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VOD FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM PROPHE TAM CONTRA PALÆSTINOS, &c.] Quidam

ista annotant: Huius prophetiæ, inquit, inscriptio vers. 1. argumentum eius & tempus continet. Ac argumentum quidem est de clade lugubri Pelischthæorum; tempus verò quò prophætata est, in dubio esse solet: nam alij, quod hîc dicitur de percussa Hazza, post mortem Ioschijæ factum putant, redeunte Nechone, & de Syria capta triumphante: alij referunt ad annum illum quartum Iehojakimi, quo expeditionem suscepit contra novum regem Nebuchadnetzarem magnum, de qua supra cap. 45. vers. 2. alij ad tempora Tzidkijæ, quum procedentibus obuiam Chaldæorum copiis pedem referret in Ægyptum, supra cap. 37. vers. 5. & 11. Sed nobis nihil istorum probari potest. Nam quum Necho temporibus Ioschijæ Syriam totam occupasset, ac postea infestante Babylonio, liberè in agrum Carcemilchi procederet obuiam Babylonio (quo tempore rex Ioschija extinctus est) non est verisimile illum neglectis hostibus propinquis, & qui præ fortibus erant, ad longinquos excurrisset, atque ad Syriam, & regiones remotas occupandas, imprudentissimè regnum Ægypti reliquisset, dum conterminos Pelischthæos haberet hostes. Quamobrem cum Herodotus lib. 2. Numero 159. & Iosephus lib. 10. Antiquit. cap. 6. & 7. testentur Syriam totam, excepta Iudæa à Nechone fuisse occupatam, & inde à temporibus Ioschijæ vsque ad magni Nebuchadnetzaris regnum, Necho, totaque Ægyptus quiete de importatis exterorum spoliis triumphauerit, ut dictum est præcedente capite, vers. 19. magis placet nobis Hazzam in prima illa Nechonis expeditione, superstitè adhuc & florente Ioschija fuisse captam, ac proinde prophetiam hanc tempore Ioschijæ prophetatam. Nec obstat, quod caput præcedens posterius est tempore: nam in prophetia Iirmeiæ temporum seriem non obseruari liquet, ut annotauimus supra cap. 12. vers. 1. & aliis locis. Deinde verò has prophetias contra gentes non dubitamus confusè in finem libri coniectas esse. Prophetia autem hæc summam duo continet, narrationem propheticam luctuosæ cladis, quæ Pelischthæis, totique Syriæ maritimæ erat obuentura, vsque ad vers. 6. deinde causam ostendit dialogisticos, duobus versibus vltimis. Hactenus illi: Cæterum nos longè verisimilius censemus, Ghazam percussam ab Aprie temporibus Tzidkijæ, quando ipse Apries bellum Sidoni intulit, & cum Tyro, quæ tunc parebat Babylonio, pugna nauali dimicauit, ut auctor est Herodotus lib. 2. Numer. 161. tunc enim infestus Apries oram maritimam Syriæ, Ghazam percussisse verisimile est. De Gaza vide Genes. 10. v. 19. & in Iosue 10. v. 41.

VERS. 2.] ECCE AQUÆ ASCENDVNT AB AQUILONE.] Exponunt, id est, copiæ Babyloniorum potentissimæ, quæ cum aquis exundantibus ferè comparantur, ut Isaia 8. v. 7. De hoc autem argumento vide Ezechiel. 25. & sequentibus capitibus.

ET ERVNT QVASI TORRENS INVNDANS.] Alij: & euadent in torrentem inundantem.

Ab Aquilone. vide cap. 1. 14.

ET IN PLENITVDINEM EIVS.] Alij: 1. & quidquid in ea est. 2. & qua implent eam. vide Psalm. 23. v. 1.

VERS. 3.] A STREPITV POMPÆ ARMORVM, ET BELLATORVM EIVS.] Alij ex Hebr. 1. Sanctes: A sonitu quippe incessus vngularum equorum fortium eius. 2. Vatablus: Pra clamore strepitus vngularum equorum eius. 3. Leo Iudæ, & Auenarius; A Sonitu vel à strepitu incessus vngularum caballorum eius. 4. Forsterus: A voce recalcitrationis, retrocussionis, percussio nis vngularum robustorum eius. equorum. Chaldæus reddidit, מַפְסוּחִים maphsughim, quod gressum seu incessum cum violentia significat. 5. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: A sono plausus, siue à sonoro plausu vngularum fortium equorum eius. 6. A voce calpis vngularum equorum fortium eius. Est autem Græcè, calpe, quoddam genus cursus: de quo vide Henricianum Thesaurum colum. 1127.

NON RESPEXERVNT PATRES FILIOS, MANIBVS DISSOLVTIS.] Alij: 1. non respicient patres ad filios præ remissione manuum. id est, adeo erunt exterriti, ut ne patres quidem de salute liberorum futuri sint solliciti: pro quibus tamen bella suscipiuntur & geruntur. 2. non aduertent faciem patres ad filios, præ remissione manuum. id est, adeo vrbentur calamitate, ut ne patres quidem de liberis solliciti sint, sed tantum cogitent de vita sua: Simile est Matth. 24. vers. 17. & sequentibus.

VERS. 4.] PRO ADVENTV DIEI, IN QVO VASTABVNTVR OMNES PHILISTHIM.] Alij: 1. Propter diem, quo aderit Deus ad vastandos omnes Palestinos. 2. Propter diem illum venturum, quo vastaturus est omnes Pelischthæos.

ET DISSIPABITVR TYRVS ET SIDON, CVM OMNIBVS RELIQVIS AVXILII SVIS.] Alij ex Hebr. ad excindendum Tyrum & Zidonem, atque omnes reliquos auxiliares. 2. excisurus Tyrum & Tzidonem, totumque residuum auxiliare. vide supra cap. 25. 22. Alia proculdubio recentior est hæc deuastatio Tyri per Chaldæos; ab ea, qua ante Nebuchadnetzarem post tredecim annorum obsidionem, eam expugnauit.

RELIQVIAS INSVLÆ CAPPADOCIÆ.] Hebr. reliquiam, residuum, insula Caphthoris. Tremellius & Iunius: reliquias regionis Caphthoris. Putant Caphthorem esse Serhroiseta non

num vel *Sethratim*, proximum Pelusio, & Saffiotidi, de quo Strabo lib.17. pag.804. Plinius lib.5.cap.9. Ptolemæus lib.4.c.5. Alij, *Caphorem* Cyprum esse volunt eliso *Than* pro *Caphor*. Sed nos cum innumeris, sequuti LXX. Interpretes, Chaldæos Paraphraftas, S.Hieronymum, *Caphorem Cappadociam*, & *Caphthoræos Cappadoces* esse dicimus: ac Phelithæos dici hîc reliquias Cappadociæ, quod coloniæ Cappadocum fuerint: vide Genes.10.14. Quod verò Cappadocia hîc insula dicatur, cum verè sit continens, ideo est, vel quòd maritima magna ex parte sit, vel quod Hebraicum nomen *Ni*, non solum insulam sed etiam regionem, aut prouinciam significet.

VERS. 5.

VENIET CALUITIVM SVPER GAZAM.] Alij: 1. Veniet caluitium in Gazam. id est, depilabitur, omnia bona Gazæ diripientur. 2. Obueniet caluitium Hazza. id est, luctus, synecdochicè, vt Isaiæ 3.24.

ET RELIQUIE VALLIS EARVM.] Alij: & reliquia conuallis eorum. id est, regionis maritimæ in conualle sita.

VSQVEQVO CONGIDERIS?] Alij: 1. quousque te lanias? præ luctu. 2. quousque induces tibi casuras? Apostrophe Sarcastica pro-

pheta ad Palæstinam, luctum gentium luctificantis; de quo Leuit. 19. 28. vide supra cap.16.6.

ò MVRO DOMINI, &c.] Alij: *Dicens, Eheu gladii Iehoua, &c.* id est, qui à Iehoua immillus es. Est autem expostulatio hæc dicta humanitus ab his, qui non consulunt os Iehouæ, sed manum fugiunt. Quamobrem propheta per Apostrophen respondet sequente versu, primum ad gladium, deinde ad Pelithæos ipsos.

REFRIGERARE.] Hebr. *obrigesce*. quasi dicat, ne calceas sanguine. Forsterus: *concitare*, id est, *corripe*. Ineptè, inquit Mercerus, cum repugnet quod sequitur. Sed postea ipse Forsterus reddidit: *sis quietatus*.

VERS. 6.

ADVERSVS ASCALONEM, ET ADVERSVS MARITIMAS EIVS REGIONES, IBIQVE CONDIXERIT ILLI.] Alij: 1. *ut eat aduersus Ascalonem, & aduersus littus maris, ibi enim constituit eum.* vt scilicet illic grassetur. 2. *Contra Aschkelonem, denique contra portus maris, ibi constituit illum.* id est, regiones totas quæ sunt secundum mare: supra cap.25.22.


VERS. 7.

CAPVT XLVIII.

Predicit Dominus vastationem Moab & omnium vrbium eius, sed in nouissimis diebus captiuita tem ipsorum relaxandam: maledictus dicitur faciens opus Domini fraudulenter, & gladium suum à sanguine prohibens.

Vulg.

Malu.

1  D Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: *va super Nabo, quoniam vastata est, & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit.*

2 *Non est ultra exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum: Venite, & disperdamus eam de gente. ergo silens conticesces, sequeturque te gladius.*

3 *Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna.*

4 *Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius.*

5 *Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt:*

6 *Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myrica in deserto.*

7 *Pro eo enim quòd habuisti fiduciam*

1  Oabo sic dixit I H V H TZEBAOTH ELOHIM Israël, Hoi ad Nebo, quia deuastata fuit; ^a pudesecit, ^b exaltatio & consternata fuit.

2 Non ^c adhuc ^d extollentia Moabi in Chesbone, ^e excogitauerunt super eam malum; Ambulate & excidimus eam de gente: etiam Madmen ^f in silentium redigeris: post te ambulabit gladius.

3 Vox clamoris de Choronajim: Deuastatio & confractio grandis.

4 Confracta fuit Moab: audire fecerunt clamorem ^g minores eius.

5 Quia ascensu ^h Luchith in lacrymatione ascendet lacrymatio: quia in descensu Choronajim ⁱ coangustantes clamoris confractionis, audierunt.

6 Fugite, saluam euadere facite animam vestram: & fuistis sicut Gharogher in deserto.

7 Quia correspondentia ^k confidere

a vt c. 46.
24. sic mox
b loci, editi
ciuitas, arx
edita, muni-
tio excelsa
c ultra, am-
plius, dcina-
ceps
d euectio,
laus, gloria
tio
e machina-
ti-sunt
f vt c. 47. 5.

g minores
h in Luchitham

i coangustantes, hostes

k confidencie tue, fiducia tue

in munitiōibus tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigratiōem, sacerdotēs eius, & principes eius simul.

8 Et veniet prado ad omnem urbem, & urbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campeſtria: quoniam dixit Dominus:

9 Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius deſerta erunt, & inhabitabiles.

10 Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine.

11 Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in facibus ſuis: nec transfusus est de vafe in vas, & in transmigratiōem non abiit: idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatorēs, & ſtratores laguncularum, & ſternent eum, & vafa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident.

13 Et confundetur Moab à Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſrael à Bethel, in qua habebat fiducia.

14 Quomodo dicitis: Fortes ſumus, & viri robuſti ad praliandum?

15 Vaſtata eſt Moab, & ciuitates illius ſucciderunt: & electi iuuenes eius deſcenderunt in occiſionem: ait rex Dominus exercituum nomen eius.

16 Propè eſt interitus Moab vti veniat: & malum eius velociter accurret nimis.

17 Conſolamini eum omnes, qui eſtis in circuitu eius; & vniuerſi, qui ſcitis nomen eius, dicite: Quomodo conſracta eſt virga fortis, baculus glorioſus?

18 Descende de gloria, & ſede in ſiti, habitatio filia Dibon: quoniam vaſtator Moab aſcendet ad te, diſſipabit munitiōes tuas.

19 In via ſta, & proſpice habitatio Aroër: interroga fugientem: & ei, qui euasiſt, dic: Quid accidiſt?

20 Confusus est Moab, quoniam victus est: ululate, & clamate, annuntiate in Arnon, quoniam vaſtata eſt Moab.

21 Et iudicium venit ad terram cam-

te in facturis tuis, & in theſauris tuis; etiam tu capieris & exhibit Chemos in deuoluntione; ſacerdotēs eius & principes eius vnità.

8 Et venit deuastans ad omnem urbem, & urbem non salua-euades, & auferetur vallis, & abolebitur reſtitudo; quod dixit IHVH.

9 Date plumam Moabo, quia auolare auolabit: & vrbes eius p afflacioni erunt, de non habitante in eis.

10 Maledictus faciens ministeriale IHVH q fallacia: & maledictus r diminuens gladium suum de sanguine.

11 Tranquillus fuit Moab f de excuſſuris ſuis, & t tranquillans ipſe ad obſeruata ſua; & non euacuari-factus-fuit de vafe ad vas; & in deuoluntione non ambulauit: ſuper ſic ſtetit guſtus eius in eo; & u ſpiratio eius non mutata-fuit.

12 Ad ſic ecce dies venientes, x Fidelis-ſermo IHVH, & mittam ei voluntates, & volutabunt eum; & vafa eius euacuabunt, & y vtres eorum diſpergent.

13 Et pudeſciens Moab de Chemoſo: Secundum quod pudefacti-fuerunt domus Iſraëlis de Bethel, de confidentia eorum.

14 Quomodo dicitis z Præualidinos, & homines a ſtrenuitatis b cæſioni?

15 Deuastatus fuit Moab, & vrbes eius aſcendit; & electio electorum eius deſcenderunt c maſtationi: Fidelis-ſermo regis IHVH TZEBAOTH nomen eius.

16 Propinqua d improuifa-calamitas Moabi, ad venire: & malum eius feſtinauit valdè.

17 Diuagate ei omnes e circuitus eius, & omnes cognoſcentes nominis eius: dicite, Quomodo conſracta fuit virga obfirmationis, baculus decoris?

18 Descende de f grauitate, ſede in ſiti, habitans filia Dibonis: quia deuastans Moabi aſcendit in te, s funditus-perdidit munitiōes tuas.

19 Ad viam ſta, & ſpeculare habitans Gharogeris: poſtula fugientem, & ſaluam euasam, dic, Quid factum fuit?

20 h Pudefecit Moab, quia conſternata-fuit, eiulate & clamate: annuntiate in Arnone, quia deuastatus-fuit Moab.

21 Et iudicium venit ad terram i reſtitudinis:

l vnà, pariter, ſimul

m tolletur de medio, diſperibit n diſſipabitur o planities. vide Deuter. 32. 10. p afflatui, afflandæ, ſtupendæ deſolationi q dolo, fraude, Impoſtura r ſubtrahēs, remouens, cohibens ſa pueritiis, adoleſcētis t requieſcēs u odor, fragantia x vide Geneſ. 22. 16. ſic v. 15. 25. 30. 35. 38. 43. 44. & 47. y lagenas, hydrias: vide 1. Samuel. 1. 24.

z Præpotentes, heroes, gigantes, a virtutis, roboris b bello, prælio

c iugulationi

d interitus, exitium, cæſitio vide Job. 18. 22.

e circuitibus

f gloria, ſplendore, honore, dignitate g corruptis, diſſipauit

h vs c. 46. 24. verbum maſculinum

i vs v. 8.

pestrem; super Helon, & super Iasa, & super Mephaath,

22 & super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim,

23 & super Cariathaim, & super Bethghamul, & super Bethmaon,

24 & super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè, & quæ propè sunt.

25 Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait Dominus.

26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.

27 Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum: propter verba ergo tua, quæ aduersum illum locutus es, captiuus ducèris.

28 Relinquire ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.

29 Audiuius superbiam Moab, superbus est valde; sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius.

30 Ego scio, ait Dominus, iactantiam eius: & quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere.

31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes.

32 De planctu Tazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Tazer peruenerunt: super messem tuam, & vindemiam tuam predo irruit.

33 Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de Terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vna solitum celeus ma cantabit

34 De clamore Hesebon vsque Eleale, & Iasa, dederunt vocem suam; à Segor vsque ad Oronaim vitula conternante: aquæ quoque Nemrim pessima erunt.

35 Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis: & sacrificantem diis eius.

36 Propterea cor meum ad Moab quasi tibia aris resonabit: & cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tiliarum: quia plus fecit quam potuit, idcirco perierunt.

tudinis: ad Cholonem, & ad Iahtzah, & super Mephaghatam:

22 Et super Dibonem, & super Nebonem, & super Beth-Diblathaim:

23 Et super Kirjathaim, & super Bethghamul, & super Beth-Meghonem:

24 Et super Kerijoth, & super Botzrah, & super omnes vrbes terræ Moabi, longinquas, & propinquas.

25 Succisum fuit cornu Moabi, & brachium eius contractum fuit, Fidelis sermo IHVH.

26 Inebriare facite eum, quia super IHVH grandefecit: & complodet Moab in vomitu suo; & erit risui etiam ipse.

27 Et si non risus fuit tibi Israël? Si in furibus inuentus fuit; quia de sufficientia verborum tuorum in eo, diuagare re ipsum facies.

28 Derelinquire vrbes, & ^lscenitate in ^mrupe habitantes Moabi: & estote sicut columba nidificabit in transiibus oris foueæ.

29 Audiuius superbiam Moabi, superbus valde: ⁿexcelsitas eius, & superbia eius, & excellentia eius, & eleuatio cordis.

30 Ego cognoui, Fidelis sermo IHVH; excandescitiam eius, & non sic: verctes eius non sic fecerunt,

31 Super sic, super Moabum eiulabo, & Moabo ^oomni eius clamabo: ad homines Kir-Cheres meditabitur.

32 De lacrymatione Iaghzeris lacrymabor tibi, & vitis Sibmag; ^pdimissiones tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iaghzerem attingerunt: super æstatem tuam, & super vindemiam tuam deuastrans cecidit.

33 Et ^qcolligetur lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Moabi: & vinum de ^rtorcularibus cessare feci: non ^tviabit ouatio; ouatio non euatio:

34 De clamore Chesbonis vsque ad Elghaleh, vsque ad Iahatz dederunt vocem suam; de Tzoghah vsque ad Choronajim vitula ^tterciaritatis: quia etiam aquæ Nimrim ^uafflationibus erunt.

35 Et ecce faciam Moabo, Fidelis sermo IHVH, ascendere facientem excelsum, & suffire facientem diis suis.

36 Super sic cor meum Moabo sicut ^xtibiæ sonabit, & cor meum ad homines Kir-Cheres sicut tibiæ sonabit: super sic super-relictionem fecit, ^yablati fuerunt.

^kludo. vel ad ridere, sic v. 27.

^ltabernaculare, cohabitare ^mpetra, saxo, silice

ⁿcelritudo, altitudo, sublimitas

^ototi ipsi

^put supra c. 5. 10.

^qvide Genes. 30. 23.

^rlacubus, dolis ^scalcabit, incedet

^ttrima, triennis; ^uafflatibus, afflatis, stupendis desolationibus

^xfistulæ

^ydisperierunt,

37 Omne enim caput caluitium: & omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio: & super omne dorsum cilicium.

38 Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut vas inusile, ait Dominus.

39 Quomodo victa est & ululauerunt: quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? eritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo.

40 Hec dicit Dominus: Ecce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab.

41 Capta est Carioth, & munitiones comprehensa sunt: & erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.

42 Et cessabit Moab esse populus: quoniam contra Dominum gloriatus est.

43 Pauor, & fouea, & laqueus super te o habitator Moab, dicit Dominus.

44 Qui fugerit a facie pauoris, cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo: adducam enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus.

45 In umbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Seon, & deuorabit partem Moab, & verticem filiorum tumultus.

46 Va tibi Moab, peristi popule Chamos: quia comprehensi sunt filij tui, & filia tua in captiuitatem.

47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Hucusque iudicia Moab.

37 Quia omne caput caluitium, & omnis barba diminuta: super omnes manus atrocinationes, & super lumbos faccus.

38 Super omnia tecta Moabi, & in plateis eius, omne eius planctus: quia confregi Moabum sicut vas, non beneplacitum in eo, Fidelis-sermo IHVH.

39 Quomodo consternata fuit, eulauerunt; quomodo faciauit ceruicem Moab, pudefactus fuit? & erit Moab^z risui, & consternationi omnibus circuitibus eius.

40 Quia sic dixit IHVH, Ecce sicut aquila volabit, & expandet alas suas ad Moabum.

41 Capta fuit Kerijoth; & munitiones^a capta fuit: & erit cor prauulidorum Moabi in die illa sicut cor viræ conglutantis.

42 Et abolitus erit Moab de populo: quia super IHVH grande fecit.

43 Pauor, & fouea, & laqueus super te habitans Moabi, Fidelis-sermo IHVH.

44 Fugiens de faciebus pauoris, cadet ad foueam; & ascendens de fouea capietur in laqueo: quia venire faciam ad eam, ad Moabum annum visitationis eorum, Fidelis-sermo IHVH.

45 In umbra Chesbonis steterunt de virtute fugientes: quia ignis exiit de Chesbone & flamma de inter Sichonem; & comedit angulum Moabi; & ^b verticem filiorum ^c obruitionis.


46 Hoi tibi Moab, ^d ablatus fuit populus Chemosi; quia ^e accepti fuerunt filij tui in captiua-abductione, & filia tua in captiua-adductione.

47 Et conuertam captiuam-abductionem Moabi in postremitate dierum, Fidelis-sermo IHVH. Usque huc iudicium Moabi.

^z ad ridet; ludo. ludibrio

^a vnaque que prehensa fuit, occupata fuit

^b קרקוד ^c kodkod ^d Hispanice, cogore ^e ruina, strepitus, tumultus ^d dispersisti ^e prehensi, capti, abduci sunt, rapiuntur



COMMENTARIA.

VERS. I.



D MOAB HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM DEVS ISRAEL.] Alij: Contra Moabum sic ait Iehoua exercituum Deus Israelis. Huius, inquit, prophetiæ, qua Moabitis exitium a Babylonio euenturum prædicatur, partes vniuersæ sunt tres, prima est, propositio, vsque ad vers. II secunda, exornatio propositionis, inde ad vers. 43. vsque: postrema, conclusio, in quibus versibus. In propositione autem continentur

Maluenda, In libr. Ierem.

duo, denuntiatio cladis, sex versibus; & causæ, quinque sequentibus.

VE SVPR^a NEBO.] Alij: va Neboni, vel Nebur^a. De hac ciuitate Moabitarum, vide 1. Mai. 15. 2.

QUONIAM VASTATA EST.] Alij per futurum: nam vastabitur.

ET CONFUSA, EST CARJATHAIM.] Alij: Erubescet, capientur Kirjathajima. ciuitas attributa Reubenitis, deinde vero a Moabitis occupata: vide de ea Genes. 14.

PPPP vers. 51

vers. 5. & Numeror. 32. vers. 37. & Iosue 13. vers. 19.

CONFUSA EST FORTIS, ET TREMUIT.] מִשְׁגָּב *misghab*, non pauci nomen proprium urbis Moabiticæ faciunt: pudore affecta est *Misgab* & expansit. Sic dicta quod in edito loco sita esset. Alij appellatiuum putant, vnde reddunt: 1. *Pudescit illa & munitissima arx, & metu percussa. vel fracta.* vt de Nebunte, vel Kirjathajimis accipiatur. 2. *erubescet ciuitas editi loci, vel ciuitas sita edito loco.* id est, Bamothæ, siue Bamoth-Baghalis, quæ nominatur *Isaiæ 15. vers. 2. & consternabitur.*

VERS. 2.

NON EST ULTRA EXULTATIO IN MOAB CONTRA HESBON, &c.] Alij: *Non est ultra gloriatio in Moab super Hesebonem, excogitauerunt super eam malum, vel malam cogitationem. seu ceperunt contra eam malum consilium.* 2. *Nulla erit amplius laus Moabi, de Cheschbone; cogitabunt contra eam malum, dicentes, &c.* Alludit propheta ad singularum ciuitatum nomina, quod non satis commodè aliis linguis ostendi potest: vt verbi gratia, Bamothæ, excelsas significat, & ait ciuitas edito loco sita: Cheschbon, Rationes seu Cogitationes significat, ait vero propheta nullam fore amplius laudem Moabo de rationibus, sed futurum esse vt hostes longè diuersas rationes ineant contra illum: sic etiam de Madmene, & aliis compluribus. De *Hesebone* vide in *Isai. 15. 4.*

VENITE ET DISPERDAMVS EAM DE GENTE.] Alij: 1. *Agite, excindamus eam ex gentium numero.* 2. *Dicentes, Agite, excindamus eam, ne sit gens.* vt infra v. 42.

ERGO SILENS CONTICESCES, SEQUETVRQVE TE GLADIUS.] Alij: 1. *& tu Madmena ad silentium redigeris, gladius te persequetur.* 2. *etiam Madmen excinderis, post te ibit, vel te persequetur gladius.* De *Madmena* vide *Iosue 15. vers. 31. & Isaiæ 10. vers. 31.*

VERS. 3.

VOX CLAMORIS DE ORONAIM.] Alij: *Vox clamosa inde à Choronajimis, dicentium, &c.* de quo oppido vide *Isai. 15. vers. 5.* sic infra vers. 5.

VASTITAS ET CONTRITIO MAGNA.] Alij: *dicentium, o vastitatem & contritionem magnam! ethopæiæ elegantes, quibus luctum Moabitarum propheta exprimit peruentem à termino vno ad alterum, vt Isaiæ 15. 5. qui versus hos quatuor interpretatur.*

VERS. 4.

ANNVTIATE CLAMOREM PARVVLIS EIVS.] Alij: 1. *auditum facient clamorem minores eius.* id est, facient vt audiatur clamor ipsorum. 2. *predicabunt paruuli eius clamorem.* 3. *edent clamorem paruuli eius.*

VERS. 5.

PER ASCENSVM ENIM LVITH PLORANS ASCENDET IN PARTV.] Variè alij: 1. *Siquidem per cliuum Luu. ascendet in fletu & ploratu.* quisque, quasi dica, qui vertentur in fugam à Chaldæis, cum lacrymis mœsti ascendent in Luith locum excelsum, vbi ibi in tuto sint. 2. *Nam cliuum Luchitha cum fletu ascendet fletus. vel continuus ascendet fletus.* id est, Moabitæ effugiendo fletentes; Synecdochicè.

QUONIAM IN DESCENSU ORONAIM HOSTES VLVLATVM CONTRITIONIS AUDIERVNT.] Alij ex Hebr. & quia in descensu *Horon-duplicis* hostes clamorem calamitatis sunt audituri. Quum scilicet hostes redibunt ad *Horonaim*, audient clamorem *Moabitarum* fugientium. 2. & quia in descensu *Horonaim* clamorem vastationis, quem hostes expresserunt, audierunt. 3. nam in descensu *Choronaimorum* hostes fragoris, vel fragosi, clamorem fragoris, vel fragosum audient. id est, tantus erit *Moabitarum* euulsiu fragor, vt hostium ipsorum (qui ferè in victoria insolent, & tumultuantur præda) strepitum fragoremque maximum superent, De hoc versu vide *Isaiæ 15. vers. 5.* qui idem ferè est.

VERS. 6.

FUGITE, SALVATE ANIMAS VESTRAS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Fugite, eripite animam vestram, & sitis velut myrica in deserto.* id est, concedite in loca deserta vt illis viuatis solitariè. 2. *Dicentium, Fugite, eripite animas vestras, seu vos ipsos, & estote vt nudatissima arbor in deserto.* id est, abiecti & contempti delitescite. גִּרְוֹרִי *gharogher*, quod hîc *myricam* vertunt, idem esse volunt, quod גִּרְוֹרִי *gharogher*, de qua voce vide *Psal. 101. 19. & Iesem. 17. 6.* Quidam *GHAROGHER* volunt esse arbutulam, cuius fructus exterius est spinosus, interius edulis, Chaldæus paraphrastes עֲבִיבִיתָא *ghachbita* reddit, fortè Latinis *arbutum*, Hispanicè, *modroño*. Nonnulli tamen *GHAROGHER* hîc nomen proprium urbis *Moabitarum* munitissimæ esse putant, quasi dicat, recipite vos in loca munitissima vt est *Haroer*, de qua vide in *Numeror. 32. vers. 34.*

ET ERITIS.] וְהִיְהִינָה *vehihjenah*, est secunda vel tertia persona pluralis futuri: & eritis, vel erunt. vel & fuistis. vel vt sitis. aut & fuerunt, seu vt sint. Quidam: ad animas, quod proximè præcessit, referunt, vt sint anime vestra, vel vt sitis, o vos congregationes ciuitatum. Vel ad *Moabitas* refertur, ad indicandum fractum & muliebrem eorum animum fugientium.

VERS. 7.

PRO EO ENIM QVOD HABVISTI FIDUCIAM IN MVNITIONIBVS TVIS.] Alij: *Nam eo quod fiduciam habes in operibus tuis.* id est, in rebus à te comparatis, nempe pecoribus, armentis, diuitiis, opibus, mercimoniis. Sic sumitur 1. *Samuel. 25. 2.* Heb. *infacturis tuis.* Hispanicè, *en tus factorias.* id est, negotiationibus, seu nundinationibus, &c. vel, *en tus baziendas.* id est, opibus & facultatibus. Altera pars propositionis, causas exponens accommodatas iudiciis. Sunt autem ea tres, prima est, præfidentia *Moabitarum* in opibus & thesauris suis, & in idolis suis, hoc versu: Secunda est, ira Dei iustissimum iudicium denuntians, duobus sequentibus: tertia est, studium inimicorum acerbissimum accensum diuinitus, vers. 10.

ET IBIT CHAMOS IN TRANSMIGRATIONEM.] Alij: & exibit *Chemosh* in deporationem. siue in captiuitatem. Erat *Chemospuliare* *Moabitarum* idolum, de quo vide *Numeror. 21. v. 29.* Sed obseruandum, in

in margine Scribi, *שמוש* *chemisch*, cum *van*, in textu vero *שמוש* *chemisch* cum *Iod*, quod est veluti *van* decurtatum, ad significandam Chemosi imbecillitatem & infelicem ac miserimum statum abeuntis in captiuitatem.

VERS. 8. ET VENIET PRÆDO AD OMNEM VRBEM, & VRBS NULLA SALVABITUR.] Alij: *Quum veniet vastator contra omnem civitatem, seu, contra unamquamque civitatem, non eripies te.*

VERS. 9. DATE FLOREM MOAB, &c.] Alij hunc versum ex Heb. l. *Dato alas Moab ut occidat anoles, nam civitates eius deserta erunt ut nemo in eis habitet.* 2. *D. te, inquit, pennam, seu pennarum alam Moabo, ut penna utendo excutiat: nam civitates eius desolationi erunt, adeo ut nulus habitet in eis.* Profopopœia, qua Deus inevitabile iudicium suum Moabitibus denuntiat hyperbolica concessione, quasi dicat, si alas habuerint ad volandum, evolent: sed nullo pacto effugient, nam velut aquilæ futuri sunt, qui persequentur eum. *פירי* *izir*, *florem*, & *pennam* seu *plumam* significat, quod hæc sit flos & apex avium, & plumæ speciem florum referant, & plumæ in conis & verticibus in modum coronæ adhibeantur. Nec noster hic florem alia significatione, quam plumæ accepit.

VERS. 10. MALEDICTUS, QUI FACIT FRAVDULENTER SIVE FRAUDE, AUT, DOLO MALO, &c.] Verba Dei inflammantis hostes ad ultionem acerbissimam sumendam de Moabitibus, & animo adeo infesto ut ipsi inter se cohortentur in perniciem Moabitarum, quasi dicat, Execrandus sit, qui non sincerè, integrè & ex animo verè Moabitas non exciderit.

VERS. 11. FERTILIS FUIT MOAB AB ADOLESCENTIA SUA.] Alij ex Heb. 1. *Opulentus & securus fuit Moab ab adolescentia sua.* 2. *Tranquillus est Moab inde à pueritia sua.* Secunda pars prophetiæ, ut dictum est in vers. 1. exortatio, qua singulæ propositionis causæ cum iudiciis venturis comparatæ ordine explicantur: ac primum quidem præfidentia insolentissima, usque ad vers. 26. deinde ira Dei, usque ad vers. 40. ac postremo hostium acerbitas ad vers. 43. præfidentia autem, quæ hoc versu demonstratur comparatione elegantissima, argumenta ponuntur duo: ab ipsorum persona, hoc versu; & à fiducia in Deum ipsorum, vers. 13. quæ argumenta confutat Propheta, vers. 14. & sequentibus. Verbum *שכנן* *schanan* omnia ista complectitur, *tranquillus, pacatus, quietus, securus fuit, & per meralepsin, Insolens superbe tumultuatus fuit, Moab à pueritia sua.* Alij exponunt: *opulentus, prosper, deliciosus fuit Moab, &c.*

ET REQUIEVIT IN FÆCIBUS SVIS.] Heb. *& quiescens, tranquillatus, ipse ad observationes, seu observata sua.* id est, fæces, quæ in imo vase servantur, & in quibus vinum ipsum conseruatur. Forsterus: *& desedit ipse, vel, quietus ipse, super facibus suis.* Tremellius & Iunius: *& desidet ipse super fæces suas.* Vinum, quod in dolio super fæces suas conseruatur, solet esse pinguius & robustius imò dulcius ac suavius. Hispanicè vocant *vino sobre fondillo*, seu vinum vetus.

Maluenda, In libr. Jerem.

NEC TRANSFVSVS EST DE VASE IN VAS ET IN TRANSMIGRATIONEM NON ABIIT.] Alij: *Neque transfusus, seu, defacatus est, de vase in vas, id est, in deportationem, seu, captiuitatem non abiit.* Hispanicus Interpres *y no fue trasfegado de un vaso en un vaso.*

ID CIRCO PERMANSIT GVSTVS EIVS IN EO, ET ODOR EIVS NON EST IMMVTATVS.] Quidam propterea mansit sapor eius in eo, & odor eius non est immutatus. id est, sibi constar in opibus & malitia sua, & rebus omnibus: allegoricè.

ET MITTAM EI ORDINATORES, STRATORES LAGVNCVLARVM, ET STERNENT EVM.] Variè alij ex Heb. 1. *Sanctes & Vabitus: & mittam ei transnigrare-facientes, seu transnigratores, qui, vel & transnigrare-facient eum, seu translatores, qui transferent eum.* 2. *Leo Iudæ: ut mittam eis victores, qui diffundent ipsum.* id est, doliaros, qui dolia compingunt ac ligant, Hispanicè, *boteros, taneleros.* 3. *Forsterus: & mittam ei volutatores, & volutabunt eum.* 4. *Marinus: & mittam ei vagatores, & discurrere facient eum.* 5. *Auenarius: & mittam ei diuagantes, & facient eum diuagari.* id est, dimouebunt eum. 6. *Tremellius, Iunius, Buxtorfius: quum inuocant ei peregrinantes, qui peregre-agant eum.* id est, Chaldæos.

ET VASA EIVS EXHAURIENT, ET LAGVNCVLAS EORVM COLLIDENT.] Alij: 1. *& vasa eius enacuabunt, lagenas eius quassabunt.* 2. *& vasa eius depleant, ac vires eorum dissipent,* quibus Moabitarum oppida figurantur.

ET CONFVNDETVR MOAB A CHAMOS, &c.] Hunc versum alij reddunt: *Tum erubescet Moab à Chemoscho deo suo, ut supra vers. 7. quemadmodum erubuerunt domus Iisraelis à Bethel fiducia ipsorum.* Historia extat. 1. Reg. 12. v. 29. & 30.

QVOMODO DICITIS, &c.] Alij: *Quomodo dicitis, Potentes sumus, & viri strenui in bello?* Contestatio, qua præfidentiam Moabitarum propheta exagitat, adductis iudiciis quæ deinceps narrantur, usque ad v. 26.

VASTATVS EST MOAB.] Alij in futuro: *Vastabitur Moab.*

ET CIVITATES ILLIVS SVCCENDERVNT.] Heb. *& vrbes eius ascendit, vel conscendit,* scilicet hostis. Alij: 1. *& vrbes eius, id est, vnaqueque urbium eius, ascendit, per ignem & fumum.* 2. *& multitudo urbium eius ascendet, sursum, id est, euanescet, abibit de medio & peribit.* 3. *Et civitates illius excidit hostis Chaldæus.* 4. *& civitatum eius facta est sublatio.* 5. *& civitates eius excisa fuit, vel excisa fuerunt, euauit quæque earum.* Poteris legere: *excidit, penultima breui.* 6. *& vrbes eius, id est, vnaquæque ex urbibus eius ascendit, id est, sublata est, defecit.* Hic *גביר* *gbir* *vrbs*, videtur esse masculinum præter morem, nam construitur cum verbo masculino, *ascendit*: vel certè masculino verbo vitur habita ratione populi, qui erat in urbibus, vnde Hebræorum nonnulli exponunt; 7. *& populus civitatum eius ascendit, id est, aliquid translatum est, vel subiatum est, euauit in au-*

ras. 8. Tremellius & Iunius : & e ciuitatibus suis ascendit, scilicet Moab, inde exactus ab hostibus.

ET ELECTI IUVENES EIVS DESCENDERUNT IN OCCISIONEM.] Alij: ex Heb. 1. & electi iuvenes eius ad laniendam, vel eadem descenderunt. 2. & detestus iuuenum eius siue & letissimi iuvenes eius descendunt ad mactationem.

VERS. 17. CONSOLAMINI EVM OMNES, QUI ESTIS IN CIRCVITV EIVS.] Alij: 1. Commouentur eius gratia omnes, qui sunt per circuitum eius. 2. condoletur ei omnes circumstantes eum. Heb. ad verbum: *Diagate, demigrate ei*, id est, distrahite, diuertite ei animum à mœrore & dolore, in quo versatur, vide similem loquutionem Iob. 2. v. 11.

QUOMODO CONFRACTA EST VIRGA FORTIS, BACVLVS GLORIOSVS!] Alij 1. *Quomodo confractus est baculus fortis, virga praeclara* 2. *Quomodo confracta est virga roboris, & serperum gloria?* id est, qua ratione factum est vt regnum Moab tam potens & gloriosum sit delerum? 3. *Quomodo fractus est baculus robustissimus, virga ornatissima*, id est, regnum & potentia amplissima, cui confidebant.

VERS. 18. DESCENDE DE GLORIA, ET SEDE IN SITI HABITATIO FILIA DIBON.] Alij ex Heb. 1. *Tu quoque filia, qua Dibon inhabitas, descende de magnificencia tua, & sede in siti*, id est, habitabis in loco sicco, & siticulosissimo. 2. *Descende de gloria, & sede in loco siti*, seu *in sicco, ô deses filia Dibonis*. De Dibone vide Isai. 15. 2.

VERS. 19. IN VIA STA, ET PROSPICE HABITATIO AROER.] Alij ex Heb. *Iuxta viam consisse, & speculari habitatrix Haroberis*. De qua vide in Numer. 32. v. 34. Deuteron. 2. v. 36. & 3. v. 12. Isai. 17. 2.

Interroga fugientem, & ei, qui euasit, dic, *Quid accidit?* Alij: *interroga fugientem virum, & feminam eripientem se, dic, Quid factum est?* Heb. sunt duo participia, prius masculinum, posterius fœmineum, vt viros & fœminas fugientes includat.

VERS. 20. CONFVSVS EST MOAB, &c.] Alij hunc versum ex Heb. educunt: 1. *Pudescit Moab quoniam expanit*, seu *contritum est: ululate & clamate, annuntiate in Arnone quod vastatus sit Moab*. 2. *Erubescit Moab, inquit, quia contritum est, eiu late & clamate: indicite ad Arnorem vastari Moabum*. De Arnone vide in Numeror. 21. 13. & Isai. 16. 2.

VERS. 21. ET IVDICIVM VENIT AD TERRAM CAMPESTREM.] Alij: *Nam iudicium adueniet in terram planities*, seu *planam*. Cuius oppida ibi ditione Moabitarum sita sequentibus nominantur.

SVPER HELON.] Alij: *In Cholonem*. Si hæc est illa in montanis Iehudæ, Iosue 15. 51. filijs Aaronis attributa, Iosue 21. 15. videtur hisce temporibus in ditione Moabitarum fuisse Sed potius existimo diuersam: nam illa in monte, hæc in planitie fuit.

ET SVPER IASA.] Heb. & *ad Iabzah*, de qua vide in Numeror. 21. 23. & Isai. 15. 4.

ET SVPER MEFHATH.] attributam

Reubenitis in iure Leuitarum, Iosue. 13. 18. & 21. 37.

ET SVPER DIBON.] vt supra vers. 18,

ET SVPER NABO.] vt supra vers. 1.

ET SVPER DOMVM DEBLATHAIM.] Alij: & *in Bethdiblahaima*, siue *Diblahaima* tantum, de quibus Numeror. 33. 46.

ET SVPER CARIATHAIM.] vt supra vers. 1. VERS. 23.

ET SVPER BETH-GAMVL.] Huius oppidi alibi Scriptura non meminit. Latinis sonat, *Dominus ablactationis*, seu *educationis*, vel *retributionis* aut *domus cameli*. Forte quod abundaret Camelis, vel quod in ea multa pecora alerentur.

ET SVPER BETHMAON.] Alij: & *in Beth-Mehonem Eaiihun* vocat Isaias 15. 2. vide ibi Notas.

ET SVPER CARJOTH.] Alij: *Et in Kerijothas*, oppidum nobile, de quo Hamos 2. vers. 2. Fuit *Kerijoth* vrbs sortis Iehudæ in confinibus Idumææ, Iosue 15. v. 25. quæ si eadem cum ista est, cesserat his temporibus Moabitibus. Sin diuersa, potuit ab ista dici Iudas proditor Domini, *Iskerijoth*, vir *Kerijothensis*: qua ratione fuerit ille Moabita. Iosue 15. 25.

ET SVPER BOSRA.] Alij: & *in Botzram*, siue *Betzerum*, Reubenitarum, attributum Meraritis, Iosue 21. 36. deinde verò à Moabitibus occupatum: vide de eo in Deuteronom. 4. 43. aliis verò locis *Botzrah*, Idumæorum est: vt Genes. 36. 33. Isai. 34. 6. 63. 1.

ABSCISSVM EST CORNV MOAB.] Alij: *Resectum est cornu Moab*. vel *Succidetur cornu Moabi*. id est, regnum, vt 1. Samuel. 2. 1.

INEBRIATE EVM, QVIA CONTRA DOMINVM ERECTVS EST.] Alij: *Quia contra Iehouam magnificauit se*. seu *magnifice se extulit*. Secundus exornationis locus, vt dictum est in vers. 11. ab ira Dei, cuius effundendæ argumenta ponuntur duo: vnum est, insolentia ipsorum contra Deum, & populum eius, quam Deus prædicit se iudiciis retusurum esse, vsque ad vers. 35. alterum est, idololatria, vsque ad vers. 40. Dicit autem, *Inebriate*, vt dixerat supra cap. 25. v. 15. & sequentibus, & singulariter de Moabitibus, v. 21. quasi dicat, ô Chaldæi affatim potate hunc insolentem Moabum poculo iræ Dei, valde & prolixè affligite, percutite eum vsque ad amentiam, efficite vt Moab vi iræ & afflictionis incidat in amentem ebrietatem.

ET ALLIDET MANVM MOAB IN VOMITV SVO, ET ERIT IN DERISVM ETIAM IPSE.] Alij ex Heb. 1. *Sanctes: & vertet se de latere in latum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse*. 2. *Vatablus, Montanus: vt voluet sese Moab in vomitu suo*. Metaphora ab immodice ebriis, qui postquam vomuerint volutant sese in vomitu, postea ridentur à sobriis. vel *vt percutiat sese, concutiat sese ad terram Moab in vomitu suo*. id est, ad terram corpus suum concutiat & allidat, vt solent ebrij. 3. *Forsterus: pulsetur etiam Moab in vomitu suo*. id est, concutiat. vel *pulsabitur seu pulsabit sese, &c.* 4. *Leo Iudæ, Marinus, Auenarius: vt complodat Moab manus suas in vomitu suo, & ludibrio sit ipse quoque.* 5. *Schindlerus:*

VERS. 22.]

VERS. 23.]

ביתגמול

VERS. 24.]

VERS. 25.]

VERS. 26.]

derus : *ut plaudat Moab in vomitu suo.* id est, manus collidat præ angustis suis. Aut corpus ad terram allidat, sicut ebrius, qui ubi euomuerit, vinum, quod bibit, in eo hi c inde volutatur, & à sobriis deridetur 6 Tremellius, Iunius, Buxtorffius : *ut plaudat Moab in vomitu suo, & sit risui ipse quoque.* id est, plausu totius corporis volute se in suo vomitu, ex ebriorum more. Possis accipere, *ut impingat Moab in vomitu suo.* vt solent ebrij vomentes manu, & corpore impingere, & alludi.

VERS. 27.

FUIT ENIM IN DERISVM TIBI ISRAEL &c.] Alij : 1. *An non ludibrio tibi fuit Israel? nun inter fures deprehensus est? à te: quia ex quo verba tua de eo, facis: te ipsum commouisti.* id est, tripudiasti & exultasti gaudio. Sensus est; Cur risisti Israelem, quam captiuus abduceretur, idque non aliter, quam si eum in furto deprehendisses? nam quoties de calamitate ipsius Israelis verba facis, præ gaudio vehementer exilij. 2. *Nam, an non risui tibi fuit Israel?* Apostrophe ad Moabitas, exprobrans insolentiam illorum in populum Dei. *an inter fures inuenus est?* videlicet, quod pudore furis populum meum afficis? vt Iob 30. 5. & supra cap. 2. 26. *quod quum verba tua facis de eo, commouens te.* id est, prorumpis in risum, & impotentissimè cachinnaris.

PROPTER VERBA ERGO TVA, QUÆ ADVERSVS ILLVM LOQVVTVS ES, CAPTI-VVS DVCKERIS.] Hunc sensum rectè ferunt Hebræa, quæ ad verbum habent: *quia de sufficientia verborum tuorum de eo, diuagare, seu demigrare te ipsum-facies.* Possis quoque exponere: postquam satis superque in eum verbis inuectus ac debacchatus fueris, diuagare tete facis, id est, totum te commoues & agitas præ gaudio ac læticia, gestis, tripudias, exilis, saltas.

VERS. 28.

ET ESTOTE QVASI COLUMBA NIDIFICANS IN SVMMO ORE FORAMINIS.] variè alij ex Heb. 1. *Sanctes: & estote quasi columba, quæ nidificat in lateribus foueæ.* 2. *Varablus in lateribus orificij cavernæ.* id est, in rupium foraminibus, quasi dicat, cogemini morari in cavernis quasi columbæ. Solent enim columbæ nidulari in foraminibus rupium, quæ sunt ad ora cauernatum montium. 3. *Leo Iudæ: & estote similes columbæ nidulanti in prominentis foraminis foueæ.* 4. *Forsterus: & estote sicut columba, quæ nidificat in transitibus foraminis foueæ. vel in peruis oris foueæ.* 5. *Tremellius & Iunius: & estote similes columbæ nidificanti in transitibus oris fosse, siue, in latericis hiatus caui.* 6. *Hispanicus Interpres aptè: y sed como la paloma que haze nido de tras de la boca de la caverna.*

VERS. 29.

AVDIVIMVS SVPERBIAM MOAB &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: 1. *Audiuimus.* id est, intelleximus, Nouimus, & norunt omnes, *superbiam Moabi* (qui supra modum fastuosus est) *superbiam eius, fastum eius, arrogantiam eius, & elationem cordis eius.* 2. *Audiuimus superbiam Moabi, fastuosum esse admodum, altitudinem eius, & superbiam eius, fastumque eius, & elationem animi eius.* vide similem versum Isai. 16. 6.

EGO SCIO, AIT DOMINVS, IACTANTI AM EIVS &c.] Alij ex Heb. hunc versum exponunt: 1. *Ego noui, inquit Iehoua, transgressionem eius, seu excessum iræ, iracundiam: cui nec lacerti eius, nec facta eius respondent.* 2. *Ego noui, dictum Iehoua, furorem eius: & non veritas, seu stabilitas: id est, non est stabilis seu subsistens ira eius, nihil roboris habet: mendacia eius.* item noui, *non ita facturi sunt.* vt decreuerant aut iactauerant. quasi dicat, probe noui furorem Moabi vanum & nihili esse, nullum sortiturum effectum: noui etiam mendacia eius, qui nihil facturi sunt eorum, quæ contra hostes se facturos per factum, & arrogantiam thraconicè deblatterant. 3. *Ego noui, ait Iehoua, indignationem eius, non rectè agit, mendacia eius sunt cuncta, quæ loquitur, non rectè agunt.* 4. *Ego noui, dictum Iehoua excandescientiam eius, tamen non ita efficiet: mendacia eius non ita efficiunt.* id est, furat & rumpatur licet, ac mendaciter gloriatur: plurimum tamen aberit à suis rationibus. 5. *Ego noui, ait Iehoua, indignationem eius rectitudinem non fecerunt.* Duas voces quibus hîc vitur propheta גִּבְרָה ghebrab, & בָּדִים badim, affatim expositas habes Isai. 16. 6. vbi similis huic sententia ponitur.

VERS. 30.

IDEO SVPER MOAB EI VLABO &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Propterea super Moab eiulabo, & super totam Moab vociferabor, ad viros Kir-heres meditabitur.* cor meum. Alij: *garruet.* seu, *cogitabundus missitabit Moab.* 2. *Hac de causa propter Moab ululabo, & propter totum Moab vociferabor, propter viros Kir-heres gemit.* cor meum. 3. *Idcirco propter Moabitas eiulo, & propter Moabum totum clamito, propter homines Kir-Cheresi gemit animus meus.* Amplificatio indictæ calamitatis à persona prophetæ, tanta, inquit, & tam insperata calamitas Moabitis euentura est, vt pethorrescam totus ad cogitationem illius, & me misereat ipsorum: sic etiam in altero membro, infra vers. 36. vide similem locum Isai. 16. 7. nam Ieremias hic multa ex Isai. cap. 15. & 16. mutuatur. De Kir-Cheres, vide Isai. 15. v. 1. & 16. v. 7. & 11. sic infra vers. 36.

VERS. 31.

DE PLACIV IAZER FLORABO TIBI VINEA SABAMA.] Alij: 1. *Fletu Iazer, id est, fletu simile fletui, quo defleui Iazerem, quæ iam victa & abducta fuit, flebo super te, ô vitis Sibmah.* 2. *Supra florum Iahazeris defleo te, ô vitis Sibmah.* id est, amplius isto quam olim defleuit Ieschahjah 16. v. 9. *De Iagherre,* vide Isai. 16. v. 8. & 9. & Numeror. 21. 32. & Iosue 21. 19. *De Sibmah,* 16. 8. & 9. Num. 32. 3. & 38.

VERS. 32.

PROPAGINES TVÆ TRANSIERVNT MARE, &c.] Alij reliquum versum ex Hebr. reddunt: *propagines tue traiciunt mare, usque ad mare Iahazeris pertingent, super æstiuos fructus tuos, & super vindemiam tuam vastator irruet.* vide Isai. 16. v. 8. & 9. nam illum hîc Ieremias imitatur.

VSQVE AD MARE IAZER PERVENERVNT.] Quidam: *usque ad mare Iahazeris, vel Iahazerem pertigerunt.* Sed Iahzer longè aberat à mari mediterraneo, quamuis non

longius distaret à mortuo. Proinde alij reddunt: *ad mare, à Iahzer, pertigerunt, vel usque ad mare viti Iahzeris peruenierunt.* deportandi in alias regiones.

VERS. 33. **ABLATA EST LÆTITIA ET EXULTATIO, &c.]** Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. *Ablatum est gaudium & exultatio de agro cultio & fertili de terra Moabi: vinum feci cessare de torcularibus, non calcabitur cum celeusmate, quoniam celeusma non erit celeusma.* 2. *Et intercipientur lætitia & exultatio ex aruis à terra Moabi, & vinum à lacubus faciam ut cesset: non calcabitur calcustes, celeusma non erit celeusma.*

DE CARMELO.] Hic sanè non est nomen proprium, sed appellatiuum, de agris, aruis fertilibus, uberrimis. vide supra 2.v.7. & Isai.33.9. Nam nec regio, nec mons Carmeli erant in Moabitide regione.

CELEUSMA.] צֶלְעֻסְמָא *hedad.* vide de hac voce Isai.16.verf.9. & 10. & supra cap.25.30. Ter hic ponitur, duo priora quidam concretè accipiunt, pro *celeusma.* id est, eo qui *celeusma* decantat.

VERS. 34. **DE CLAMORE HESĒBON, &c.]** Alij hunc versum ex Hebr. transferunt, 1. *Propter clamorem Hesebonis dederunt vocem suam usque ad Elhale, & usque ad Iahaz: à Zohar usque ad Hornaim vitula trima: quoniam & aqua Nimrim desolata erunt.* id est, vociferante, ciulante, & tumultuante Hesebone celeberrima Moabitarum vrbe, capta ab hoste, fugientes ex ea flebilem vocem edent usque ad Elhale & Iahatz vicinas vrbes: item cœtus Moabitarum fugiens à Zohar vrbe capta, usque ad Hornaim similiter edent vocem flebilem: nec vllus relinquatur locus intactus, nam etiam aqua Nimrim desolabuntur. hoc est, locus Nimrimorum irriguus & fertilis. Congregationem Moabitarum comparat vitula trimæ, quæ succulenta & pulchra esse solet. *Sic Moabita ante felices & opulenti destruentur.* 2. *Pra clamore Chesebonis Elhalen usque, Iohatzum usque edent vocem suam, à Tzohare Choronaïna usque, quasi vitula trima: nam etiam aqua Nimrimorum in desolationes erunt, seu desolatissima erunt.*

DE CLAMORE HESĒBON VSQVE AD ELEALE ET IASA DEDERVNT VOCEM SVAM.] vide Isai.15.4.

A SEGOR VSQVE AD ORNAIM.] vide Isai.15.v.5.

VITVLA CONTERNANTE.] Potest istud referri ad Segor, & ad Moab. vide latè in Isai.15.v.5.

AQVE QVOQVE NEMRIM PESSIMÆ ERVNT.] Hebr. quia aqua Nimrim in desolationes erunt: vide Isai.15.6.

VERS. 35. **ET AVFERAM DE MOAB, &c.]** Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Facere quoque faciam ipsi Moabo, dictum Iehoua, sacrificantem in excelsis, & adoletem diis suis.* 2. *Ita faciam ut cesset Moabo, dictum Iehoua, qui offerat in excelsis, & adoleat diis suis.* quasi dicat, omnes idololatræ Moabi peribunt. Alterum iræ diuinæ argumentum, vt diximus in v.36. Propterea cor meum ad Moab, &c. Alij ex Hebr. 1. *Hac de causa cor meum propter Moab*

instar tristium tibiærum perstrepet, siue resonabit: id est, ob calamitatem Moabi, quæ grauissima erit, cor meum edet vocem lugubrem, instar tibiærum, quibus carmina funebria canuntur: de huiusmodi tibiis, quæ in funeribus adhibebantur, meminit Matth.9. verf.23. Sed de tibiis funebribus vide plura apud Antonium Nebrissensem in Quinquagena, cap.46. & Ioannem Kirchmannum lib.2. de Funeribus Romanorum, cap.5. Galenus 3. Symptomatum, annotat, rugitum quem viscera vacua edunt similem esse tibiæ funereæ. & *cor meum propter viros Kir-Cheres instar funebrium-tibiærum perstrepet, seu resonabit.* 2. *Idcirco habet se cor meum propter Moabum perinde atque tibia triste mustians, & cor meum propter viros Kir-Cheres velut tibia perstrepit.* 3. *Idcirco, id est, propter idololatriam, quæ modo dicta est, animus meus propter Moabum vt tibia perstrepet, & animus meus propter homines Kir-Cheres, vt tibia perstrepet.* vide Isai.16.11.

QVIA PLVS FECIT QVAM POTVIT, IDCIRCO PERIERVNT.] Nostra Translatio verbatim Hebræa expressit: diuersimodè. Alij: 1. *quia residua diuitia quas fecit, perierunt.* 2. *ob id, inquam, legebo, quia diuitia quas fecit, siue comparauerat sibi Moab labore multo, peritura sunt.* 3. *Quoniam, quò reliqui fuerunt, perierunt.* 4. *Forsterus: eo quod abundantia, vel superabundantia, quam fecit, ablata sit.* 5. *Auenarius: propterea residuum, exuberantia, uberius, quod fecit, perierunt.* 6. *Tremellius & Iunius: Idcirco quamuis residuum fecerit, peribunt tamen.* id est, vtcunque Moabitæ sibi de commeatu prouiderint, & de cibario sibi prospexerint, peribunt nihilominus. vide in Isai.15.7.

OMNE ENIM CAPVT CALVITIVM, &c.] **VERS. 37.** Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Quoniam omne caput est caluum, & omnis barba attonsa: in omnibus manibus incisura, & super omnes lumbos faccus.* Describitur habitus lugentium, & significatur maximus luctus. Omnes, inquit, præ luctu vellent sibi capillos, barbam sibi truncabunt, incident sibi manus, & cilicium asperum induent depositis solitis vestibus. 2. *Nam omni capiti caluitium erit, & omnis barba execta, in omnibus manibus casura, & super lumbos cilicium.* id est, omnes prementur luctu acerbissimo: synecdoche. 3. *Hispanicus Interpretes: Porque en toda cabeça aura calua, y toda barba sera menoscabada, y sobre todas manos rasguños, y sacos sobre todos lomos.*

ET OMNIS BARBA RASA.] Hebr. diminuta, succisa, execta, adempta, detracta, extracta.

ET IN CVNGTIS MANIBVS COLLIGATIO.] Non prorsus abest ab Hebræo hæc interpretatio: nam colligationes in manus sunt quasi irruptiones. גְּבֻדוּת *gbedudoth,* propriè, irruptiones, latrocinationes, incisiones, casura, dilacerationes, dilaniationes, incursiones. vide de hoc gentium ritu supra cap.41.5. & 47.5.

SVPER OMNIA TECTA MOAB.] vbi **VERS. 38.** idola coluerant in propatulo.

OMNIS PLANCTVS.] Alij: *totus erit planctus.*

QUONIAM CONTRIVI MOAB SICUT VAS INVITILE.] Alij: 1. quoniam contrivi Moabum tanquam vas, in quo non est complacentia. id est, non est gratum figulo, quo nemo delectatur. 2. tanquam vas cui nulla est gratia. 3. quum fregero Moabum ut instrumentum in quo nulla est delectatio. ut supra cap. 22. 28.

VERS. 39.

QUOMODO VICTA EST, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. Quomodo fractum est regnum Moabi, dicent ululantes, quomodo vertit cervicem Moab & pudore-affectus est? & quomodo fuit in derisum & fornicidinem omnibus circuitibus eius? quasi dicat, Quum Moabitæ videbunt calamitatem suæ regionis, eiulabunt, dicentes: Quomodo factum est, ut regnum florentissimum Moabi tam cito eversum sit? &c. 2. Quomodo expavit? vel contritus aut fractus est animo? (ululabunt, hoc est, eiulando dicent: quomodo vertit cervicem, vel terga vertit Moab, & pudore-affectus fuit? fuitque Moab in derisum, & in terrorem omnibus, qui sunt in circuitibus eius. 2. Papæ, ut pavet? ut ululant? ut cervicem intorquet Moab præ pudore? sed erit Moab ludibrio & terrori omnibus, qui circum eum sunt. 4. Quomodo contrita est? eiulate, quomodo obvertit cervicem Moab pudende? estque Moab risui & consternationi apud omnes circumstantes ipsum?

VERS. 40.

HÆC DIXIT DOMINUS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. Nam sic ait Iehoua: tertia pars exornationis, à persona hostium, ut diximus supra in vers. 11. Ecce similis aquila inuolabit hostis, pandetque alas suas in Moabum. ut supra cap. 4. vers. 13.

VERS. 41.

CAPTA EST CARJOTH, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. efferunt, 1. Capta sunt vrbes, & munitiones occupata, seu expugnata: critque cor heroum Moabi ab eo tempore, sicut cor femina angustis partus comprehensa. 2. Capiuntur Kerijothæ, de quibus supra vers. 24. & unaquaque munitionum occupabitur: & erit animus potentum Moabi die illo, ut animus mulieris perpetientis tormina.

CARIOTH.] Hebr. Kerijoth. Plerique pro appellatiuo accipiunt: ciuitates, vrbes: alij, pro proprio, de quo supra vers. 24. quod est rectius.

MVIERIS PARTURIENTIS.] מְצַרָה metzerah, aiunt esse participium fœmineum Hiphil, & tamen significationis immanentis, exponuntque: mulieris affecta, seu afflicta, & comprehensa angustis, scilicet partus. vel mulieris moesta, & versantis in angustia, posita in anxietate. Neque enim transitiuè sumitur, quamuis sit vocis actiuæ participium. Sed factius est retinere actiuam significationem, ad maiorem emphasim; mulieris coangustantis, seu angustiantis, affligentis, quæ in angustis & doloribus partus constituta sese vehementer angit & affligit atque etiam circumstantes: quæ se dolore comprimit, ac coangustat. Forsterus nomen substantiuum esse vult, redditque: & erit cor heroum Moabi in die illa velut cor mulieris in angustia. scilicet existentis, id est, in partu. Marinus, & alij faciunt adiectiuum, à צַר צַר efformatum: mulieris tor-

minibus-partus-affecta. Sic infra cap. 49. 22.

ET CESSABIT MOAB ESSE POPVLVS, VERS. 42. &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt. 1. Et delebitur Moab ne sit populus, quia contra Iehouam magna molitus est. Quidam: magnificauit os suum, id est, contumeliosè in Deum loquutus est. 2. Et excindetur Moab ne sit populus, quia contra Iehouam magnificauit se. vide supra v. 26.

VERS. 43.

PAVOR, ET FOVEA, ET LAQUEVS, &c.] Alij: Pavor, & fossa ad laqueus imminet tibi, & incolæ Moabi, dictum Iehouæ, Conclusio, ut dictum est in vers. 1. Continens primum summam iudiciorum præcedentium, quatuor versibus: deinde promissionem Euangelicam de vocationem ad regnum Christi, versu ultimo. Similem autem huic versum vide Isaia 24. 17.

VERS. 44.

QUI FUGERIT A FACIE PAVORIS, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. Qui effugerit pavidem, id est, hostes, qui metum incutient, cadet in foveam, paratam à Deo: & qui emergerit de fovea, capietur laqueo: quia inducam super eum, nempe super Moabum annum visitationis eorum, dictum Iehouæ. 2. Qui effugerit à pavidem, incidet in fossam, & qui ascenderit ex fossa, capietur laqueo: quum inueham in ipsum, in Moabum annum visitationis, seu, animaduersionis, ipsorum, dictum Iehouæ. quasi dicat, eo tempore, quo in eos animaduertero, nullus omnino euader.

VERS. 45.

IN VMBRA HESBON STETERVNT, &c.] Alij ex Heb. hunc versum exponunt: 1. In umbra Hesebonis steterunt, qui fugerunt propter vim hostis: quia ignis egressus est ex Hesebone & flamma de Sihone, & deuorauit angulum Moabi, & verticem filiorum tumultuosorum. Quasi dicat, Fugientes Moabitæ ab excidio Chaldaico, Hesebone erant, vrbe quondam potentissima, ex qua cum in ditione Amorrhæorum teneretur, & ex vicina vrbe Sichone milites acerrimi & ardentissimi instar ignis prodire solebant, qui totam Mohabitidem deuastarent, & quosque primi ordinis seu proceres ex Moabitis. Ac si dicat, nihil profuit Heseboni, quod olim potentissima fuerit, & fortissimis militibus, quin effugiat cladem à Babyloniis. Alludit hinc propheta ad historiam Numeror. 21. 28. 2. In umbra Cheschbonis stabant, qui fugiebant à vi: sed ignis egredietur Cheschbone, & flamma è medio Sichonis, qui consumeret latus Moabi, & verticem filiorum strepitus. seu, eorum, qui nihil nisi strepunt. id est, Moabitarum obstreperorum & thrafonum. possis reddere, filiorum ruina, seu, precipitij. id est, qui exitiali ruina præcipitandi sunt.

VERS. 46.

VÆ TIBI MOAB, PERISTI POPVLE CHAMOS.] Heb. perit populus Chemos. Accepit Iirmeia hæc verba Numer. 21. 29.

VERS. 47.

ET CONVERTAM CAPTIVITATEM MOAB IN NOVISSIMIS DIEBUS.] Alij: Astamen reducam multitudinem captiuam Moabi in extremitate dierum, seu ultimis temporibus. Vaticinium esse de vocatione Moabitarum ad regnum Christi, etiam ipsi Hebræorum Explanatores fatentur. Quod sanè impletum est, quum Arabes nomen Christo dederunt.

Hyc

HVCVSQVE IVDICIA MOAB.] Alij: *Hactenus iudicium Moabi. id est, supplicium iusta, Dei sententia & consilio decretum ac*

constitutum, ac mihi Iirmeiæ reuelatum. Quidam notant hanc clausulam appositam, quod hæc prophetia longior fuerit.

CAPVT XLIX.

Desolatio Ammon, Idumæe Damasci, Cedar, regnorumque Afor & Ælam præ-nunciatur: captiuitas autem filiorum Ammon ac Ælam tandem soluenda.

Vulg.

Malu.



I D filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Numquid non filij sunt Israel? aut heres non est ei? Cur igitur hereditate possedit Melchom, Gad: & populus eius in urbibus eius habitauit?

2 Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum pralij, & erit in tumultum dissipata, filiaque eius igni succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

3 Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai. clamate filia Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius & principes eius simul

4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua, filia delicata, qua confidebas in thesauris tuis, & dicebas: Quis venies ad me?

5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.

6 Et post hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon, ait Dominus:

7 Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid non ultra est sapientia in Theman? Perit consilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum.

8 Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius.

9 Si vindemiatores eius venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret tibi.



I Illis Ghamonis sic dixit IHVH; An filij non Israel? si hæreditans non ei? quid a cognitionis

hæreditauit rex eorum Ghadem? & populus eius in urbibus eius habitauit!

2 Ad sic ecce dies venientes, b Fidelis-fermo IHVH, & audire-faciam ad c Rabbath filiorum Ghamonis d tarantara e cæssionis, & erit f tumulo g afflationis; & filia eius in igne conflagrabit: & hæreditabit Israel hæreditantes suos, dixit IHVH.

3 Eiula, Chesbon, quia deuastrauit Ghai, clamate filia Rabbah, accingite saccos, plangtum-celebrate, & h circumeundo-dimittite - vos ipsas-facite in sepibus: quia rex eorum in deuolutione ambulabit; Sacerdotes eius & principes eius i vnite.

4 Quid extollere te ipsam-facies in k vallibus? fluens vallis tua, o filia reuertens, confidens in thesauris suis; Quis veniet ad me?

5 Ecce ego venire-faciens super te pauorem, Fidelis-fermo Adonai IHVH TZEBAOTH, de omnibus circuitibus tuis: Et impellemini l vir faciebus suis, & non congregans diuaganti.

6 Et post sic reuertere-faciam captiuam-abductionem filiorum Ghamonis, Fidelis-fermo IHVH.

7 m Edom sic dixit IHVH TZEBAOTH: An non adhuc Sapientia in Theman; ablatum fuit consilium de filiis; contracta-fuit sapientia eorum.

8 Fugite, n faciare-f æti fuerunt, profundauerunt ad habitare, habitantes Dedanis: quia repentinam-calamitatem Ghesau venire-feci super eum, o tempore tempus visitaui eum.

9 Si vindemiatores venerunt tibi, non relinquent p racemationes: si fures in nocte, funditus-perdiderunt sufficientiam q eorum.

a causæ
b vide in
Genes. 22. 16.
sic v. 5. 6. 13.
16. 26. 30.
31. 32. 37. &
38. 39.
c Rabbah
d tarantara-
rizationem:
vide Exo. 4.
32. 17. Leuit.
23. 24. 1
e belli. præ-
tij, pugnae
f datius. in
tumulum,
cumulum,
aceruum
g afflatus,
afflatae stu-
pendæ. de-
solationis
h ut c. 5. 1.
i vnâ, pari-
ter, simul;
k cõualibus,
profundi-
tatibus;

l quisque
ad facies
suas

m datius.
Edomæe]
sic v. 17. 20.

n facti sunt,
iussi sunt
facies ver-
tere

o tempore

p postre-
mos racem-
os
q suam

10 Quia

10 Ego verò discooperui Esau, reuelau
abscondita eius, & celari non poterit: va-
statum est semen eius, & fratres eius, &
vicini eius, & non erit.

11 Relinque pupillos tuos: ego faciam
eos viuere: & vidua tua in me spera-
bunt.

12 Quia hac dicit Dominus: Ecce qui-
bus non erat iudicium vt biberent cali-
cem, bibentes bibent: & tu quasi inno-
cens relinquêris: non eris innocens, sed
bibens bibes.

13 Quia per memetipsum iuravi, di-
cit Dominus, quèd insolitudinem, & in
opprobrium & in desertum, & in male-
dictionem erit Bosra: & omnes ciuitates
eius erunt in solitudines sempiternas.

14 Auditum audiui à Domino, & le-
gatus ad Gentes missus est: Congregami-
ni, & venire contra eam, & consurga-
mus in pralium:

15 Ecce enim paruulum dedi te in Gen-
tibus, contemptibilem inter homines.

16 Arrogantia tua decepit te, & su-
perbia cordis tui: qui habitas in cauer-
nis petra, & apprehendere niteris al-
titudinem collis. cum exaltaueris quasi
aquila nidum tuum, inde detrabam te,
dicit Dominus.

17 Et erit Idumaa deserta: omnis qui
transibit per eam, stupebit, & sibilabit su-
per omnes plagas eius.

18 Sicut subuersa est Sodoma, & Gomor-
rah, & vicina eius, ait Dominus: non ha-
bitabit ibi vir, & non incolet eam filius
hominis.

19 Ecce quasi leo ascendet de superbia
Iordanis ad pulchritudinem robustam:
quia subito currere faciam eum ad illam:
& quis erit electus, quem preponam ei?
quis enim similis mei? & quis sustinebit
me? & quis est iste pastor, qui resistat
vultui meo?

20 Propterea audite consilium Domini,
quod iniiit de Edom; & cogitationes eius,
quas cogitauit de habitatoribus Theman:
Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi
dissipauerint cum eis habitaculum eo-
rum.

21 A voce ruina eorum commota est ter-
ra: clamor in mari rubro auditus est vo-
cis eius.

22 Ecce quasi aquila ascendet, & auo-
labit, & expandet alas suas super Bos-
ram: & eris cor fortium Idumæ in die
illa, quasi cor mulieris parturientis.

10 Quia ego denudaui Ghesau, re-
uelau mysteria eius; & abscondi non
poterit: deuastatum fuit semen eius,
& fratres eius, & conscenitantes eius, &
non ipse.

11 Delinque orphanos tuos, ego vi-
uificabo: & viduas tuas super me con-
fidetis.

12 Quia sic dixit IHVH, Ecce quo-
rum non iudicium eorum ad bibere
calicem, bibere bibent; & tu ipse va-
cuare vacuabis, quia bibere bibes.

13 Quia in me iuramento-obstrictus-
fui, Fidelis-sermo IHVH; quia ¹ affla-
tioni, probro, ² siccitati, & ³ leuifacio-
ni erit Botzrah: & omnes vrbes eius
erunt ⁴ siccitatibus æterni.

14 Auditionem audiui de ad IHVH;
& legatus in gentibus missus: Congre-
gate-vos ipsos-facite, & venite super
eam, & surgite ⁷ cæssioni.

15 Quia ecce paruulum dedi te in gen-
tibus, spretum in homine

16 Tremor tuus ² se duxit te; super-
bia cordis tui, ² scenitans in ^b forami-
nibus rupis, capiens eleuationem collis:
quia excelsum-facies sicut aquila ni-
dum tuum; de ibi descendere faciam
te, Fidelis-sermo IHVH.

17 Et erit Edom ^c afflacioni: Omnis
transiens super eam, afflabit, & sibilabi-
bit super omnes percussiones eius.

18 Sicut Subuersio Sedom, & Gha-
morah, conscenitatorum eius, dixit
IHVH: non habitabit ibi ^d vir & non ^e
trahet in ea filius Adami.

19 Ecce sicut leo ascendet de ^f super-
bia Iardenis ad ^g nomum ^h duriciæ; quia
rigere-faciam, currere faciam eum de
super eam; & quis electus, ad eam vi-
sitabo: quia quis sicut ego? & quis con-
testabitur me? & quis iste pastor, qui
stabit ⁱ faciebus meis?

20 Ad sic audite consilium IHVH,
quod ^k consiliauit ad Edom, & excogi-
tationes eius, quas excogitauit super
habitantes Themanis: Si non trahent
eos ^l minores ouis; si non ^m afflare-fa-
ciet super eos nomos eorum.

21 De voce cadere eos commota-
fuit terra: clamor in mari suph audita-
fuit vox eius.

22 Ecce sicut aquila ascendet, & vo-
labit, & expandit alas super Botzrah:
& erit cor ⁿ præualidorum Edom in
die ipsa sicut cor ^o mulieris coangu-
stantis.

^r contabere
naculatores,
cchabitato-
res, comtu-
bernales,
vicini sic
v. 18.

^s afflatui,
afflante, affi-
pendæ de-
solacioni
^t deuastati-
oni
^u villipediõ.
execracioni
^x datius.
in desola-
tiones
^y ad bellum,
prælium,
pugnã

^z obruit
^a taberna-
culas, cchã-
bitans
^b vt Canti-
cor. 2. 14.

^c vt v. 13

^d quisquam
^e peregrina-
bitur, inco-
let, com-
morabitur
^f elacione
^g vt Exod.
15. 13.
^h roboris,
fortitudinis
&c. vide
Exod. 14. 27.
ⁱ datius. ad
facies meas

^k iniiit, con-
suluit, cepit

^l minoren-
nes, gregis,
pecoris
^m stupende-
desolabit

ⁿ potentum,
heroum,
gigantium
^o viræ

23 Ad Damascum: Confusa est Emath, & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: pro sollicitudine quietescere non potuit.

24 Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam: angustia, & dolores tenuerunt eam quasi parturientem.

25 Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem letitiæ!

26 Ideo cadent iuvenes eius in plateis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa, ait Dominus exercituum.

27 Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mania Benadad.

28 Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis: Hæc dicit Dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis.

29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circuitu.

30 Fugite, abite vehementer, in varginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus: inuit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum vos cogitationes.

31 Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: non ostia, nec veetes eis: soli habitant.

32 Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni consinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus.

33 Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

34 Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Ælam, in principio regni Sedechia regis Iuda, dicens:

35 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum Ælam, & summam fortitudinem eorum.

36 Et inducam super Ælam quatuor

23 P Damefeko. Pudefacta-fuit Chamath & Arphad; quia auditionem malam audierunt, liquefacti-fuerunt: in mari ^q sollicitudo; ^r tranquillare non poterit.

24 Remissa-fuit Damefek, ^f faciuit ad fugere, & tremorem obtinuit: coangustationem & ^t funes apprehendit eam sicut pariens.

25 Quomodo non derelicta-fuit vrbs extollentiæ, ciuitas gaudij mei?

26 Ad sic cadent ^u electi eius in plateis eius, & omnes homines ^x cætionis ^y in silentium-redigentur in die ipsa, Fidelis-sermo IHVH TZEBAOTH.

27 Et conflagrare-faciam ignem in muro Damefeki, ^z & comedit ^a palatia Ben-hadadi,

28 Kedari, & regnis Chatzoris, quæ percussit Nebuchadretzar rex Babelis, sic dixit IHVH: Surgite, ascendite ad Kedarem, & deuastate ^b filios Orientis:

29 Tentoria eorum, & ^c ouem eorum accipient: ^d alas eorum, & omnia ^e vasa eorum, & camelos eorum leuabunt eis: & vocabunt super eos Maghor-miffa-bibum.

30 Fugite, diuagate valdè, profundauerunt ad habitare, habitantes Chatzoris, Fidelis-sermo IHVH: quia ^f consiliauit super vos Nebuchadretzar rex Babelis consilium; & excogitauit super vos excogitationem,

31 Surgite, ascendite ad gentem securam, habitantem ^g confidentiæ, Fidelis-sermo IHVH: non ^h duæ-fores, & non ⁱ transfugitorium ei, ^k solitudinem ^l scenitabunt.

32 Et erunt cameli eorum direptioni, & multitudo ^m acquisitionum eorum spolio; & ⁿ spargam eos ^o omni spiritui, præfecatos anguli: & de omnibus transitibus eius veneri-faciam improuifam-calamitatem eorum, Fidelis-sermo IHVH.

33 Et erit Chatzor ^p habitaculo ^q draconis, ^r afflatio vsque ad æternum: non habitabit ibi ^s vir, & non trahet in ea filius Adami.

34 Quod fuit verbum IHVH ad Iirmehahu prophetam, ad Ghelam; principio regni Tzidkijah regis Iehudah, ad dicere:

35 Sic dixit IHVH TZEBAOTH; Ecce ego confringens arcum Ghelam: principium præualefcentiæ eius.

36 Et venire-faciam ad Ghelam quatuor

^p datus. Damasco

^q angor, metus

^r tranquillum, tranquillitatem.

^s respexit, faciem obtulit

^t tormina, grauissimos dolores

^u lectissimi iuvenes

^x belli, prælij, bellatores

^y excidentur, actum erit de eis

^z vt comedat

^a excelsa-palatia, ædes, arces

^b orientales

^c oues, greges, pecora

^d cortinas, aulae

^e instrumenta

^f vt v. 10.

^g datus. ad confidentiã

^h duæ-ianuæ, geminæ = valua, bifores

ⁱ transcursorium, vectis, repagulu

^k solitatie, solis, scotism

^l vt v. 16.

^m pecorum, peculiorum

ⁿ ventilabo

^o in omnẽ ventum

^p datus. in caueam, lustrum

^q vel draconum

^r vt v. 13.

desolatissima

quisquam

vide v. 18.

ventos à quatuor plagis celi: & ventila-
bo eos in omnes ventos istos: & non erit
gens, ad quam non perueniant profugi
Ælam.

37 Et pauere faciam Ælam coram ini-
micis suis, & in conspectu quarentium
animam eorum & adducam super eos
malum, iram furoris mei, dicit Dominus:
& mittam post eos gladium donec consu-
mam eos.

38 Et ponam solium meum in Ælam, &
perdam inde reges & principes, ait Do-
minus: In nouissimis autem diebus reuer-
tens faciam captiuos Ælam, dicit Dominus:

tuor spiritus de quatuor extremitati-
bus cælorum; & spargam eos omni-
bus spiritibus istis: & non erit gens,
qua non veniet ibi impulsus Ghelam.

37 Et consternare faciam Ghelam
faciebus malevolentium eorum, &
faciebus quarentium animam eorum,
& venire faciam super eos malum, ar-
dorem nasi mei, Fidelis-sermo IHVH:
& mittam post eos gladium vsque ad
consummare me eos.


38 Et ponam solium meum in Ghe-
lam: & auferam de ibi regem, & prin-
cipes, Fidelis-sermo IHVH.

39 Et erit in postremitate dierum
reuertere faciam captiuam-abductio-
nem Ghelam, Fidelis-sermo IHVH.

r ventos.
sic statim.
u ventilabo
x aliqui de
pulforum
y prosterne
z datus.
ad facies,
sic statim

a consumere

b tollam,
disperdam
c conuert



COMMENTARIA.

VERS. I.



DE FILIOS HAMMON, &c.]
Heb. Filiis, datiuus vel De fi-
lij. Hammonis Alij: Contra fi-
lios Hammonis, seu Hammoni-
tas, &c. Sic deinceps. Hoc ca-
pitate, inquit, continentur quinque pro-
phetiæ suis inscriptionibus distinctæ, pro ra-
tione populorum, ad quos fuerunt enuntia-
tæ. Hæc autem prima contra Hammonitas
tres partes continet: nam primum de iniuria
populo suo facta cum Hammonitis conte-
statur Deus, vers. 1. & supplicium denun-
tiat duobus sequentibus: deinde contestatur
insolentis fiducia nomine, & pœnam inducit
peccato parem v. 4. & 5. postremo promissio-
nem Euangeliam adhibet vers. 6. vt supra
Cap. 48. v. 47.

NUMQVOD NON FILII SVNT ISRAELI?
AVT HERES NON EST EI?] Alij: 1. Num
Israeli desunt Liberi, aut heredem non habet? 2.
An filij nulli sunt Israeli? an heres nullus est ei?
id est, an nulli sunt amplius posterij ex Iaha-
kobo, qui maioribus aut agnatis suis succe-
dant ex lege, quod Gadis sortem obtines?
aut etiam nonne est Iehuda legitimus hæres
fortis suæ, quod tu infestas eum? 2. Reg.
24. 2.

MELCHOM.] Heb. מלכום malcham, No-
ster & alij putarunt esse nomen proprium ido-
li Hammonitarum, qui 1. Reg. 11. 5. dicitur
Milchom. Alij: appellatiue capiunt, rex
eorum, quod magis Hebraicæ punctaturæ
congruit. Sic vers. 3. Quidam reddunt: cur
hereditario iure possidet rex istorum Ghadem?
id est, sortem attributam tribui Ghadis vl-
tra Iardenem, quam sibi primum Hammonitæ
vindicare voluerunt, Iudic. 11. deinde verò
deportatis in Assyriam Reubenitis, & Gha-
ditis cum Phule aut Thiglath Phileesere
conuenerunt de ea possidenda, magna cum
aliorum Iisraelitarum, tum Iehudæorum in-
iuria.

Maluenda, In libr. Jerem.

VERS. 2.

IDEO ECCE DIES VENIUNT, &c.] Alij:
Idcirco ecce dies venturi sunt, &c. videlicet
post euersum Iehudæorum regnum: vide
Ezechiel 2. 33. & sequentibus. Iosephus 10.
Antiquit. Cap. 11. tempus consignat in hunc
modum (Quinto enim post excidium Ierosoly-
mitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabucho-
donosori vigesimus tertius, cum magnis copiis in-
uasit Cælen-Syria, qua subacta, bellum ges-
sit contra Hammonitas, & Moabitæ, &c.) &
auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon
fremicium pralij. Alij: 1. vt ipsi Rabbath filiorum
Hammonis inseram classicum pralij vel clamorem
bellicum, qualem edunt milites sub conflictum:
nimirum post classicum; quem Latini barri-
tum, vel barbaricum vocant: vide Militiam
Romanam Lipsij lib. 4. Dialogo 11. 2. quum
faciam vt audiatur contra Rabbam Hammoni-
tarum clangor belli. Fuit Rabbah, vel Rabbath
ciuitas regia Hammonitarum de qua vide in
Deuteronom. 3. 11. Iosue 13. 25. 2. Samuel,
11. 1. Forsterus reddit: & audire faciam ad
Rabbath filiorum Hammonis triumphationem,
seu triumphum belli, id est, eam vocem quam
militres triumphantes parta victoria edere so-
lent, lo triumphe: vt supra Cap. 2. 19.

ET ERIT IN TVMVLVM DISSIPATA.]
Alij: 1. & rediget in aceruum desolationis, id
est, in aceruum lapidum, aut ruderum testem
ruinæ & desolationis 2. sitque inuulnus vasti-
tatis.

FILIAE EIVS IGNE SVCCENDENTVR.] Alij:
1. & filia eius igne comburentur, id est, vici-
næ vrbes minores, subditæ ei. 2. & pagi,
villa, suburbana, oppida minora eius igne suc-
cendantur, sic versu sequente.

ET POSSIDEBIT ISRAEL POSSESSORES
SVOS.] Alij: ita heres erit Israel heredum suo-
rum. 2. & hereditate accipiet Israel eos, qui hæ-
reditate acceperunt ipsum. Hoc impletum qui-
dam volunt tempore Machabæorum. 1. Ma-
chabæor. 5. 6. & sequentibus.

VERS. 3.

VLVA HESERON.] Alij: *Eiula Cheschbon*, ciuitas Gaditarum, Iosue 21. 39. de qua vide Numeror. 21. 25. & supra cap. 48. 34.

QVONIAM VASTATA EST HAI.] Alij: *quum vastata fuerit Hai*, ciuitas Gaditarum altera trans Iardenem sita ac proinde distinguenda ab ea, cuius historia habetur Iosue 7. quæ cis Iardenem erat. Hæc nostra vicina fuisse videtur Chesboni.

ET CIRCVITE PER SEPES.] Imperatiuus *הִיִּשְׁחֹתֵנָהּ* *hishchotannah*, verbi geminati in *Hishpakeh* ingentem trepidationem fugæ & discursationis significat. Quidam reddunt; & *curstate per sepia*, vel *sepes* aut *macerias*. Alij: & *oberrate circum sepes*, pagorum aut villarum, quærentes latebras fugæ.

QVONIAM MELCHOM IN TRANSMIGRATIONEM DVCETVR.] Non malè hic retineatur nomen proprium deastri Hammonitarum: nam hoc ipsum etiam dictum est supra de Chemoso deo Moabitarum, cap. 48. 7. Alij tamen appellatiuè exponunt; *Nam rex istorum in deportationem abibit vel in captiuitatem vadet*.

VERS. 4.

QVID GLORiaris IN VALLIBVS, &c.] Hunc versum ex Heb. alij reddunt: *Quid gloriaris in vallibus tuis fertilibus & vberimis: defluxit vallis tua, sanguine interfectorum, o filia vaga vel rebellis, qua confidit in thesauris suis, dicens; Quis accedet ad me? ut mihi noceat.* 2. *Quid gloriaris de conuallibus, affluente conualle tua o filia auersa? qua confidit in thesauris suis, id est, opibus & com meatu abundantissimo, dicens. Quis inuaderet me?*

VERS. 5.

AB OMNIBVS QVI SVNT IN CIRCVITV TVO.] Alij: 1. *ab omnibus, qui circum te sunt*, id est, ab omnibus vicinis tibi regionibus. 2. *ex omnibus locis circumstantibus te*.

ET DISPERGEMINI SINGVLI A CONSPECTV VESTRO.] Alij: 1. & *propellemini quisque seorsim*, vel *ante conspectum suum*, quasi dicat, & *versi in fugam fugietis singuli in regionem vobis obuiam & oppositam*. 2. *cuius pauoris presentia dispellemini quisque*. Heb. *ad, ante, facies suas*, id est, quocumque eum fors tulerit.

NEC ERIT QVI CONGREGET FVGIENTES.] Alij: 1. *nec erit, qui palantes colligat* 2. & *nullus erit, qui congreget errantem*. 3. & *non est, qui colligat vagabundum*, id est, nullus erit qui vagos vos, & huc illuc discurrentes hospitio excipiat.

VERS. 6.

ET POST HÆC REVERTI FACIAM, &c.] vt supra cap. 48. 47.

VERS. 7.

AD IDVMÆAM.] Alij: *De Idumæa vel contra Edomæos*. Secunda hæc prophetia tribus partibus continetur: primùm enim sapientiam carnalem Edomæis Deus obiicit, & interminatur de iudicio grauissimo ignominiaque importanda, vsque ad vers. 16. deinde obiicit præsentiam propter munitionem loci, & ruinam denuntiat vsque ad vers. 19. postremò iniurias populo suo factas exprobrat, quarum nomine Deus se par pari relaturum dicit, inde ad vers. 23. Confer cum Ezechiel cap. 25.

NVM QVID NON VLTRA EST SAPIEN-

TIA IN THEMAM?] Alij: *An nulla est amplius sapientia in Themane? gente Edomæorum, denominata à Themane nepote Hesaii ex Eliphazo Genes. 46. 15. Etsi hac voce synecdochicè comprehenduntur omnes posterii Hesaii; vt voce Dedanis posterii Abrahami ex Ketura, proximè sequente versu. Sic supra. 25. 24. De regione Themanis vide in Genes. 36. 34. olim Idumæi & Themanæi sapientiæ nomine commendati fuere Hobadiæ vers. 8. Argumento est Eliphaz Themanites amicus Iobi sapientiæ opinione clarus, vt eius cum Iobo dissertationes manifestè commonstrant, quasi dicat, Quis fit vt iam Themanitæ sapientia destituantur, qui antea ea plurimum pollebant?*

PERIIT CONSILIVM A FILIIS.] *בָּנִים* *banim*, plurale nominis *בֵּן* *ben filius* à *בָּנָה* *banah*, *perit consilium à filiis*, quo patres & maiores eorum cum primis claruerunt. Alij participium plurale *כִּלְ* *bin* faciunt: *perit ne consilium ab intelligentibus, siue à prudentibus?*

INVTLIS FACTA EST SAPIENTIA EORVM.] alij ex Heb. 1. *corrupta est, putrida, fetida facta est sapientia eorum*. 2. *extensa est*, id est, *amota*. 3. *contracta est, & imminuta sapientia eorum*, id est, *contractum est & imminutum*, id quod ample extensum & diffusum erat de eorum sapientia. 4. *superflua facta est nimis sapientia eorum* 5. *nihil facta est sapientia eorum*. 6. *exoleuit sapientia eorum* 7. *Chaldæus: infatuata est sapientia eorum*.

VERS. 8.

FVGITE, TERGA VERTITE, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Fugite, o habitatores Dedanis, quia conuersi sunt hostes, & vasrum consilium inierunt, vt habitent in patria vestra: quasi dicat, Fugere cogemini: quia calamitatem Esau seu Idumææ inducturus sum super eum, tempore, quo visitabo eum*, id est, tempore, quo decreui illam Idumæam punire. 2. *Fugite, terga vertite, in valles vos demergite ad habitandum, o vos habitatores Dedanis, quia interitum Esau induxi super eum, tempus, quo eum visito*. 3. *Fugite (fiet, vt auertentes sese profundabunt habitare, seu petant habitationes profundas) id est, effugiant è montibus suis in latibula: sic infra vers. 30. vide Abdi. vers. 6. o habitatores Dedanis: nam calamitatem Hesaii adducturus sum in eum, quo tempore visitabo eum, seu animaduertam in eum*. 4. *Fugite, pro fugietis (conuersi sunt, seu conuertentur, aut conuertent sese hostes vestri contra vos, posteaquam simulauerint fugam: callidum consilium inierunt ad habitandum, seu vt inhabitent) Hebr. profundauerunt, subaudi, consilium*, id est, hac ratione callidum, subtile, astutum, ac vasrum consilium inibunt aduersum vos, vt occupent terram vestram: o habitatores Dedanis: quoniam contritionem Esau adducturus sum super eum, tempore, quo visitabo eum. Hebr. præterita pro futuris.

terga vertite. הִפְּנֵי *hophnu*, plerique imperatiuum *Hophal* esse volunt; *obuerst-estote, vertite vos*. Alij præteritum, negantes huc coniugationi imperatiuum esse: *obuerterunt sese*. vide Thesaurum Pagnini, colum. 2013. & 2192.

HABITA

HABITATORES DEDAN.] de quo vide supra 25. 23.

VERS. 9.

SI VINDEMIATORES VENISSENT SUPER TE, &c.] Plerique hunc versum ex Hebr. interrogatiue efferunt, vt Habdiæ vers. 5. vbi idem habetur, 1. Si vindemiares venissent tibi, vel contra te, an non reliquos fecissent racemos aliquos? & si fures noctu irruissent, tantum vastassent, vel perdidissent, sufficientiam suam. seu quod, vel quantum eis libuisset, & satis fuisset. reliquis pepercissent. 2. Si vindemiares aduenirent tibi, nonne relinquerent racemos? Si fures noctu, perderent quod satis esset ipsis. ac non amplius dilapidarent. Amplificatio calamitatis prænuntiata per comparationem minoris, hoc versu, & duobus sequentibus.

VERS. 10.

EGO VERO DISCOOPERVI ESAU, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. Sed ego nudavi Hesan, reuelavi abstrusa eius, vt abscondi non possit; vastatum est semen eius, fratres eius atque vicini eius, ita vt nihil eius supersit. Alij per futurum, 2. Atqui ego denudaturus sum Hesanum, referaturus abdita eius, adeo vt sese abscondere non possit: vastabitur semen eius, fratresque eius, & vicini eius, adeo vt nullus supersit, qui dicat. vel & non erit, qui dicat, scilicet, sequentia.

REVELAVI ABSCONDITA EIVS.] Hebr. euolui, deuolui, reuelavi, referavi, absconsones, latebras, latibula eius. מסתרים mistarim proprie mysteria. Græca ipsa vox ipsissima est Hebræa, & ab Hebræis accepta. quasi dicat, totam Edomæam nudavi, discooperui, spoliaui omnibus suis opibus & ornamentis, & omnes latebras eius excussi, & exposui expilandas hosti.

ET CELARI NON POTERIT.] נחבא nechbab; aiunt esse infinitiuum Niphal perfectum, cum Nun Characteristico coniugationis; & He, pro Aleph. Alij participium faciunt: & abscondens se, seu abditus esse non poterit.

VERS. 11.

EGO FACIAM EOS VIVERE.] Alij: ego resciam eos. 2. ego in vita conseruabo, vel nurriam, educabo.

ET VIDVÆ TVÆ IN ME SPERABVNT.] vel confident. Hebr. est enallage generis, & personæ: vide Thesaurum Pagnini colum. 251. Aptius alij actiue: & viduas tuas super me, vel mihi confiditis, seu confiditote. id est, mea fidei committite. Hispanicè, Fiarlas eys demi, aut sobremi. quasi dicat, Esto bono animo, nam te mortuo curam pupillorum tuorum, & viduarum tuorum geram.

VERS. 12.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS, ECCE, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Quia sic dixit Iehoua, Ecce, quorum non erat iudicium, vt biberent calicem iræ Dei; bibeado bibent, & tu immunis existendo immunis eris, vel absoluendo absolueris, aut innoxius existendo innoxius eris? non eris immunis, seu innoxius; vel non absolueris; sed bibendo bibes. quasi dicat, qui suis peccatis non sunt commeriti iudicium meum, vt à me castigentur & affligantur; solent nihilominus interdum à me affligi & exerceri; multo magis tu, qui tot & tanta peccasti, à me punieris. Quidam

exponunt: Qui suo iudicio indignum iudicabant vt biberent calicem, nempe Iudæi, quod populus Dei essent: & tamen ipsi biberunt; quanto magis vos gentiles, alieni à fœdere Dei, &c. 2. Quia sic loquutus est Iehoua: Ecce quos videbatur parum æquum bibere calicem, cum primis biberunt: tu autem innoxius & exors esses? neutiquam eris innoxius & exors, sed bibendo bibes. 3. Nam sic ait Iehoua: confirmatio à comparatione minoris, adducto exemplo iudiciorum Dei in eos, qui minus fuerant promeriti: Ecce quorum nullum erat ius bibendi hoc poculum, videlicet comparatione tui, dictum יראתי; ij omnino bibunt; tu autem ipse impunis existendo impunis esses, seu omnino esses impunis? non eris impunis, sed omnino bibes. vide supra cap. 25. vers. 28. & 29. vbi simile habetur.

QVIA PER MEMETIPSVM IVRAVI, DICIT DOMINVS, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. conuertunt: Nam per me iuro, dictum Iehoua, desolationi, opprobrio, vastitati, & maledictioni fore Botzram: & omnes ciuitates eius abituras in vastitates sæculi. seu perpetuas. Alter confirmationis locus, à iuramento Dei, hoc versu: & detreto lato, duobus sequentibus. De Botzra vide cap. 48. 24.

AVDITVM AVDIVI A DOMINO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. explanant: Rumorem audiui à Iehoua, & legatum ad gentes missum, dicentem: congregate vos & inuadite eam, ac surgite ad prælium. Vide hunc versum totidem verbis conceptum Abdiæ vers. 1. Hebr. Auditionem audiui de cum Iehouah. id est, certissimè audiui à Iehouah. vel apud Iehouah. Alij: Famam, rumorem audiui, intellexi, reuelante mihi Iehoua.

ECCE ENIM PARVVLVM DEDI TE, &c.] Alij: 1. Nam ecce paruum dispositurus sum te inter gentes, contemptum inter homines. 2. Ecce enim abiectum, humilem te reddidi inter gentes, & contemptum, proculcatum, inter homines. quasi dicat, decreui te deprimere, & summa illa felicitate, ob quam hodie superbis, spoliare te ô Edomæa. Vide Abdiæ vers. 2.

ARROGANTIA TVÆ DECEPIT TE.] Alij ex Hebr. 1. Idolum seu simulacrum tuum, aut superstitio, seu idololatria tua decepit te. 2. Conquassatio tua. actiue, qua alios quassabas, & in eos tyrannidem exercebas, decepit te. 3. Fremor, timor, terror tui, quem solebas aliis inculcere, præ nimia potentia tua, ipse decepit te. 4. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: Horror tuus decepit, vel seduxit te. id est, horrenda potentia tua, vel horrenda terra tua in qua nimium confidis. Secundus locus, vt diximus supra in vers. 7. Intelligit autem horrentem Edomæorum regionem præ asperitate montium Chorræorum; vnde etiam montes Sehiris, id est, horrentis regionis, videntur dicti. vide in Genes. 14. 6.

QVI HABITAS IN CAVERNIS PETRÆ.] Alij: ô qui habitas in cavernis, seu fissuris, vel in gyris, seu, in circuitu rupis. id est, in vertice, seu in cacumine rupis, hoc est, in locis in expugnabilibus & inaccessis. Chorræos, dictos quasi Troglodytas, anno-

tauimus in Genes. 14. 6. Vide Abdiæ vers. 3.

ET APPREHENDERE NITERIS ALTI-
TUDINEM COLLIS.] Heb. *capiens, prehen-*
bens, tenens, occupans altitudinem collis.
Quidam: *qui carpis altitudinem collis.* id est,
qui in editis collibus Sehiris habitas.

QUVM EXALTAVERIS QVASI AQVILA
NIDVM TVVM, &c.] Alij: *ietiamsi sustuleris*
nidum tuum ut aquila, tamen inde descendere-
faciam te. 2. *quamvis exaltares ut aquila ni-*
dum tuum, inde deicerem te, dictum Iehoua.
Vide Abdiæ vers. 4.

VERS. 17. STUPEBIT ET SIBILABIT.] Vide I.
Reg. 9. v. 8. Sic infra Cap. 50. 13.

VERS. 18. SICVT SVBVERSA EST SODOMA ET GO-
MORRAH, VICINÆ EIVS.] Alij ex Heb.
Erit sicut subuerso Sedomi, & Hamora, de vi-
cinorum eius. nimirum, qui nominantur Deu-
teron. 29. 23.

VERS. 19. ECCE QVASI LEO ASSEDET DE SVPER-
BIA IORDANIS, &c.] Alij hunc versum ex
Heb. explanant: 1. *Ecce quemadmodum leo*
ascendit de tumore Iordanis, ad habitaculum loci
fortis, vel, ad habitacula munitissima, sic impel-
lam, & ad currendum incitabo eum aduersus
eam: & quicumque electus iuuenis fuerit, hunc
contra eam recensebo. quis vero mihi similis est?
quis mecum certet? aut quis iste pastor, qui co-
ram me consistat? 2. Ecce tanquam leo ascen-
det à tumore Iordanis, id est, à Iordane superbo
& inflato, vel à loco, in quo Iordanis mag-
nam vim aquarum secum trahit, hoc est, à Iu-
dæa veniet Nebuchadnerzar: & habitaculum
robustum, id est, contra domos robustas mōn-
tis Sehiris: quum quiescere-faciam Israellem
currere-faciam eum ab illa, id est, celerrimè li-
berabo captiuos Israelitas, qui sunt in Edo-
mæa, efficiamque svt cursu veloci reuer-
tantur in patriam suam: & quis electus, quem
aduersus eam proficiam, id est, & quis est ro-
bore & disciplina militari præstantissimus, vt
contra illam Edomæam constituam eum du-
cem & imperatorem? quis enim est similis mei?
& quis constituet mihi tempus? pugna & con-
fliktus: & quis est ille pastor, qui stet coram me?
id est, quisnam rex ille fuerit, qui poterit
mihi resistere? 3. *Ecce quasi leo ascendit: ter-*
tius locus, vt diximus in vers. 7. quo ostendit
Deus quanto furore Edomæi indefinenter
Iudæos infestauerint, & ipse eos propul-
sans, quanta potentia electos suos restituit;
quod sequente versu exornatur: supra alti-
tudinem Iardentis, id est, amplius exundat
quam soleat Iarden: Vide Iosue 3. v. 15: nam
Edomæi semper Iudæos atrocissimè infesta-
runt: contra habitaculum Robustissimi: id est,
Dei: periphrasis Iehudææ, vt Exod. 15. 13.
Sed momento-agam, faciam vt excurrat, vel
sed momento fugabo eum ex hac terra, & eum
qui electus est, in hac proficiam. id est, momen-
to fugabo Edomæos ex Iudæa quam infes-
tant, & electum mihi populum Iudæorum
in ea restituum: nam quis est par mihi? aut
quis contestetur mecum, denique, quisnam est
pastor, qui obstat mihi? id est, rex populos
regens, ac veluti pascens auctoritate sua, vt
supra Cap. 23. 1. Confirmatio à potentia Dei
infinita & incomparabili. vide hunc eundem

versum infra cap. 50. vers. 44.

QVIA SVBITO CVRRERE FACIAM
EVM AD ILLAM.] Verbum וַיָּרָח *raghagh,*
quod ponitur in Hiphil variè reddunt. *quies-*
cere-faciam, currere-faciam eum super eam. 2.
momento-agam, vel, sic loqui liceat, momen-
tabo, faciam currere eum super eam. 3. *momen-*
to-quiescam, currere faciam eum, &c. 4. *rige-*
re-faciam, currere-faciam eum, &c. id est, fa-
ciam rigidè currere eum, id est, contento cur-
su. Aliqui notant, iunctum alteri Verbo,
vt hîc, aduerbialcere, pro, *momento, subito, ri-*
gide currere-faciam eum de super eam.

ET QVIS SVSTINEBIT ME.] id est, quis
sistet me iudicio? Alij: *& quis contestabitur*
me? Notant esse verbum forense: Vide in
Iob 9. 19.

PRŒPTEREA AVDITE CONSILIVM
DOMINI.] Exornatio comminationis, quæ
præcessit versu proximo.

SI NON DEIECERINT EOS PARVULI
GREGIS,] Variè alij ex Hebr. 1. *Dispercam,*
vel ne post hæc credatis mihi, nisi traxerint eos.
id est, cadauera eorum raptauerint per ter-
ram, ignominia causa, *paruuli regis.* id est vi-
lissimi quique exercitus Chaldæorum, calo-
nes, lixæ. 2. *Mentiar, nisi abiecerint eos mini-*
mi ex ipso grege. id est, infirmissimi & abiectif-
simi quique, quasi dicat, ita frangam eos, vt
omnium etiam infirmorum terantur pedi-
bus, vt dixerat Dauid Psalm. 59. 10. De particu-
la *Si* in huiusmodi formulis iurandi, vide
in Genes. 14. 23.

NISI DISSIPÄVERINT CVM EIS
HABITACVLA EORVM.] Hebr. est verbum
singulare: *Si non afflauerit super eos, vel cum eis*
habitacula eorum. Alij: *nisi desolet cum illis ha-*
bitacula illorum. Forsterus: *si non horrenda faciet*
super illis habitacula eorum.

A VOCE RVINÆ EORVM COMMOTA
EST TERRA, &c.] Alij ex Hebr. reddunt
hunc versum: 1. *A fragore casus eorum cre-*
pabit terra: id est, præ strepitu, quem edent,
qui concident mortui, quietetur terra, quæ ad
ingentem quandam strepitum concuti solet:
clamor vocis eorum exaudietur in mari caretofo.
2. *Præ sono casus illorum commouebitur ipsa*
terra: præ clamore, ad mare-alsosum audietur
vox illorum. id est, tanta erit vociferatio vt in-
de ad mare-rubrum vsque, quamvis sit remo-
tum, audiat.

CLAMOR, IN MARI RVBRO.] Hebr.
clamor, in הַיָּם הַרְבִּי *iam suph.*

AVDITVS EST VOCIS EIVS.] Discordia
generum, nam Hebr. *clamor* est fæmineum, &
verbum *audiendi* masculinum: vt etiam infra
cap. 50. 46. Quare alij: *audita est, vel audietur*
vox eius. Nam *vox* Hebr. est masculini ge-
neris, *eius.* est fæmineum, id est, vel clamo-
ris, vel Edomææ, vel terræ concussæ & tre-
mifcentis:

ECCE QVASI AQVILA ASCENDET, VERS. 22.
&c.] Alij hunc versum reddunt: *Ecce velut*
aquila ascendens hostis inuolabit, & pandet alas
suas contra Botzram: eritque animus potentium
Edomi die illo, sicut animus mulieris perpetientis
tormina. vt dixerat in Moabum supra cap. 48.
vers. 40. & 41.

VERS. 23. AD DAMASCVM.] Alij: *Contra Damascum.* Tertia hæc prophetia regno Damasceno exitium prænuntiat paulo post à Nebuchadnezzare euenturum, duobus versibus: deinde causam adducens à præfidentia & luxu illius, vers. 25. amplius confirmat, duobus reliquis. De Damasco vide Genes. 14. 15.

CONFUSA EST EMATH.] vel *pudescita est.* Alij: *Erubescet Chamath.* De qua vide Genes. 10. vers. 18. Numer. 13. vers. 22. & alibi passim.

ET ARPHAD.] De qua vide 2. Reg. 18. vers. 34.

QUIA AUDITVM PESSIMVM AUDIERVNT, TURBATI SVNT.] Alij: *quum rumore in malum audierint, dissuunt. vel liquefient, dissoluentur.*

IN MARI PRO SOLICITVDINE QUIESCERE NON POTVIT.] Alii Hebr. pro *in mari,* legerunt *in die,* redduntque, *in die sollicitudinis non poterunt quiescere.* Nonnulli reddunt: *ut, qui est in mari in angore, quietum reddere cor suum non potest.* id est, ut, qui sunt in mari, non possunt metu liberari, qui naufragium sunt facturi: sic ciues Chamathæ, & Arphadis bono esse animo non possunt audito rumore belli. Forsterus: *in mari tantus est metus, ut tranquillum esse non possit.* Tremellius & Iunius: *in ipso mari sollicitudo erit, quiescere non poterit.* id est, Antardus, & omnes maris Syriaci insulæ percellentur.

VERS. 24. DISSOLVTA EST DAMASCVS.] Hebr. *Remissa est Damascus.* id est, soluta, remisso animo, exanimata præ metu, *debilitata est, torpuit.*

TREMOR APPREHENDIT EAM.] Genera non coherent, nam Hebr. tremor est masculinum, & apprehendit, fœmineum. Alij: *tremorem apprehendit.* maiori emphasi, quasi non tremor ipse apprehenderit Damascum, sed potius Damascus timorem quasi manu apprehensum, aut mordicus arreptum fortius retinet, ne abeat. *וטר רעית,* idem esse volunt quod *רתת רעבת,* nempe horrorem, tremorem, qui quidem concussio est seu concursatio cœtera languinis seu frigoris per totum corpus, & horripilatio. Germani vocant mutato ab Hebræis nomine *den ritzen.* Buxtorfius exponit: *& tremorem membrorum comprehendet.* Tremellius & Iunius: *& horrorem-febrilem prehendit.* id est, veluti ex febre horrens trepidabit. Existimo eum rigorem & tremorem membrorum esse, qui ex frigore intertitanis febribus excitatur.

VERS. 25. QVOMODO DERELIQUERVNT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: *Quomodo non relinqueretur ciuitas laudis, seu laudatissima? Vrbis gaudij mei? dicebat illa.* id est, quis vellet aut posset tam celebre oppidum peruertere, & non potius intactum relinquere? Alij volunt esse verba vel regis Damascenorum, vel prophetæ, quasi dicat, Cur non pepercerunt hostes vrbi celeberrimæ, & laudatissimæ, atque amœnissimæ?

VERS. 27. ET DEVORABIT MœNIA BENADAD.] Alij: *qui consumet palatia Ben-hadadi,* regis Syriæ potentissimi, cuius mentio est 1. Re-

gum 15. vers. 18. sequentibus capitibus. Sic Hamos 1. vers. 4.

AD CEDAR, ET AD REGNA ASOR.] **VERS. 28.** Alij ex Hebr. *Contra Keddarem, & contra regna Chatzoris.* Quarta hæc prophetia prædicit mala incolis Arabiæ Petrææ, & Desertæ euentura qui synecdochicè Kedaris & Chatzoris nominibus intelligendi sunt. Sunt autem illius duæ partes: propositio summa hostium aduentantium & cladis, duobus versibus: & exornatio, reliquis. De Kedare autem vide Psal. 119. 5. Chatzor verò in Arabia Deserta fuit, quo Chatzoritani a Iosue fusi sese contulerunt: vide Iosue 11. vers. 11. & Iudic. 4. vers. 2. 5. Hieronymus in 21. Isaiæ, ad vers. 17. exponens hunc locum Iirmeiæ, inquit: *[Vt, quæ sit Kedar indubitanter intelligas, considera quomodo Israhelitarum, hoc est, Sarracenorum propriè gentem descripsit: qui habitant in tentoriis, qui quas nox compulerit, sedes tenent: quibus armenta sunt & pecora, camelorumque greges, &c. Asor ciuitatem, quæ metropolis gentis illius in eremo fuit, &c.]*

Et ad regna Asor. Quidam exponunt, dicentes regionis, seu hordas, cortes, ut appellantur Genes. 25. 16. nam ij omnes Nomades & Scenitæ erant.

FILIOS ORIENTIS.] De quibus vide in Genes. 15. 19. & 1. Reg. 4. 30.

TABERNACVLA EORVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: 1. *Tentoria eorum, & gregem eorum rapient, cortinas eorum, & omnia vasa eorum: camelos eorum tollent sibi, & clamabunt ad eos, Pauor vndique.* vel *& vocabunt,* seu conuocabunt contra eos viros pauoris de circuitu. id est, milites, qui eis metum inferant vndique. 2. *Tentoria eorum & greges eorum capient,* Chaldæi, duce Nebuchadnezzare, aula eorum cum omnibus instrumentis ipsorum, & camelos eorum sument sibi, & proclamabunt contra eos formidinem circumquaque.

Tabernacula eorum. seu tentoria. de quibus Canticor. 1. 5. nam Kedareni erant Scenitæ.

TOLLENT SIBI.] Hebr. *leuabunt eis.* id est, auferent eis, nempe Kedarenis. vel *sumunt sibi.* Chaldæi.

ET VOCABVNT SVPER EOS FORMIDINEM IN CIRCVITV.] Hebr. *& vocabunt super eos Maghor-missabibum.* vt supra c. 20. vers. 3.

FVGITE, ABITE VEHEMENTER.] Alij: **VERS. 30.** 1. *Fugite, facessite protinus, vel longe.* 2. *Fugite, emigrate valde, &c.* Exornatio, vt diximus in vers. 28. continens primam hypothesin fugæ Arabum, & Chaldæorum irruptionis, duobus versibus: deinde narrationem ruinæ Arabibus euenturæ, duobus alteris.

IN VORAGINEVS SEDETE.] Alij: 1. *in vallem vos demergite ad habitandum.* 2. *callidum consilium inierunt ad habitandum.* seu *ut habitarent.* 3. *petite profundas habitationes.* Sed est potius præteritum quàm infinitiuus: *profundauerunt ad habitandum.* Sic suprav. 8.

AD GENTEM QUIETAM.] Hebr. *ad gentem securam, saluam, tranquillam, pacificam, beatam, felicem, prosperam, fortunatam.* vide in Iob 16. 12.

SOLI HABITANT.] Alij: *in solitudine habitant.* nullas ædes, aut vrbes inhabitant, sed in solitudinibus & desertis vagantur sub tentoriis. periphraſis Arabum Nomadum & Scenitarum. vel *habitant ſoli.* hoc eſt, ſine militibus præſidiariis: quia nihil ſibi timent. Kimchi exponit: *ſoli habitabunt.* id eſt, tuto. nam, qui tutus eſt non timet ſolitudinem, nec multos neceſſe habet accerſere, quo in tuto ſit.

VERS. 32.

QVI SVNT ATTENSI IN COMAM.] Hebr. *praefectos, praefiſos, detruncatos anguli.* vide ſupra cap. 9. 26.

ET EX OMNI CONFINIO EORVM AD DVCAM INTERITVM SVPER EOS.] Alij: 1. & *ex omnibus lateribus eius regionis adducam contritionem eorum.* 2. & *ab omnibus, qui trans, vel ultra eos ſunt, adducam perniciem eorum.* 3. & *ex omnibus partibus eius gentis adducam calamitatem eorum.*

VERS. 33.

QVOD FACTVM EST VERBVM DOMINI AD IEREMIAM PROPHETAM, &c.] Alij: *Verbum Iehouæ, quod fuit ad Iirmeiam prophetam, &c.* Poſtrema hæc prophetia (cuius inſcriptio continetur hoc verſu) narrat primum cladem Helamitarum, id eſt, totius Medorum regni; ſynecdochicè verſibus tribus: deinde exponit promiſſiones, duobus vltimis.

VERS. 34.

ADVERSVS, ÆLAM,] ſeu *contra Helamum.* Tremellius & Iunius in hunc locum hæc annotant: [*Hanc gentem dictam à filio 5. Chemi Genef. 10. 22. ante oſtendimus ſit tam eſſe in confinio Medorum, Perſarumque. Quam autem paulo ante tempora Phraortes Arioci (quem Deiocem Herodotus vocat) filius Perſidem totam regno adiunxiſſet, non eſt dubium quin ſynecdochicè (ut modo dicebamus) totum regnum Media intelligendum ſit Helami nomine. Quamobrem prædictionem hanc referimus ad illam hiftoriam, que à Scythiſ geſta eſt contra Medos, quo tempore Nebuchadnerzar in Iudæa & ceterioribus regionibus erat occupatus. Scytha enim temporibus Cyaxaris filij Phraortis totum Media regnum leguntur occupari, expiſaſſe, & annis 28. egiſſe atque rapuiſſe omnia arbitrato ſuo, ut reſert Herodotus lib. 1. Numer. 103. 104. 105. & 106. Sed quid ad hoc argumentum, inquires? Hæc prophetia ſuperioribus adiecta eſt tanquam ſigillum, quo Eccleſia de veritate earum confirmaretur. Hoc enim Iirmeia frequentiffimum eſt, ut prophetiæ confirmet prophetiæ, & res propinquiores adhibeat ad confirmandas eas, que poſtea longiore interuallo euenturæ ſunt: cuiuſmodi exempla vidimus ſupra cap. 20. & 28. & 44. & eiufmodi extat evidentiffimum 1. Samuel. 2. 34. Ac propterea nominatim designatum eſt tempus quo hæc prophetia dicta eſt, quia paulo poſt, & ante capta Ieruſchalaima (ut ratio temporum confirmat) hanc cladem acceperunt Medi.] Hactenus illi. Sane hanc prophetiam in Medos fuiſſe prænuntiatam, ſatis diſertè Ieremias ſupra cap. 25. verſ. 25. ſignificare videtur: nam eorum verborum hæc prophetia exegeſis proculdubio eſſe videtur. Sed quod de irruptione Scytharum in Mediam ſit accipienda, nobis valde ſuſpectum eſt. Nam cum Scythica expeditio in tempora Pſammithichi Ægypti*

regis inciderit, auctore Herodoto lib. 1. Numer. 105. is multo ante tempore deceſſit, quam Tzidkija regnare inciperet, cum filius eius Necho, qui in regnum ei ſucceſſit, Iofiam regem interfecerit, &c. atqui Iirmeia hanc prophetiam initio regni Tzidkijæ præuidit, ut hoc verſu dicitur. Equidem Euſebius, & optimi quique recentiorum chronologorum Scytharum in Mediam irruptionem multo ante initia Tzidkijæ collocant: quod ſi verum eſt, Iirmeia iam non prophetiam, ſed hiftoriam texeret. Illud veriſimilius dici poſſe videtur, prædicere hîc Iirmeiam euerſionem Medici imperij, deuictio Aſtyage, per Cyrum.

VERS. 35.

CONFRINGAM ARCVM ÆLAM] videntur Helamitæ optimi & peritiſſimi ſagittarij fuiſſe: ut Iſaiæ 22. 6. Alij: *arcum*, id eſt, potentiam, ut ſequentia exponunt.

ET SVMMAM FORTITVDINEM EORVM.] Hebr. & *principium præualeſcentiæ eorum.* Alij: 1. *præcipuum potentiæ ipſorum. principium, pro præcipuo & ſummo:* vide Forſterum pag. 758. 2. *quo illi præcipuè valent.* 3. & *caput roboris eorum.* id eſt omnia ea, in quibus vires regni ſui poſitas eſſe cenſent, hoc eſt, ſtrenuos duces, arma, commeatus, opes, &c. Quidam regem ipſum, vel Cyaxarem, vel filium eius Aſtyagem.

VERS. 36.

QVATTVOR VENTOS.] Tremellius & Iunius exponunt, id eſt, infinitos hoſtes, ex populis infinitis Boreæ accolis, quos omnes confuſè ſolebant veteres Sarmatarum & Scytharum appellatione designare. Sed aptius eſt, exercitum Perſarum duce Cyro ingentibus copiis Mediam inuadentem inſtar violentiſſimorum ventorum, accipere.

ET VENTILABO EOS IN OMNES VENTOS ISTOS &c.] Aij ex Heb. 1. & *diſpergam eos ad quatuor ventos iſtos; nec erit gens vlla, ad quam non veniant profugi Helami.* 2. *ſpargamque eos in omnes ventos iſtos, adeo ut non ſit ſuſura gens, quò non perueniat aliquis depulſorum è Helamo.* Hyperbole: vel gentes circumuicinas intelligit. Et hoc inde confirmatur, quòd Medi adhuc ſub Cyro rebellarunt, ut eos, oportuerit multis bellis à Cyro domari, ut ſcribit Iuſtinus lib. 1. deinde & ſub Dario etiam ab imperio Perſarum defecerunt ſed prælio victi iterum ſubaſti ſunt, auctore Herodoto lib. 1. Numer. 130.

VERS. 37.

ET PAVERE FACIAM AELAM CORAM INIMICIS SVIS &c.] Alij: *Et conſternatos reddam Helamitas coram inimicis ſuis.* id eſt, percuſos metu, & primo impetu fuſos ita frangam animis, ut ab hoſtibus Scythiſ agantur pro libidine, & premantur ſeruitute rigidiſſima. Sed rectius hæc retuleris ad ingens illud prælium, quo Medi à Perſis duce Cyro victi & proſtigati ſunt, quòd deſcribit Herodotus lib. 1. Numer. 127. & 128. & Iuſtinus lib. 1. accuratiſſimè.

VERS. 38.

ET PONAM SOLVM MEVM IN AELAM &c.] Alij: *Deinde reponam ſolium meum in Helamo.* id eſt, regnum Cyri ſerui mei, quem etiam vnctum Dei Iſaias nominat, cap. 44. v. 28. & cap. 45. verſ. 1. Atque hæc prima promiſſio.

ET PERDAM INDE RIGES.] Hebr. ſingulariter

gulariter regem. Tremellius & Iunius exponunt: quum perdidero inde regem. Cyaxarem patrem Astyages: nam illo extincto regnavit Astyages, qui venit in Cyri manus. quasi dicat, post regem hunc, qui modo rerum potitur, nempe Cyaxarem, atque ætatem hanc. Fœtilis & ridicula expositio. Quanto aptius ex Heb. & auferam, tollam, inde regem. Astyagem. Nam hunc non interfecit Cyrus, sed tantum regno amouit, & penes habuit se, quoad vita excessit, vt inquit Herodotus lib.

1. Num. 130. vel genti Hircanorum præfedit, vt auctor est Iustinus lib. 1.


IE NOVISSIMIS AVTEM DIEBUS &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: Erit tandem vltimis temporibus, quum reducam multitudinem captiuam Helami, dictum Iehonæ. Altera promissio, videlicet Euangelica, qualem habuimus supra vers. 6. & cap. 48. 47. q. d. Sub Christo auferam Elamitas à tyranni de Satanæ, peccati, & mortis. Quod impletum videtur Actor. 2. 9.


CAPVT L.

Babylon que in captiuitate affligit filios Israel, his in terram suam feliciter reductis, penitus vastabitur à regibus Aquilonis.

Vulg.

Malu.

1  Erbum, quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldaeorum in manu Ieremia propheta.

1  Erbum, quod loquutus fuit IHVH ad Babelem ad terram Chaldaeorum, in manu Iirmejahu propheta.

2 Annuntiate in Gentibus, & auditum facite: leuate signum, prædicare. & nolite celare: dicite: Capta est Babylone, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum.

2 Annuntiate in gentibus, & audire facite, & leuate ^a signum; audire facite, non abscondetis; dicite, Capta fuit Babel, ^b pudefecit Bel, ^c consternatus fuit Merodach; pudefecerunt ^d dolores eius; consternata fuerunt ^e stercora eorum.

3 Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, qua ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad pecus: & moti sunt, & abierunt.

3 Quia ascendit super eam gens de Septentrione, ipsa ponet terram eius ^f afflationi, & non erit habitans in ea: de homine & vsque ad ^g animal diuagauerunt, & ambulauerunt.

4 In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus: venient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul: ambulantes & flente properabunt, & Dominum Deum suum quarent.

4 In diebus iis, & in tempore ipso, ^h Fidelis sermo IHVH, venient filij Israelij & filij Iehudah vnite: ⁱ ambulare, & lacrymari ambulabunt; & ad IHVH ELOHIM eorum quarent.

5 In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur.

5 Tzionis postulabunt viam, huc facies eorum: ^k venerunt, & adiungentur ad IHVH; fœdus ^l æterni non ^m obliuiscetur.

6 Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus: de monte in collem transierunt, oblitus sunt cubili sui.

6 Ouis ablationum ⁿ fuit populus meus; pastores eorum errare fecerunt eos; montibus reuertere fecerunt eos: de monte ad collem ambulauerunt, oblitus fuerunt ^o accubitus sui.

7 Omnes, qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes eorum dixerunt: Non peccauimus: pro eo quod peccauerunt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum Domino.

7 Inuenientes eorum comederunt eos, & coangustatores eorum dixerunt, Non erimus afflabiles ^p sub quo errauerunt IHVH, nomen iustitiæ; & expectatio patrum eorum IHVH.

8 Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldaeorum egredimini: & estote quasi hædi ante gregem.

8 Diuagate de medio Babelis; & de terra Chaldaeorum exite: & estote sicut ^q capri ^r faciebis ovis.

Maluenda, In libr. Ierem.

RRrr

9 Quia

^a vexillum
^b pudefactus fuit, erubuit, pudenda commisit. sic statim
^c prostratus: ita mox
^d terricula, idola: vide 1. Samuel. 31. 9.
^e dii stercorei. vide Leuit. 26. 30.
^f afflatui, afflata, stupenda desolationi
^g iumentum, bestiam
^h vide in Gen. 22. 16. sic v. 10. 20. 30. 31. 35. 40.
ⁱ vnâ, pariter, simul
^k vel. venite agredum
^l seculi
^m passiuè, obliuioni tradetur
ⁿ vel fuerunt: nam est duplex lectio
^o cubilis, p ex
^q hirci maiores: vide Genes. 30. 10.
^r datiuus. ad facies gregis

9 Quoniam ecce ego suscito, & adducam in Babylonem congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis: & preparabuntur aduersus eam, & inde capietur: sagitta eius, quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua.

10 Et erit Chaldaea in pradam: omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus.

11 Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hereditatem meam: quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut zauri.

12 Confusa est mater vestra nimis, & adequata pulueri, qua genuit vos: ecce nouissima erit in Gentibus, deserta, inuia, & arens.

13 Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnis, qui transibit per Babylonem, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.

14 Preparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tendi is arcum; debellate eam, non parcatu iaculis quia Domino peccauit.

15 Clamate aduersus eam, ubique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam ultio Domini est: ultionem accipite de ea; sicut fecit, facite ei.

16 Disperditate satorem de Babylone. & tenentem falcem in tempore messis: a facie gladij columba vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.

17 Grex dispersus Israël, leones fierunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.

18 Propterea hac dicit Dominus exercituum Deus Israël. Ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitauit regem Assur:

19 & reducam Israel ad habitaculum suum: & pascent Carmelum & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius.

20 In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israël, & non erit; & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero.

21 Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius visita,

9 Quia ecce ego excitans, & ascendere-faciens super Babelcm congregationem gentium grandium de terra Septentrionis, & ordinabunt ei; de ibi capietur: Sagittæ eius sicut ^f præualidi orbantis, non reuertetur vacuitate.

f herois, gigantis

10 Et erit ^t Chaldæi spolio: omnes spoliantes eius saturabuntur, Fidelis-sermo IHVH.

t plurale

11 Quia lætabimini, quia exultabitis ^u diripientes hereditatis meæ. quia ^x petulantia-eritis sicut vitula triturans, & hinnietis sicut ^y robustissimi:

u depredatores
x lasciuientis
y equi, vel iuuenti

12 Pudefacta fuit mater vestra valdè, infossa fuit genitrix vestra: ecce postremitas gentium desertum, siccitas, & campestris.

13 De efferuescentia IHVH non habitabitur; & erit ^z afflatio ^a omne eius: omnis transiens super Babelem afflabit, & sibilabit super omnes percussiones eius.

z afflatus, afflanda, stupa
a tota ipsa

14 Ordinate super Babelem circuitum omnes ^b viantes arcus, iaculate ad eam; non commiseratione mouebimini ad sagittam; quia ^c IHVH ^d errauit.

b tendentes, calcantes
c darius.
d verbum femininum

15 Taratantarizate super eam circuitu, dedit manum suam; ceciderunt fundamenta eius, diruti fuerunt muri eius: quia vindicta IHVH ipsa, vindicate in ea, secundum quod fecit, facite ei.

16 Excindite seminantem de Babele, & ^e capientem falcem in tempore ^f decurtationis: de faciebus gladij columbæ, & vir ad populum suum ^g faciunt; & vir ⁱ terræ suæ fugient.

e prehendentem
f messis
g quisque sic riox
h faciem
i darius. ad terram suam
k Parua-peccus

17 ^k Pecus dispersa Israel, leones impulerunt: primus comedit eum rex Assur; & iste posterior exossauit eum Nebuchadretzar rex Babelis.

18 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis; Ecce ego visitans ad regem Babelis, & ad terram eius: Secundum quod visitauit ad regem Assur.

19 Et reuertere-faciam Israël ad nomum suum, & depascet Carmelum & Basanem: & in monte Ephraim & Ghilghadis saturabitur anima eius.

20 In diebus iis & in tempore ipso, Fidelis-sermo IHVH, quæretur ad ^l prauitatem Israelis, & non ea; & ad errata Ichudah, & non inuenientur: quia condonabo, ^m quibus relinquam.

l curuitatē, distortionē, peruersitatē

21 Super terram Merathaim ascende super eam, & ad habitantes Phekodj: exsiccata,

m eis quos

disipa, & interfice qua post eos sunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia que præcepi tibi.

22 Vox belli in terra, & contritio magna.

23 Quomodo confractus est, & contritus malleus uniuersa terra? quomodo uersa est in desertum Babylon in Gentibus?

24 Illaqueauit te; & capta est Babylon, & nesciebas: inuenta es & apprehensa: quoniam Dominum prouocasti.

25 Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit uasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldaeorum.

26 Venite ad eam ab extremis finibus, aperite, ut exeant qui conculcent eam: tollite de uia lapides, & redigite in acruos, & interficite eam: nec sit quidquam reliquum.

27 Dissipate uniuersos fortes eius, descendant in occisionem: uia eis, quia uenit dies eorum, tempus uisitationis eorum.

28 Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, ut annuntient in Sion ultionem Domini Dei nostri, ultionem templi eius.

29 Annuntiate in Babylonem plurimū: omnibus, qui tendunt arcum: consistite aduersus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia que fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est, aduersum sanctum Israël.

30 Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes uiri bellatores eius conticescent in die illa, ait Dominus.

31 Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus exercituum: quia uenit dies tua, tempus uisitationis tuæ.

32 Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum: & succendam ignem in urbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

33 Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam sustinent filij Israël, & filij iuda simul: omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

34 Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius: iudicio defendet causam eorum, ut exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.

Maluenda, In libr. Ierem.

exsicca, & anathematiza post eos, Fidelis-sermo IHVH: & fac secundum omne, quod præcepi te.

22 Vox ⁿ cæssionis in terra, & con-

fractio grandis.

23 Quomodo succisus fuit malleus omnis terræ? quomodo fuit ^o afflatio ni Babel in gentibus?

24 Illaqueauit tibi, & etiam capta fuisti Babel; & tu non cognouisti: inuenta fuisti, & etiam capta fuisti; quia in IHVH attrahere te fecisti.

25 Aperuit IHVH thesaurum suum, & exire fecit uasa furoris sui: quia ministeriale ipsum P ADONAI IHVH

26 Venite ei de extremitate, aperite calcandas eius, sternite eam sicut acruos, & anathematizate eam: non erit ei reliquia:

27 ^q Exsiccate omnes iuuenos eius; descendant mactationi: hoi super eos, ^r quia uenit dies eorum, tempus uisitationis.

28 Vox fugientium & salui euadentium de terra Babelis: ad annuntiare in Tzijone uindictam IHVH, ELOHIM nostri, uindictam ^r basilicæ eius.

29 Audire facite ad Babelem multos, omnes ⁿ uiantes arcus desidete super eam circuitu, non erit ^r euasio; ^r pacificate ei secundum opus eius; secundum omne, quod fecit, facite ei: quia ad IHVH superbiuit, ad Sanctum Israël.

30 Ad sic cadent ^r electi eius in plateis eius: & omnes homines ^a cæssionis eius ^b in sumentum redigentur in die ipsa, Fidelis-sermo IHVH.

31 Ecce ego ad te superbe, Fidelis-sermo ADONAI IHVH TZEBAOTH: quia uenit dies tua, tempus ^c uisitari te.

32 Et impinget superbus & cadet, & non ei surgere faciens: & conflagrare faciam ignem in urbibus eius, & comedet omnes ^d circuitus eius.

33 Sic dixit IHVH TZEBAOTH: Defraudati filij Israël, & filij Iehudah ^e unite: & omnes ^f captiuos-abducetes eorum, obtinuerunt in eis, reuerunt dimittere eos.

34 Redimens eorum obtentus, IHVH TZEBAOTH nomen eius litigare litigabit litem eorum: ^g correspondentiæ rigescere fecit terram, & commouere faciet habitantibus Babelis.

ⁿ belli, prælij, pugne

^o ut u. 3.

^p dicitur

^q Desolatè, deuastate, iugulare, tollite gladio ^r quum aduenierit

^r euasorum

^r regis, templi ^u ut u. 14.

^x ei euasio, lectum & nō scriptum ^y integrate, retribuere, rependite

^z lectissimi iuuenes ^a ut u. 22. bellatores ^b succidentur, actum erit de illis

^c quo uisite

^d ambitus

^e simul, uoq; pariter ^f captiuatores eorum

^g datus. ad correspondentiæ

35 Gladius ad Chaldaeos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius.

36 Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

37 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripientur.

38 Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.

39 Propterea habitabunt dracones cum fannis sicariis: & habitabunt in estruthiones, & non inhabitabitur ultra usque in sempiternum, nec extruetur usque ad generationem & generationem.

40 Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorham, & vicinas eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incollet eam filius hominis.

41 Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi consurgent à sinibus terra.

42 Arcum & scutum apprehendent: erudeles sunt & immisericordes: vox eorum quasi mare sonabit: & super equos ascendent sicut vir paratus ad praelium contra te filia Babylon.

43 Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissoluta sunt manus eius: angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem.

44 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subito currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem praeponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

45 Propterea audite consilium Domini, quod mente concepit aduersum Babylonem; & cogitationes eius, quas cogitauit super terram Chaldaeorum: Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.

46 A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter Gentes auditus est.

35 Gladius super Chaldaeos, Fidelis-sermo IHVH: & ad habitantes Babelis, & ad principes eius, & ad sapientes eius.

36 Gladius ad vectes, & stultescunt, gladius ad ^h praeualidos eius, ⁱ & confesternabuntur.

37 Gladius ad equos eius, & ad ^k currum eius, & ad omnem missionem, quæ in medio eius, & erunt ^l mulieribus: gladius ad thesauros eius, & diripientur.

38 Siccitas ad aquas eius, & exsiccabuntur: quia terra ^m de dolatorum ipsa; & in formidinibus extollere se sefacient.

39 Ad sic ⁿ habitabunt ^o sicci ad ^p formidabile animal; & habitabunt in ea ^q filia struthionis: & non habitabit, ^r adhuc ^s victoriae, & non ^t scenitabit usque ad generationem & generationem.

40 Sicut subuersio ELOHIM ad Sodom, & ad Ghamorah, & ad conscenitadores eius, Fidelis-sermo IHVH: non habitatores ibi ^u vir, & non ^v in ea filius Adami.

41 Ecce populus veniens de Septentrione, & gens grandis, & reges multi excitabuntur de ^y femoribus terræ.

42 Arcum, & rhomphæam ^z obtinebunt, ^a crudelis ij, & non ^b inuiscerabunt: vox eorum sicut ^c mare ^d sonabit; & super equos vehentur: ordinatus sicut vir ^e cæssioni super te, filia Babelis.

43 Audiuit rex Babelis auditionem eorum, & remissæ fuerunt manus eius: coangustatio obtinuit eum, dolor sicut parientis.


44 Ecce sicut leo ascendet de superbia Iardenis ad ^f nomum ^g duritiæ, quia rigere-faciam, currere-faciam de super eam; & quis electus ad eam visitabo: quia quis sicut ego? & quis iste pastor, qui stabit ^h faciebus meis?

45 Ad sic audite consilium IHVH, quod ⁱ consiliauit ad Babelem; & excogitationes eius, quas excogitauit ad terram Chaldaeorum: Si non trahent eos ^k minores ouis; Si non ^l afflare-faciet super eos ^m nomum.

46 De voce, capta-fuit Babel, commota-fuit terra: & clamor in gentibus auditus fuit.

h præpotentia, heroes, gigantes
i vt confesternatur, profesternatur, frangantur
k curiatarâ, rem vehiculariam
l in mulieres
m sculptilium, simulacrorum
n manebit, residebunt
o vide Isai. 13. 21.
p ibidem. v. 22.
q ibidem v. 21.
r ultra, amplius, deinceps
s dicitur. in sempiternum tabernaculabit, cohabitabit
t quisquam
u incollet, peregrinabitur, commorabitur

y lateribus
z apprehendent, arripient
a saeuus, ferrox quique eorum
b misericordiam visceribus completentur
c maris
d fremet, perstrepet, tumultuabitur
e vs v. 22.
f vs Exod. 15. 13.
g roboris, fortitudinis
h dicitur. ad facies meas
i consulta-uit, iniit, cepit
k minores gregis, pecoris
l stupenda desolabit
m vs v. 44.



COMMENTARIA.

VERS. I.



ERBVM, QVOD LOQVVTVS EST DOMINVS &c.] Alij ex Heb. hunc versum conuertunt: *Verbum quod loquutus est Iehoua contra Babylonem & contra terram Chaldaeorum, in manu, vel per manum Iirmeia propheta. seu per Iirmeiam prophetam.* Inscriptio, inquit, hæc duorum capitum communis est, ac propterea vti commune est illorum argumentum, ita coniunximus. Sunt autem, si huius prophetiæ inscriptionem hoc ceru contentam exceperis, sex eius partes: prima est, propositio summa, versibus quatuor: Secunda est, propositionis enarratio; inde ad versum vsque 33. tertia est, confirmatio, narrationem illustrans, inde vsque ad vers. 41. capit. 51. quarta est, confutatio, inde ad vers. 50. quinta, conclusio. vsque ad vers. 59. postrema verò, typus à Deo adhibitus ad prophetiam illustrandam, inde ad finem vsque.

VERS. 2.

ANNVNTIATE &c.] Alij: *Indicate, o vos propheta, seu ministri verbi, vel vos o Iudæi.* Prima hæc pars, prolepsis siue propositio generalis totius argumenti, duobus membris continetur: vnum est, de ruina Babyloniorum, duobus versibus: alterum de liberatione populi, propter quam euertendi fuerant Babylonij, duobus alteris. Vtrumque autem propositionis membrum propheta consultò enuntiat Iudæis (qui iam tum ex parte deportati fuerant, vt apparet ex vers. 59. cap. 51.) cum ad confirmandum eos in expectatione liberationis suæ, & in grauissimis malis consolandum, in quibus illos stantes & erectos fide, iubet gloriose Babyloniorum exitum, & suam salutem prædicare, & inter se informare: tum etiam ad bene vtendum commoditate diuinitus oblata hortatur.

IN GENTIBVS.] id est, fratribus nostris, qui per varias gentes huc illuc dispersi sunt, ac proinde coram nequeunt in cætu nostro institui de his promissionibus. Alij, *in gentibus,* id est, per vniuersas gentes & nationes, quibus longè lateque Babylonius monarcha dominatus fuerat: quia celeberrimum tunc erat regnum Chaldaeorum, ac par erat, vt tanti imperij casus publicè gentibus prædiceretur, vt vel admirarentur vel gauderent excasso iugo.

ET AVDITVM FACITE.] Alij: *pronuntiate, vel prædicate, significate, auribus inculcate.*

LEVATE SIGNVM.] Alij: *tollite vexillum, ad euocandas gentes contra Babyloniam, vel signum victoriæ.* Nonnulli: *tollite vexillum, id est, fratres vestros in cætus & congregationes sanctas conuocate tanquam elato vexillo verbi Dei, ad communicandas cum ipsis promissiones Dei vobis expositas: sic enim pios clam temporibus angustiarum conuenisse testantur historiæ factæ, vt annotauimus 2. Chro-*

nicor. 35. 3. prophetia Iechekelis passim & Mordecai exemplum docet Esther 4. & iubet Apostolus Hebræor. 10. v. 24. & sequentibus.

CAPTA EST BABYLON.] Alij per futurum: *Capietur Babylon.*

CONFVSVS EST BEL.] *vel erubescet Bel, vide in Isaia 46. v. 1.*

VICTVS EST MERODACH.] Heb. *conseruatus, prostratus, contritus, fractus est, vel per futurum, conteretur Merodach.* Sic statim. *Merodach,* plerique notant fuisse nomen alterius primarij Babyloniorum dei, vt duo fuerint eorum præcipui & maiores dij, *Bel,* & *Merodach,* seu *Berodach,* vt appellatur, 2. Reg. 20. 12. Cuius nominis varias etymologias videre poteris apud S. Hieronymum, & Pagninum Libellis de Notationibus Hebraicis, quæ tametsi ex Hebraica lingua petita sunt, non vt penitus alienæ repudiandæ videntur, quod maxime affines hæ linguæ sint. Tremellius & Iunius obseruant: [*Merodach, id est ad verbum Scipiuchos, seu Sciptuchos; aut Siphruchos, siue Sceprifer, Scepiritenens, Chaldaica appellatione: nomen fuit apud Babylonios commune dei ipsorum Beli, & regum omnium inde à Beli primi regis ipsorum temporibus. Nos vt pro Belo accipiamus hoc quidem in loco, ab adiunctis adducimur, & maxime sequenti membri comparatione: quasi dicat propheta, vt summus illorum deus erubescet, contereturque; sic etiam minorum gentium dij exemplo illius: metaphora.*] Hæc illi: quibus accinit, quod Herodotus lib. 1. Numer. 195. de Babylonis refert: [*Singuli, inquit, gestant sceptrum affabre factum, cui superstat, aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aquila, aut aliquid eiusmodi.*] Forte in honorem dei sui. Idem affirmat Strabo lib. 16. pag. 746.

GENS AB AQUILONE.] Exponunt, id est, **VERS. 3.** à Media, quæ magis aquilonem spectat respectu Babylonis, & ex Assyria, quæ iter fecit Cyrus venturus ad Babyloniam expugnandam: vide infra vers. 21. Sic vers. 41.

AB HOMINE VSQVE AD PECVS, ET MORTI SVNT; ET ABIERVNT.] Alij: *non homo non iumentum, fugerunt, alio abierunt, 2. tam homines, quam iumenta emigrabunt, abibunt.*

IN DIEBUS ILLIS &c.] Hunc versum & **VERS. 4.** sequentem videntur mihi Tremellius & Iunius apte satis exposuisse in hunc modum.

4. *Diebus illis & tempore illo, dictum Iehoua, veniant filij Israelis, ipsi cum filiis Iehuda vno, eundo & stendo ibunt, vel i. indefinenter stendo eant, & Iehouam Deum suum querant;*

5. *De Tzijone interrogent in via, 2. illis facies eorum spectent: agedum dicant, & adiungant se Iehouæ fœdere perpetuo, quod non tradatur obliuioni.*

1. Id est, flagrent tanto desiderio reuiscendi Ecclesiam Dei, vt neque stendi, neque

pergendi finem faciant, donec ad locum exoptatissimum peruenerint, ut amplificatur sequente versu. Hæc autem per hortationem potius, quam per narrationem propheticam dici statuimus, cum ex præcedentis partis comparatione, tum ex complemento & veritate rei. Nam reuera Deus edicto Cyri libertatem omnibus tribuit, & mandauit ut Ecclesiam repeterent, Hezræ 1. 3. Sed quàm pauci iustissimam conditionem oblatam amplexi sint, etiam ex optimatibus Iehudæ, historia omnes testantur, & ipse Hezra cum in libro suo, tum etiam 1. Chronicor. 4. 21. & sequentibus manifestò docet.

2. Id est, nihil loquantur, ad nihil aduertant aliud, sed toti ferantur animo & corpore Tzizonem versus: similes loquutiones sunt Genes. 19. 17. 2. Reg. 4. 29. Lucæ 10. 3.

Cæterum alij rectè monent reuera plures Israelitarum cum Iudæis ex deportatione Babylonica reuertisse, ut rectè hæc Ieremias nedum hortatoriè, sed etiam historiciè vaticinari potuerit. Aliqui obseruant, tametsi ex Israelitis per Salmanassarem abductis, nulli redierint: at rediisse multos, qui permisti Iudæis in Babylonem sub Nebuchadnezare deportati fuerant, qui ante secedentes à schismate Ieroboami, sese in partes duarum tribuum variis occasionibus contulerant, vide 2. Paralipom. 11. 16. & cap. 15. 9. & cap. 30. 25. Sed de his fusè disseruimus lib. 11. de Antichristo, cap. 18.

VERS. 6.

GREX PERDITVS FACTVS EST POPVLVS MEVS &c.] Alij: *Grex omnium pereuntium sunt populus meus &c.* Secunda pars, enarratio propositionis, ut diximus in vers. 1. cuius prius membrum per hysterosin Hebræis familiarem, posteriore loco, inde à versu 6: posterius verò priore loco illustratur, his tribus versibus, quorum duo allegoricè figurant miserum statum populi, à domesticorum fraudibus, hoc versu; exterorumque oppressiōibus & propriis peccatis, sequente versu: vltimus, ad diem illum prænuntiatum liberationis venturæ reuocat.

PASTORES BORVM SEDVXERVNT EOS.] Alij: *Pastores eorum faciunt ut aberrent.* id est principes & præfecti omnes ordinis vtriusque ecclesiastici atque politici.

FECERVNT QVE VAGARI IN MONTIBVS.] Alij: 1. *ad montes expulerunt eos.* id est, perdita institutio magistratuum vtriusque ordinis, fecit ut populum Chaldæi in captiuitatem abduxerint. 2. *in montibus contriuerunt eos* id est, causa extiterunt contritionis & calamitatis eorum, quum per montes altos, & asperos in captiuitatem raptarentur. 3. *ad vel per montes auertunt eos.* id est, faciunt ut aberrent per loca montosa & aspera: allegoria.

VERS. 7.

NON PECCAVIMVS; PRO EO QVOD &c.] Alij ex Heb. 1. *Non delinquemus,* id est, erimus extra culpam perdendo & affligendo eos: propterea quod peccauerunt Iehoua, habitaculo iustitiæ, & expectationi patrum eorum Iehoua. id est, qui Iehoua erat eis habitaculum iustitiæ, id est: locus tutus sub tutela legum & iusto iudice, qui eos vindicabat, ut antea fuerat spes, & columen patrum suorum. Ini-

mici eorum promittebant sibi omnem impunitatem quòd contra fontes agerent, & extrema supplicia commeritos. 2. *Nos culpa vacamus, quia isti peccauerunt Iehoua: atqui Iehoua domicilium erat iustitiæ,* qui eos ut iustus iudex ab iniuriis vindicabat, & spes patrum eorum Iehoua. 3. *Non erimus rei,* id est, impunè facturi sumus: vide supra cap. 2. v. 3. *et quod peccant Iehoua in caula iustitiæ,* id est, in Ecclesia Dei, cuius symbolum erat Iudæa: *ij quorum maioribus expectatio fuit Iehoua.* id est, optimorum parentum degeneres filij.

Non peccauimus. Heb. in futuro hæc omnia complectuntur: *Non erimus-afflabiles seu abominandi, non rei peragemur, non noxa-obstringemur, non erimus-in culpa, non erimus-piaculares: non erimus ob hanc culpam cum flaru quodam abominationi & horrore.*

DECOI I IUSTITIÆ.] Heb. *nomo, caula, pascuo-amæno, tesquuo vel tesco iustitiæ.* vide in Exod. 15. 13. videtur hîc esse epithetum Dei, quòd sit Deus nomus, pascuum amænum, campus vberimus, nomus, regio, præfectura iustitiæ: quasi dicat, non erimus in culpa. vel non puniet nos Deus, qui est integerrimus vindex iustitiæ, quòd istos impios affligamus, quòd ipsi ob sua scelera mereantur iustissimè flagellari; imò rem gratissimam Deo facimus, qui iustitiæ eius administri sumus.

ET ESTOTE QVASI HOEDI ANTE GREGEM.] Alij: *veluti capri, aut hirci-maiores ante gregem.* Exponunt; id est, alieni à metu, ut hirci gregem præcedentes: quasi dicat, nemo ex vobis refugiat tenere primas in agmine secedentium, ut hirci intrepidè gregem antecedere solent. vel, exemplo vestro præite etiam gentibus, easque ad Ecclesiam inuitate. Aut, exite celeres, læti, exultantes ut hirci solent præcedentes gregem.

VERS. 8.

QVONIAM ECCE EGO SVSCITO &c.] Alij: *Nam ecce ego excitauimus sum & adducturus contra Babylonem congregationem, seu cætum, &c.* Ætiologia metabatica ad priorem propositionis locum de iudicio in Babylonios, quod duobus versibus expositum, deinde exornatur primùm per apostrophen ad Babylonios, tribus versibus: tum ad hostes Babyloniorum, tribus alteris: ac postremò amplificatur à causis, quibus suæ iudicij venturi narrationes adhibentur, vsque ad vers. 33.

GENTIVM MAGNVM DE TERRA A-QVILONIS.] id est, Medorum, Persarumque, ut Isaiæ 21. 2.

ET PARABVNTVR ADVERSVS EAM.] Heb. & *ordinabunt ei.* Alij: 1. & *instruent in eam.* 2. & *oppugnabunt eam.* 3. *qua disponens acies contra illam.*

ET INDE CAPIETVR.] Alij: *deinde capietur.* 2. *inde capietur.* id est, à copiis inde ab aquilone venientibus: nam ex Assyria in Babyloniam irruerunt, infra v. 21.

SAGITTA EIVS QVASI VIRI FORTIS INTERFECTORIS, NON REVERTETVR VACVA.] Alij: *sagitta eius gentis non redibunt vacua, quemadmodum sagitta viri iaculandi periti.* vel *fortis orbantis.* Scilicet mulieres viris, & patres filiis. 2. *cuius sagittarum, ut potentis orbantis, seu, interficientis nulla reuertetur,*

sur, seu resiliet frustra, id est, ut sagittæ sagittarij periclitissimi, qui valentissime transfigit vitales aduersarij partes, & orbat vita prout optauerit.

VERS. 10. ET ERIT CHALDÆA IN PRÆDAM.] Heb. *Et erit Chaldaei in spoliū.* id est, quifque Chaldæorum. Alij: *Et erit terra vel regio Chaldæorum, præda.*

VERS. 11. QUONIAM EXULTATIS ET MAGNA LOQUIMINI, &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant. 1. *Quoniam gauisus estis & latati estis conculcando hereditatem meam: quia increuistis, seu, sumpsistis incrementum, ut vitula exterens, vel triturans, hoc est, pinguis, nam triturando vescuntur multo tritico, vnde pinguiores redduntur: opponitur vitulæ aranti, quæ macra esse solet: & hinniuistis sicut cabali: sententia expletur sequente versu.* 2. *Quum latati fueritis, quum exultaueritis, ô direptores possessionis mea; quum abundaueritis ut vitula herbilis, & claram vocem edideritis, ut robusti iuueni.* Apostrophe ad Babylonios, ut diximus in vers. 9. delicias illorum & perditum luxum hilariorum denotans, in quibus capta est Babylon, ut notauimus supra Cap. 25. 26. Forte. notat mores Babyloniorum Luxu, & lasciuia perditos, quales describunt Herodotus lib. 1. Numer. 199. Strabo Lib. 16. pag. 745. Curtius Lib. 1. cap. 1.

QUONIAM EFFUSI ESTIS.] Futurum verbi פהו phut, hæc omnia complectitur: *quoniam ex perulantia expatiabimini, diuagabitis, lasciuia, luxuriabimini, seu luxuriabitis, vel quoniam multiplicabimini, abundabitis, augetis, excresetis, ampliabimini, diffundemini.*

SICUT VITVLVS SVPER HERBAM.] נשח daschab, plerique à נשח daschab cum Aleph deducunt: *sicut vitula progerminationis, seu, herba tenera, aut, herbula. seu, ut vitula herbificata, id est, herbis pasta, vel, herbificans, pascens herbas: aut ut, vitula herbilis, id est, quæ herbis pascitur & augetur.* Forsterus: *Sicut vitula graminis, vel, in gramine.* Alij volunt esse præteritum seu participium verbi נשח dasch, *Sicut vitula triturans - vel quæ triturauit: ut etiam Forsterus exponit.* In quibusdam exemplaribus Scribitur cum He נשח daschab, in aliis cum Aleph נשח daschab. Possis reddere: *sicut vitula progerminans.* Videlicet, cornua: tunc enim solent vitulæ magis lasciuire. Notandum, quatuor futura huius versus scribi cum Iod in fine, & legi cum van; cum Iod quidem sunt secundæ personæ femineæ, singulares, *lataberis, exultabis, lasciuies, hinnies seu, mugies.* Videlicet, tu Babel. Cum van verò sunt secundæ personæ masculeæ plurales, *latabimini, exultabitis, &c.* ut vertimus. nimirum, vos Chaldæi seu Babylonij.

ET MUGISTIS SICUT TAVRI.] Verbum נשח mugal, pro mugire alibi non memini me legisse, cum ferè de equis dicatur, id est, hinnire: & figuratè interdum de hominibus. Sed & huic loco hinnendi significatiō etiam rectè aptari queat, ut paulo ante vidimus. Siquidem נשח mugal, id est, robusti, etiam

de equis, ut de tauris effertur. Quidam hinc reddunt: & *mugistis sicut tauri parta victoria.* ut Virgilius egregiè describit 3. Georgicor.

CONFUSA EST MATER VESTRA NIMIS.] VERS. 12. Alij: 1. *Pude facta est mater vestra vehementer.* 2. *Erubescet mater vestra valde,* id est, Babylon metropolis, ac veluti totius regionis mater.

ET ADÆQVATA PVLVERI, QUÆ GENVIT VOS.] Heb. & *infossa est genitrix vestra,* id est, defossa, sepulta, vel *pra pudore infodit se.* Forsterus: & *auertit se genitrix vestra,* id est, non ausa est intendere oculos, sed faciem & oculos auertit seu diuertit, pudore affecta oculuit faciem & oculos, & quasi fuit latibula. Hanc esse secundariam verbū נשח chaphar, ex primaria infodiendi existimat. Alij: 1. *pudore suffusa est, quæ genuit vos.* 2. *erubuit genitrix vestra.* 3. *pudebit genitricem vestram, dicendo, Ecce, &c.*

ECCE NOVISSIMA ERIT IN GENTIBVS, &c.] Alij: ex Heb. 1. *Ecce postremum gentium,* id est, finis regni Babylonici: *desertum, vastitas & solitudo.* 2. *dicendo, ecce postremum gentium, desertum, siticulosum, & campestrem locum,* quasi dicat, *Hui tam citò me quæ primas obtinebam, & regina sedebam in gentibus, postremam omnium effectam esse, & horrere totam: prosopopœia.*

AB IRA DOMINI NON HABITABITVR, VERS. 13. &c.] Hunc versum alij ex Heb. exponunt: *Præ feruore, seu efferuescentia, ira feruente, & bulliente, & quasi spumante Iehoua non habitabitur, sed erit desolatio, seu desolatissimum tota, quisquis transibit iuxta Babylonem, obstupescet, sibilabit quæ propter omnes plagas eius, id est, ex quo semel ruere cœpit, ut ædificium inclinans magis ac magis labefactabitur, donec tota corruerit, cœpit enim hoc iudicium per Cyrum primo, deinde per Darium Hystalpis promotum est, tum per Alexandrum Macedonem: ac postremum in solitudinem redacta, vicinitate Seleuciæ condite intra nonasimum lapidem à Seleuco Nicatorè, teste Plinio lib. 6. cap. 26. vide in Isai. 13. 19.*

STVPEBIT ET SIBILABIT SVPER VNIVERSIS PLAGIS EIVS.] vide supra Cap. 49. 17. & cap. 19. 8.

PRÆPARAMINI CONTRA BABYLONEM, VERS. 14. &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt: 1. *Instruite aciem contra Babylonem circumquaque omnes, qui arcum tenditis, iaculamini in eam, ne parcatis iaculis, aut telis, quia Iehoua peccauit.* 2. *Disponite contra Babylonem circumquaque omnes tendentes, iaculamini contra eam, ne parcatis sagitta, nam Iehoua peccauit illa.* Apostrophe ad Medos & Persas, ut diximus in vers. 9.

CLAMATE.] Heb. *Taratantarizate, classicum canite, triumphate, ululate, voiferamini, ingentem clamorem edite,* ut solent milites sub conflictum, *barrite, contra eam circumquaque, &c.* Elegantissima descriptio causæ, propter quam Medi & Persæ fuerunt infensissimi Babylonij, & alij alios prouocarunt ad sumendam vltionem de ea.

DEDIT MANVM.] Plerique exponunt: *vi-*
Et

Ha est, sese dedit, vt Latini dicunt, dare manus. Hispanicus Interpres: rendido se ha. Qui sensus non satis loco congruit, nam Babylon non deditio, sed vi & irruptione capta est à Cyro. Alij; dedit, seu iunxit manum suam, id est, fœderati fuerunt Babylonij cum hoste Cræso Lydorum rege aduersus Cyrum. Herodotus lib. 1. Numer. 77. (Cræsus in animo habebat accersere etiam Babylonios, cum quibus & ipse fœdus percusserat: Erat autem Babyloniorum tyrannus ea tempestate Labynius.) De hac loquutione, dare seu iungere manus, fœdus inire, vide Leuit. 6. v. 2. Ezechiel 17. 18. 1. Machabæor. 11. 50. cui non ab simile est loquendi genus Job. 17. 3.

CECIDERVNT FVNDAMENTA EIVS, &c.] Alij cadant fundamenta eius: cum ultio Ichona sit, ultionem sumite de ea, id est, cum ultio de ea fiat auctore Deo, vel cum Deus ipse in pœna Babylonis vindicetur, aduersum quem ipsa impie egerat: quem admodum fecit, facite illi, vt Apocalyp. 18. 6.

VERS. 16.

DISPERDITE SATOREM DE BABYLONE, ET TENENTEM FALCEM IN TEMPORIBUS MESSIS.] Alij: Excidite satorem à Babylonia, & qui tractat falculam temporis messis, id est, ne agricolis quidem (qui minimi ac ferme inermes, & summè in republica sunt necessarii) parcite. Sic figuratur excidium grauissimum. Nam Babyloniā ipsam non herbas quidem, sed tantum segetes copiosissimas fundere testantur Herodotus lib. 1. Num. 193. & Plinius lib. 18. cap. 17.

A FACIE GLADII COLVMBÆ.] vide supra cap. 46. 16. & cap. 25. 38. Atqui hîc disertè gladius columbæ, gladius Babylonij intelligi non potest: sed gladius Persæ vel Medi.

VNVSQVISQVE AD POPVLVM SVVM CONVERTETVR, &c.] Hæc quidam de mercenariis copiis Chaldæorum intelligunt, quæ audito aduentu Persarum & Medorum, dissi-gient.

VERS. 17.

GREGES DISPERSVS ISRAEL, LEONES MIERCERVNT E VM.] Alij ex Heb. Parua-pecus dispersa fuit Israhel, quam leones depulerunt vel expulerunt. Amplificatio præcedentis propositionis, à causa, propter quam Deus ad iudicium hoc exercendum adducitur. Proponitur itaque causa ab insolentia & tyrannide Babyloniorum in populum Dei, hoc versu: deindè promissio sit restitutionis populo, tribus versibus: ac postremò prophetice narratur excidium Babylonis, inde ad vers. 33.

PRIMVS COMEDIT EVM REX ASSVR.] Alij: prior comedit eam rex Assyria, id est, reges Assyriæ: sylleptice, qui decem tribus deportauerunt, de quibus. 2. Reg. 16. & 17. & 1. Paralipom. 5.

ISTE NOVISSIMVS EXOSSAVIT EVM NABUCHODONOSOR.] Alij: hic autem exossavit eum, vel ossa eius comminuit, contriuit, Nebuchadnezzar, id est, absumpsit, quidquid erat reliquum: elegans allegoria, quasi dicat, ossa reliqua absumpsit.

VERS. 18.

ECCE EGO VISITABO, SEU ANIMADVERTAM IN REGEM BABYLONIÆ, ET IN TERRAM EIVS: SICVT VISITAVI REGEM ASSVR.] vel quemadmodum animaduerti in re-

gem Assyria, vt exponitur Ezechiel. 31.

ET REDVCAM ISRAEL AD HABITACVLVM SVVM.] Alij 1. Et reducam Israhel ad septa sua. 2. Et faciam vt reuertatur Israhel ad caulam suam. Hoc proculdubio de restitutione corporali, sed potissimum spirituali ad Ecclesiam accipiendum est.

ET PASCETVR CARMELVM ET BASAN &c.] Alij: & depascat Carmelum & Baschanem, & in monte Ephraimi atque Gihbade satietur anima eius, id est, fruatur vel opimis & vberimis pascuis Ecclesiæ satietur.

QVRETVR INIQVITAS ISRAELIS, &c.] Alij reddunt: si queratur iniquitas Israhel, nulla exiabit, & peccata Iehuda nulla inuenientur, quia condonauero iis, quos faciam reliquos, id est, reliquis Israhel & Iudæ, quæ saluæ fient remittet Christus propter se, peccata & annuntiabit eis Euangelium in remissionem peccatorum, Isai. 10. 22 Romanor. 9. 27.

SUPER TERRAM DOMINANTIVM ASCENDE.] variè alij ex Heb. 1. Sanctes ex Kimchi, Vatablus, & alij passim: Aduersus terram rebellionum, perduellionum, seu rebellantium. nempe Babyloniā, מרתים merathaim, formam dualem habet, id est, duarum-rebellionum, seu geminatarum rebellionum, hoc est, perduellissimam, duplicium, duplicatarum rebellionum. 2. Auenarius: contra terram amaritudinum, exacerbationum quæ deos & homines exasperant. 3. Marinus: contra terram duarum-contradictionum, seu duarum-rebellionum 4. Forsterus & Schindlerus: super terram mutationum.

ascende. tu hostis Mede, vel Persa. aut tu Cyre.

ET SUPER HABITATORES EIVS VISITA.] Hebr. & ad habitatores visita. id est, animaduerte, puni, afflige. Tremellius & Iunius vocem מרתים merathaim, quam Noster dominantium dixit, à מרה mara Chaldaico; & vocem פקוד phekod, quæ imperatiuè ab aliis, visita, redditur, vt nomina propria locorum acceperunt, locumque hunc ita exponunt: [Contra terram hanc ipsam. Narratio prophetica, vt diximus in vers. 17. quæ res gerendæ ordine exponuntur mandato Dei. (Merathaimis ascende.) id est, ex Assyria: nam in Assyria superiore erant Mardi ab oppido Marde trans Tigrin, apud Ptolemaum lib. 6. cap. 2. & cis Tigrin in Armenia Mardi ex aduerso Mardorum Assyria (vt ostendit Ptolemaus lib. 5. Geographia, cap. 13.) à quibus dicebantur Martyeni montes (Mantiones vocat Herodotus lib. 1. Num. 189. & 202. imò exemplaria emendatiora Mantienos potius vocant) Gyndem fluium profundentes super virosque Mardos.] & per habitatores Pekodi. id est, partis Assyriæ inferioris, quæ Cyrus transvexit in Babyloniā: Sic autem dicta videtur hæc Assyriæ pars, hîc & Iecheskelis 23. 33. eo quod summa illic præfectura fuisset regni Assyriorum, & in ea Niniue euerfa iam eo tempore. Sed veteror, vt hæc sunt subtiliter & curiosè excogitata, ita solida sint. Illud satis constat Cyrum Babylonem exercitum ductantem ad Gyndem fluium venisse, qui in Mantyenis oritur montibus: vt Herodotus scribit lib. 1. Num. 189.

PEKOD,

PEKOD, Noster hîc pro imperatîo accepit, *vista*. Plerique Hebræorum nomen proprium Babylonis esse putant, sic dicta, quod tunc visitanda esset à Cyro, quasi dicat: & contra habitatores visitationis. id est, Babylonis visitanda. Chaldæus vult esse nomen cuiusdam alterius vr̄bis regionis Babylonicæ. Aliqui exponunt: & contra habitatores specula. id est, altissimæ illius turris Babyloniæ.

DISSIPATA ET INTERFICE, QUÆ POST EOS SVNT.] Alij ex Hebr. 1. *perime & perde, eundo post eos.* 2. *Grassare & exscinde, eundo post eos.* 3. *Deuasta, & internecioni deuone post eos.* id est, postquam istos Assyriæ tractus occupaueris, tum omnia ferro & flamma consumito: similes loquutiones vide Deuteronom. 24. 20. & 1. Samuel. 21. 9. Fortasse innuit hîc primam Cyri impressionem, quam his verbis describit Herodotus lib. 1. Num. 190. [*Cyrus ergo ire Babylonem pergit, Babylonis eum producto exercitu præstolantibus. Qui, ubi propius urbem ille promouit, cum eo conflixerunt, prælioque fugati in oppidum compulsi fuerunt.*] Hoc igitur videtur hîc propheta vel Deus dicere: Cyre deuasta, & interfice post eos, id est, cæde terga fugientium & se in urbem recipientium.

ET FAC IUXTA OMNIA, QUÆ PRÆCIPIO TIBI.] Alij: 1. *& perfice omnia, quæ præcepi tibi.* 2. *denique effice omnino, prout præcipio tibi.*

VERS. 22. VOX BELLII IN TERRA ET CONTRITIO MAGNA.] Alij: 1. *Fama prælii in terra ista Chaldæorum, & confractio magna.* id est, prælium seu conflictus magnus, in quo corruent multi. 2. *Iungunt superioribus: Effice, sonum belli in ista terra, & contritionem magnam.*

VERS. 23. QUOMODO CONFRACTVS EST, &c.] Quidam hunc versum ita ex Hebr. exponunt: *Quomodo succideretur, & confringeretur malleus iouis terra? quomodo esset stupor Babyloniæ in gentibus? Occupatio, qua populum, Cyrumque confirmate voluit Deus diluendo omnem difficultatem, metumque, verbis sequentibus; cum ab Babyloniâ ipsam, vers. 24. tum ad Medos & Persas, versibus sequentibus.*

VERS. 24. ILLAQVE AVI TE, ET CAPTA ES, &c.] versum istum ex Hebr. transferunt: *Laqueum tetendi tibi, & etiam capieris, ò Babylon, quum tu nescies, vel te imprudente: inuenieris etiamque deprehenderis; quia cum Iehoua miscuisti bellum. Allegoriâ venustissima; qua Deus potentissimum illum malleum ostendit sibi non amplius fore quam baculum; ex vers. 27. aut feram venaticam, ad quam capiendam omnia iam sibi comparata esse docet, sequente versu.*

ET CAPTA ES BABYLON, ET NESCIEBAS.] Hunc locum illustrat Herodotus lib. 1. Numer. 191. [*Nunc ex inopinato illis Persæ superuenerunt. Tantaque vr̄bis erat magnitudo; ut (quemadmodum narrant accola) quum capti essent, qui extremas vr̄bis partes incolabant, ij, qui mediâ vr̄bem incolerent, id nescirent. Sed quod forte dies festus eis esset, exercendis choreis atque oblectationibus operam*

dabant, donec planè hoc reseruerunt. Atque ita primò capta est Babylon.] Aristoteles lib. 3. Politicorum, cap. 3. [*Babylone tertium iam diem capta, partem quandam vr̄bis non sensisse dicunt.*]

QUONIAM DOMINVM PROVOCASTI.] Alij ex Hebr. 1. *quoniam contra Iehouam miscuisti-litem, vel litigauisti.* 2. *confluxisti.* 3. *promoucasti-te ipsam.* 4. *Forsterus: trahere voluisti te. vel attraxisti.* scilicet, curtus, vt mos erat curribus vti in bello & pugnare. aut *instruxisti-tracturam.* videlicet, currum. quasi dicat, quia apertum bellum induxisti Deo. vide de notatione verbî ךָׁרָב *gharab* in Hithpahl, Deuterom. 2. 5.

APERUIT DOMINVS THESAVRVM.] Alij, *repositorium, seu armarium suum.* Hispanicè, *su almazen.*

ET PROTVLIT VASA IRÆ SVÆ.] Alij: 1. *& eduxit arma furoris sui.* 2. *& deprompsit instrumenta indignationis suæ.* vt Isaiæ 13. 5.

VENITE AD EAM AB EXTREMIS FINIBVS.] Alij: *conuenite in eam ab extremo.* id est, etiam gentes longinquissimæ. Alij: *in extremo, vel sine.* quasi dicat, Persæ inuadite Babylonem, quia iam adest finis imperij eius.

APERITE VT EXEANT.] Hebr. *aperite horrea, granaria, apothecas;* ubi grana seu frumenta calcata & excussa reponuntur, *eius.*

QVI CONCVLCENT EAM, TOLLITE DE VIA LAPIDES, ET REDIGITE IN ACERVOS.] Alij ex Hebr. 1. *conculcate eam, quemadmodum acervos manipulorum.* id est, exterite eam & conculcate, vt solent in area exteri & calcari frumenta. 2. *contumulate eam quasi acervos.* id est, redigite eam in tumulos & acervos ruderum; vt calcata frumenta coguntur in acervos.

ET INTERFICITE EAM, NE SIT QUIDQVAM RELIQVVM.] Alij: 1. *& vastate eam, ne aliquid supersit.* 2. *& anathematizate, seu internecioni deuouete eam, ne supersint ei reliqua.* De vr̄bium deuotione vide Notas in Leuit. 27. vers. 29.

DISSIPATE VNIVERSOS FORTES EIVS.] Alij: *Interficate gladio omnes viros eius.* id est, principes saginatos & opulentos. Verbum ךָׁרָב *charab*, propriè est, *gladio sanguinem exsiccare & exhaurire.*

VOX FUGIENTIVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: *Vox fugientium & euadentium è terra Babyloniæ, vt indicet in Træione ultionem Iehouæ Dei nostri.* quasi dicat, non supererunt alij, quàm ij, quos Deus misericordia sua seruauerit ad celebrandum in Ecclesia nomen suum. vt Isaiæ 45. vers. 20. & sequentibus: *ultionem templi eius.* id est, quam ultionem sumpserit pro salute Ecclesiæ eius. Plerique hos fugientes & euadentes, non Chaldæos, sed Iudæos ipsos deportatos existimant, qui ope Dei effugerint & euaserint ex excidio Babyloniæ, & ad reliquam Ecclesiam nuntium attulerint exitij Babyloniæ.

ANNVNTIATE IN BABYLONEM PLVRIMIS OMNIBVS, QVI TENDVNT ARRIMIS.]

c v m.] Alij ex Hebr: 1. *Accersite contra Babylonem iaculatores, seu sagittarios, omnes tendentes arcum.* 2. *Promulgate conuenire in Babyloniam amplissimos, qui tendunt arcum, רבנים rabbim, nescio cur hîc nonnulli Hebræorum exponant sagittarios, seu iaculatores: cum statim subiungatur, tendentes arcum. Plerique reddunt, multos, plurimos, amplissimos, magnates, optimates, vel magistros, præfectos, militum, seu castrorum, vt supra cap. 41. vers. 1.*

CONSISTITE ADVERSUS EAM PER GYRVM.] Alij: *castrametate contra eam circumquaque.*

ET NULLVS EVADAT.] Alij: *ne sit ei efugium.*

IVXTA OMNIA QUÆ FECIT, FACITE ILLI.] Alij: *omnino prout fecit, facite illi.*

VERS. 30. CONTICESCENT.] Alij: *conspicientur, tollentur de medio, excindentur, silebunt, obmutescient, in silentium-redigentur, disperibunt, actum erit de eis. vide versum hunc supra cap. 49. 26.*

VERS. 31. ECCE EGO AD TE, SUPERBE, DICIT DOMINVS DEVS EXERCITVVM.] Alij: *Ecce me aduersum te, ô superbia, vel ô superbissime, dictum Domini Iehoui exercituum, &c. Apostrophe ad Babylonium, vt cœperat supra vers. 24. זדון zaddon, potest esse abstractum, superbia; & concretum, superbus. sic versu sequente. Sed abstractum maiorem emphasim habet, ô tu qui nedum superbus es, sed ipsissima superbia, superbissimus.*

VERS. 33. HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM.] Alij hunc versum reddunt: *Sic ait Iehoua exercituum; opprimuntur, vel vim patiuntur filij Israelis, & filij Iehuda pariter: & quicunque captiuos fecerunt eos, detinent eos, renuunt dimittere eos. Tertia pars prophetiæ, vt diximus in vers. 1. confirmatio præcedentis narrationis, primùm à potentia Dei, cuius causæ, instrumenta, operarij, administrique iudiciorum, atque effecta describuntur, vsque ad vers. 14. sequentis Capitis: deinde à iuramento, vers. 14. & sequentibus.*

VERS. 34. REDEMPTOR EORVM FORTIS, &c.] Ex Hebr. alij hunc versum exponunt: 1. *Sed fortis vindex eorum, cuius nomen est Iehoua exercituum, is causam eorum bona fide suscipiet, & disceptabit: & vt requiem det terræ, conturbabit habitatores Babylonis.* 2. *Vindex eorum fortis, Iehoua exercituum nomine, omnino aget causam eorum; vt quietam reddat hanc terram, & commoueat habitatores Babylonis. Causæ, siue fines iudicij ponuntur duo: vnus liberatio & tranquillitas Ecclesiæ; alter Babyloniorum supplicium, & pœna: quæ per hysterolin, more Hebræorum deinceps explicantur.*

IUDICIO DEFENDET CAUSAM EORVM.] Hebr. *litigando litigabit, disceptando, disceptabit, contendendo contendet, causam agendo, aget, litem, disceptationem, contentionem, causam eorum.*

VT EXTERREAT TERRAM.] optimè. Hebr. *vt rigere-faciat terram. id est, vt metu & horrore, seu solitudine rigentem reddat.*

Forsterus: *propter concitare terram, seu conturbare. Vbi præteritum, inquit, ponitur pro infinitiuo. Aptè, nam למען lemaghaa non solet præfigi præteritis, sed futuris & infinitiuis. Alij, הרגיע hirgiagh, infinitum esse volunt, quamuis He Characteristicum sit cum Chirich loco Patbach: vide Thesaurum Sanctis, Colum. 2627. & Buxtorfium pag. 707. Quidam reddunt: vt scindere, discindere, diffindere, disrumpere-faciat terram. Hispanicè consona voce Hebraicæ רגע ragagh, dicimus, razgar, magnam terræ Babylonis stragem & rupturam futuram significat. Quiescendi notio ab Hebræorum ac nostrorum plerisque huic loco attributa, nobis non magnopere probatur. vt quietam reddam hanc terram.*

GLADIUS AD CHALDÆOS, &c.] Alij: *Gladius irruet vel venturus est in Chaldaeos, &c. Ergasia finis, qui posteriore loco dictus est, vsque ad versum quintū capitis sequentis.*

GLADIUS AD DIVINOS EIVS.] Sic ברדים baddim, hîc Chaldæus, & plures Hebræorum accipiunt; pro astrologis Iudicariis, diuinis, magis: quorum triplex quidem doctrina apud Chaldæos fuit, vt ait Plinius lib. 6. cap. 26. sed numerus infinitus: consule Strabonem lib. 16. pag. 739. vide in Isaiæ 16. vers. 6. Quidam exponunt: *gladius in mendaces eius. id est, Diuinos, & Astrologos. Alij: in vectes eius. Figuratè, id est, magistratus cum politicos, tum ecclesiasticos, qui populum sustentant & portant.*

QUI STULTI ERVNT.] Hebr. & stultescant, insanient, in amentiam vertentur. Quidam reddunt: *vt defetiscantur.*

GLADIUS AD EQUOS EIVS, ET AD CURSUS EIVS.] id est, in omnem apparatus bellicum Babyloniorum: Synecdochicè. Porrò quantum Babylonij equitatu valuerint, illud satis argumento esse potest, quod Scribit Herodotus lib. 1. Num. 192. de Tritachma Artabazi filio satrapa Babylonis: *[Erant ei peculiare equi, præter bello destinatos, admissarij ostingenti, cum equarum à quibus admittebantur, sexdecim millibus: nam singuli à vicenis admittebantur.]*

ET AD OMNE VVLGVS QVOD EST IN MEDIO EIVS.] Alij: & in totam mistionem, seu miscellaneam turbam, quæ est in medio eius. Forte intelligit promiscuam diuersarum gentium multitudinem, quæ Babylone negotiandi causa versabatur.

ET ERVNT QVASI MULIERES.] Alij: *vt sint velut femina. prout factum est, postquam prælium cum Cyro aduentante commisissent: ex quo tempore delituerunt Babylone, nec occupata est: vt supra vers. 21. ex Herodoto annotauimus. Sic infra cap. 51. vers. 30.*

GLADIUS AD THESAIVOS EIVS, QUI DIRIPIENTVR.] Alij: *Gladius in thesauros eius, vt diripiantur. Non auri & argenti tantum, sed commeatus militaris, quem in permultos annos intrò comportauerant. Herodotus lib. 1. Numero 190. [Babylonij tamen, quia Cyrum iam pridem animaduertent in quietum esse, viderantque omnes pariter gentes aggredientem, comportauerant permultorum an-*

VERS. 35.

VERS. 36.

VERS. 37.

horum commeatus: ideoque tunc obsidionem nihili faciebant.]

VERS. 38.

SICCITAS SVPER AQVAS EIVS ERIT, ET ARESCENT.] Quidam: *Siccitas in aquas eius, ut aresciant.* ut infra cap. 51. vers. 32. vide rationem huius rei totam apud Herodotum lib. I. Numero 191. Putant enim hic describi, quod ibidem Herodotus in hunc modum narrat: [*Et Cyrus, quum iam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, inops consitij erat. Tandem sine alius ei anxio suggestit, sine ipsi in mentem venit quid in rem esset, sic statuit faciendum: Instructis vniuersis copiis partim, qua flumini urbem ingreditur, partim à tergo, qua egreditur, præcipit, ut quum cerne- rent alueum posse transferri, illac urbem inuade- rent. Ita instructis atque admonitis suis, cum inualiori exercitui pariter abiit ad paludem. Eo ubi peruenit, qua Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, [quæ ipse fusè superius Numer. 185. narravit] eadem & ipse fecit. Nam flumio in paludem sine stagnum, ducta fossa immisso, pristinum eius alueum flumio subsi- dente, seu abscedente, vado transibilem seu peruium reddidit. Quod quum ita factum esset, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per al- ueum, vnde flumio Euphrates abscesserat, me- diorum femorum tenuis ad summum fortiter Ba- bylonem introierunt. Quos Babylonij, si factum Cyri prius aut audissent, aut sensissent, haud dubie ingredi non permisissent, sed pessimo exitio affectissent. Nam obseratis omnibus, qua ad flu- men serunt portulis, [de quibus supra Num. 180. & 186. dixerat] conscensisque septis, ipsi pro- ripis stantes, illos progressos veluti in cauea excepissent. Nunc ex inopinato illis Persæ super- uenerunt: & quum capti essent, qui media urbis incolebant Babylonij, propter eius tamen magni- tudinem, non sentiebatur (ut fertur) ab iis, qui circa extrema habitabant, &c.] Hactenus Herodotus: atque hoc esse volunt, quod hic propheta ait, *siccitas in aquas eius veniet, & arescent.* nam auerso flumio, & exsiccato alueo Euphratis ingressus est Cyrus.*

QVIA TERRA SCULPTILIVM BST.] id est, quia deos colunt huiusmodi, qui se- ipsos nequeunt defendere, nedum cultores suos.

ET IN PORTENTIS GLORIANTVR.] Alij: 1. & in Simulacris insanunt. id est, adeo feruenter idola sua colunt, ut insanire videantur. 2. & apud terricula insanè agunt. Ironia grauißima, per antichesi sapientum Babyloniorum cum factis & ritibus, ac cæ- remoniis ipsorum. De terriculis Vide in 1. Samuel. 31. 9. Sed ibi alia est vox. Hic vero est *מַדְמֵנִים* emim, formidines, terrores. Sic dicta volunt idola, quòd terrorem potius quam tranquillitatem animis cultorum suorum af- ferant. Auenarius reddit: & in crudelitatibus, seu, horroribus. vel, in crudelibus, horridis, horrendis, scilicet, idolis, insanent. quod dij gentium sint crudelissimi, & horrendi, quum sæpe hostias humanas exigant.

GLORIANTVR.] Alij: immoderate, indecò- re, indecenter agent, seu, gerent se. Proprie ex- tollere sese facient. id est, vel mente nimium excedent, vel immoderate sese iactabunt, & Malucnda, In libr. Jerem.

gloriabuntur. Verbum ex Hithpahel auget significatum.

PROPTEREA HABITABVNT DRACONES, &c.] Alij hunc versum ex Heb. Interpretantur. *Idcirco habitabunt fera cum ter- rificis, & manebunt in ea sicut vlula, non conside- bit amplius vsque in aeternum, neque habitabit vsque in generationem quamque.* Enarratio ef- fectorum, ut diximus in vers. 13. vide de hoc versu Isai. 13. v. 20. 21. & 22.

VERS. 39.

CVM FAVNIS FICARIIS.] S. Hieronymus in Isai 13. ad vers. 21. [*Quod sequitur: Pilos saltabunt ibi. vel Incubones, vel Satyros vel Siluestres quosdam homines, quos nonnulli Fau- nos ficarios vocant, aut demonum genera intel- ligunt.*] S. Isidorus 8. Originum, Cap. 11. ex- tremo: [*Quem autem vulgò Incubonem vocant, hunc Romani Faunum Ficarium dicunt.*] Paulus Diaconus Lib. 12. Historiæ Miscellæ, Cap. 11. de origine Hunnorum ista prodit: [*Nam hos, ut refert antiquitas, ita exiisse comperimus. Filimer rex Gothorum Godarici magni filius, post egressum Scantia insula, iam quinto loco tenens principatum Getbarum, qui & terras Scythicas cum sua gente introiit, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas Go- thico sermone Ahyrunnas vocant: easque ha- bens suspectas, de medio sui proturbauit, longe- que ab exercitu suo fugatas, in solitudinem coegit errare, quas siluestres homines, quos nonnulli Faunos Phicarios vocant, per desertum vagan- tes dum vidissent, & earum complexibus in- coitum se miscuissent, hoc genus ferocissimum ediderunt. Quod fuit inter paludes Mæotidas minutum, tetrum, atque exile, quasi inhumanum genus, nec alia voce notum, nisi quod humani ser- monis imaginem assignabat. Tali igitur stirpe Hunni creati, Gothorum finibus aduenere.] Hæc Paulus, quæ ex Iornade de Rebus Geticis Cap. 24. descripsit. Porro Faunos Ficarios dictos volunt à ficu, quòd vel ficubus arboribus delectarentur, & sub his fermè dege- rent; vel quòd ficus iis adamata, ut Mercurio, aut quòd ficubus siluestribus, seu caprificis vescerentur, aut lycomoris: quod nescio an fatis congruat. Phicarios habet Paulus, fortè Phycarios, quod in algosis & palustribus locis degerent; nam *φύκος* Græcis est *alga*. Ple- raque Latina exemplaria Editionis vulgatæ antè nouissimam Romanam emendationem, habebant, cum *fatuis siccariis.* vel *ficariis.* probissima sanè lectione: nam *fatuis* idem est quod *Faunis.* *fatui* enim *Fauni,* & *fatua* Nym- phæ olim dicebantur. Seruius in 7. Æneidos: *Quidam deus est Fatuellus.* *Fatuis* quidam in Seruio legendum admonent. *huius uxor est Fatua.* Idem *Faunus* & eadem *Fauna.* *Dicti autem sunt Faunus & Fauna à Vaticinando, id est, fando.* Vnde *fatuos* dicimus inconsideratè lo- quentes. Ergo *Fauna* est *Fatua.* Donatus in Eunuchum Terentij: *Fatuus, inepta loquens, à fando fatuus dicitur.* Inde *Fauni Fatui,* eo Nym- pha *Fatua* dicta sunt. Idem Seruius ad illud Æneidos 6. *Castrumque Inui.* ait: *Id est, Pa- nos, qui illic colitur. Inus autem Latine appel- latur, Græcè Pan: item Ephialtes Græcè, La- tine Incubo. Idem Faunus, idem Fatuus, Fatuel- lus, &c. Itali, Galli, & Valentini nomen ad-**

huc retinent *Folletes*, vel *Folletos* eiusmodi spiritus vocant, quasi dicas *Fatuos*, vel *Fatuos*. Castellani vocant, *Trasgos*, *Duendes*. Sicarij verò aut Sicarij eiusmodi Fauni seu spiritus dicuntur, quòd loca sicca & deferta ferè incolant: quòd certè verbis Hebraicis, quæ hæc ponuntur mirè congruit.

VERS. 40. SICUT SUBVERTIT, &c.] Alij: hunc versum ex Heb. conuertunt: *Simili subuersione, qua Deus subuertit Sedomum & Hamoram, & vicinos eius, dictum Iehoua, non habitabit ibi quisquam, neque commorabitur in ea filius hominis, vide Isai. 13. v. 19. & 20. Habes similem versum supra Cap. 49. 18.*

VERS. 41. ECCE POPVLVS VENIT.] Heb. *NA* hæc potest esse participium præsens, *ueniens*, vel præteritum *venit*, ob certitudinem prophetiæ. Quidam: *Ecce populus venturus est, &c.* Ennarratio Instrumentorum, & operariorum Dei ad euertendam Babylonem ad finem vsque Capitis, quæ deinde illustratur similitudine, quatuor primis versibus Capitis sequentis

AB AQUILONE.] vt supra vers. 3.

AC REGES MVLTII: Alij: *ac reges magni, seu ampli*, id est. Cyrus Cap. 51. v. 27. & sequentibus. Nam Cyrus non nisi tota Asia perdomita, bellum Babylonis intulit vt auctor est herodotus lib. 1. & Cræsus semper eum comitabatur. his tribus versibus vide alios tres similes supra Cap. 6. vers. 22. 23. 24.

VERS. 42. ARCVM ET SCVIVM APPREHENDENT,

&c.] Hunc versum Alij ex Heb. efferunt: 1. *Arcum & lanceam tenebunt, crudeles erunt quisque, neque vteatur misericordia; vox eorum vt mare fremet, & cum aquis uehantur: instructus quisque, vt vir præstans ad bellum, contra te, ò filia Babylonis.* 2. *Arcum ferunt & hastile, seu sunt, nihil misereantur: vox eorum mari tumultuanti similis est, equis uehantur, instructi ad bellandum vel instar eius, qui descensurus est ad singulare certamen, contra te ò filia Babylon, vide supra Cap. 6. 23.*

AVDIT REX BABYLONIS, &c.] Alij VERS. 43. hunc versum ex Heb. reddunt. 1. *Audita fama eorum, elanguerunt manus regis Babylonici; angustia & dolor apprehendit eum sicut parturientem.* 2. *Audientis regis Babylonia rumorem de eis, illico remittent se manus, angustia apprehendet eum, dolor tanquam parturientis, vide supra Cap. 6. v. 24.*

ECCE QVASI LEO ASCENDET, &c.] De VERS. 44. hoc versu & duobus sequentibus, vide supra Cap. 49. vers. 19. & 21.


A VOCE CAPTIVITATIS BABYLONIS, &c.] VERS. 46. Alij hunc versum reddunt: 1. *ob strepitum, quo capietur Babylon commouebitur terra, &c. quasi dicat, quum euertetur Babylon tantus clamor excitabitur in ipsa vrbe, vt ad eum tota ipsa terra sit commouenda. Hyperbole.* 2. *A fragore Capta Babylonis contremiscet terra, & clamor eius inter gentes audietur.* 3. *Pra sono occupata Babylonia commouebitur ipsa terra, & clamor in gentibus audietur.*

CAPVT LI.

Mala à regibus Medorum Babyloni imminencia prædicantur

Vulg.

Malu.


1  *Ecce dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem.*

2 *Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerunt super eam undique in die afflictionis eius.*

3 *Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricator, nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius.*

4 *Et cadent interfecti in terra Chaldaorum, & vulnerati in regionibus eius.*

5 *Quoniam non fuit viduatus Israel*

1  *Ecce dixit IHVH; Ecce ego excitans super Babellem, & ad habitantes cordis^a surgentes meos, spiritum funditus per-*

dentem:

2 *Et mittam Babeli^b sparsores, & spargent eam, & euacuabunt terram eius; quia fuerunt super eam de circuitu in die mali.*

3 *Ad viabit, viabit viantem arcum suum; & ad ascendere sese faciet in^c thorace suo: & non commiserationemouebimini ad^d electos eius; anathematizare omnem^e militiam eius.*

4 *Et cadent^f violati in terra Chaldaorum, &^g transfossi in plateis eius.*

5 *Quia non viduatus Israel & Iekudah*

^a insurgentium meorum

^b dispersores, ventilatores sic max

^c lorica, vs cap. 46. 4.

^d lectissimos iuuenes

^e exercitum

^f confossi, interfecti

^g transfixi

Et *Inda à Deo suo Domino exercituum:*
terra autem eorum repleta est delicto à
sancto Israël.

6 *Fugite de medio Babylonis, & saluet*
unusquisque animam suam; nolite tacere
super iniquitatem eius: quoniam tempus
ultionis est à Domino, vicissitudinem ipse
retribuet ei.

7 *Calix aureus Babylon in manu Do-*
mini, inebrians omnem terram: de vino
eius biberunt Gentes & ideo commota
sunt.

Isa. 21. c. 9.
Apo. 14. b. 8. 8 *Subito cecidit Babylon, & condrita*
est: ululate super eam, tollite resinam ad
dolorem eius, si forte sanetur.

9 *Curauimus Babylonem, & non est*
sanata: derelinquamus eam, & eam
unusquisque in terram suam: quoniam
peruenit usque ad celos iudicium eius,
& eleuatum est usque ad nubes.

10 *Protulit Dominus iustitias nostras:*
venite, & narremus in Sion opus Domini
Dei nostri.

11 *Acuite sagittas, implete pharetras:*
suscitauit Dominus spiritum regum Me-
dorum: & contra Babylonem mens eius
est ut perdat eam, quoniam ultio Domini
est, ultio templi sui.

12 *Super muros Babylonis leuate signum;*
argete custodiam: leuate custodes, prapa-
rate insidias: quia cogitauit Dominus, &
fecit quacumque locutus est contra habi-
tatores Babylonis.

13 *Qua habitas super aquas multas;*
locuples in thesauris: venit finis cum pe-
dali præcisionis tue.

Amos 6. c. 7. 14 *Iurauit Dominus exercituum per ani-*
mam suam: Quoniam replebo te homini-
bus quasi brucho; & super te celeuma can-
tabitur.

Gen. 11. 2.
a. 1. 15 *Qui fecit terram in fortitudine sua,*
parauit orbem in sapientia sua, &
prudètia sua extendit celos.

16 *Dante eo vocem, multiplicantur*
aqua in celo: qui leuat nubes ab extremo
terra fulgura in pluuiam fecit: & produ-
xit ventum de thesauris suis.

17 *Stultus factus est omnis homo à scien-*
tia: confusus est omnis conflatior in scul-
ptili, quia mendax est conflatio eorum,
nec est spiritus in eis.

18 *Vana sunt opera, & risu digna; in*
tempore visitationis sue peribunt.

19 *Non sicut hac, pars Iacob: quin qui*

dah de ELOHIM suo de IHVH TZE-
BAOTH; quia terra eorum impleta-
fuit ^h piaculo de Sancto Israël.

6 *Fugite de medio Babelis, & saluum-*
euadere facite ⁱ vir animam suam; non
^k in silentium redigimini in ^l prauita-
te eius: quia tempus vindictæ ipsum ^m
IHVH; & retributionem ipse ⁿ pacificans
ei.

7 *Calix auri Babel in manu IHVH in-*
ebrians omnem terram: de vino eius bi-
berunt gentes; super sic extollere-se-
se-facient gentes.

8 *Subito cecidit Babylon, & contra-*
cta-fuit: eiulate super eam, accipite
resinam doloci eius; si forte sanabitur.

9 *Parauimus Babelem, & non sa-*
nata fuit; derelinquamus eam, &
ambulauimus vir terræ suæ: quia ^q te-
tigit ad celos iudicium eius, & leua-
tum-fuit usque ad ^r æthera.

10 *Exire fecit IHVH iustitias nostras:*
venite, & numerauimus in Tzijone
facturam IHVH ELOHIM.

11 *Expurgate sagittas, implete um-*
bones; excitauit IHVH spiritum regum
Mediæ; quia super Babelem machina-
tio eius, ad funditus-perdere eam: quia
vindicta ^t basilicæ eius.

12 *Ad muros Babelis leuate vexillum;*
^u obtinete obseruationem; Surgere-
facite obseruantes, apparate insidiantes:
quia etiam ^x cogitauit IHVH, etiam
fecit, quod locutus fuit ad habitantes
Babelis.

13 *Scenitauisti super aquas multas;*
multa thesaurorum: venit ^y extremitas
tua cubitus ^z præcisionis tuæ.

14 *Iuramento-obstrictus-fuit IHVH*
TZEBAOTH in anima sua quia si imple-
ui te homine, sicut brucho; & respon-
debunt super te ^a ouationem.

15 *Facie terram in virtute sua, appa-*
rans ^b orbem in sapientia sua: & in
intelligentia sua extendit celos.

16 *Voci dare eum multitudinem*
aquarum in celis, & ascendere-fecit
leuationes de extremitate terræ: ful-
gura ^d pluviæ fecit: & exire-fecit spi-
ritum de thesauris suis.

17 *Obbrutefactus-fuit omnis homo*
de cognitione; pudefecit omnis vrens
de ^c dedolato: quia falsitas fusio eius,
& non spiritus in eis.

18 *Vanitas ^f iij, factura aberrationum:*
in tempore visitationis eorum, aufe-
rentur.

19 *Non sicut isti pars Iaghakobi, ^g ista*
SSll 3 quia

h afflictione,
afflatu, affla-
dauit
Genes. 26. 10.
i quisque.
sic v. 9.
k exciende-
mini, actum
de vobis
l curuitate,
distortione,
peruersitate
in datius
n integrans,
repensans

o opobalsa-
mum ut
cap. 46 II.
p Medicati-
sumus, cu-
rauimus.
sic statim
q vt ambul-
lemus
r atigit,
pertigit
sc nullimad-
nubes

t regie,
templi
u fortifica-
re, roborate
x machina-
tus est, ma-
litus est

y finis
z vide in
Genes. 37.
26.

a vide *Isa.*
16 9.

b orbē ha-
bitabilem

c ad vocem

d datius, in
pluuiam

e simulacro,
sculptili,
idolo
f ea

fecit omnia, ipse est, & Israël sceptrum hereditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.

20 Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes, & disperdam in te regna.

21 & collidam in te equum, & equitatem eius: & collidam in te currum & ascensorem eius:

22 collidam in te virum & mulierem: & collidam in te senem & puerum: & collidam in te iuuentem & virginem:

23 & collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius: & collidam in te duces & magistratus.

24 Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldaee omne malum suum, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.

25 Ecce ego ad te mons pestifer; ait Dominus, qui corrumpis uniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis.

26 Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in aeternum eris, ait Dominus.

27 Leuate signum in terra: clangite buccina in Gentibus, sanctificate super eam Gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum.

28 Sanctificate contra eam Gentes, reges Mediae, duces eius, & uniuersos magistratus eius, & cunctamque terram potestatis eius.

29 Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, ut ponas Terram Babylonis desertam & inhabitabilem.

30 Cessauerunt fortes Babylonis à praelio, habitauerunt in praesidiis: deuoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vestes eius.

31 Currrens obuiam currenti veniet: & nuntius obuiv nuntianti: ut annuntiet regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum:

32 & vada praecipitata sunt, & palu-

quia formans omnia ipse, & baculus hereditatis eius: IHVH TZEBAOTH nomen eius.

20 Malleus-dispergens tu mihi ^h vasa caesionis: & ⁱ dispergam in te gentes, & funditus-perdam in te regna.

22 Et disperdam in te equum, & ^k vehementem eius: & disperdam in te, currum & vehementem eius.

22 Et disperdam in te virum & viram; & dispergam in te senem, & ^l excusum: & dispergam in te ^m electum & virginem.

23 Et dispergam in te pastorem & gregem eius: & dispergam in te agricolam, & ⁿ coniugationem eius: & dispergam in te ^o praesides, & ^p seganos.

24 Et ^q pacificabo Babeli, & omnibus habitantibus Chaldaeorum omne malum eorum, quod fecerunt in Tzijone, ^r oculis vestris, ^s Fidelis-sermo IHVH.

25 Ecce ego ad te mons funditus perdens, Fidelis-sermo IHVH, funditus-perdens omnem terram: & extendam manum meam super te, & deuoluam te de rupibus, & dedi te monti combustionis.

26 Et non accipient de ex te lapidem, ^t pinnæ, & lapidem fundamentis: quia afflationes aeterni eris, Fidelis-sermo IHVH.

27 Leuate vexillum in terra, infigite tubam in gentibus, ^u sanctificate super eam gentes: audire-facite super eam regna Ararat, Mini, & Ascenaz: visitare-facite super eam imperatorem; ascendere-facite equum sicut bruchum ^x horridum.

28 Sanctificate super eam gentes, ad reges Mediae, ad ^y praesides eius, & ad omnes seganos eius: & ad omnem terram dominationis eius.

29 Et commota fuit terra, & doluit: quia surrexit super Babelem ^a excogitationes IHVH, ad ponere terram Babelis ^b afflationi, de non habitante.

30 Cessauerunt ^c praualidi Babelis ad caedere, habitauerunt in munitionibus; praecipitata-fuit praualefcetia eorum, fuerunt ^d mulieribus: conflagrare-fecerunt scenas eius, contracta-fuerunt ^e transfugitoria eius.

31 Currrens occurfui currentis curret, & annuntians occurfui annuntiantis ad annuntiare regi Babelis; quia capta-fuit vrbs eius de extremitate.

32 Et ^f transitiones captae-fuerunt, & ^g transgressus stagna

^h instrumenta belli
ⁱ collidam, disciam, in frustra con-fringam. sic deinceps
^k victorem. sic mox

^l puerum
^m iuuenem

ⁿ coniugiu, par-boum, coniugata, iumenta

^o duces: vide 1. Reg. 10. 15. p antistites: vide Hebra 2. 9.

^q integro, retribuam rependam

^r datus. ante oculos vestros
^s vide in Gen. 22. 16. sic v. 25.

26. 39. 48. 52. 53. ^t datus. in pinnam, in angulum

^u consecrate

^x horripilantem

^y vt v. 23.

^z vt v. 23.

^a vnaquæ-que cogitationum
^b afflatui, afflandæ, stupendæ-

desolationi
^c heroes, gigantes, strentui

^d datus. in mulieres
^e transgressoria, vestes, repagula

^f transgressus stagna

des incensa sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt.

33 Quia hac dicit Dominus exercituum Deus Israël: Filia Babylonis quasi area, tempus tritura eius: adhuc modicum, & veniet tempus messonis eius.

34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane, absorbuisti me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me.

35 Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldaee, dicit Ierusalem.

36 Propterea hac dicit Dominus: Ecce ego iudicabo causam tuam, & ulciscar ultionem tuam, & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius.

37 Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, & sibilus, eo quod non sit habitator.

38 Simul ut leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum.

39 In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, ut sopiantur, & dormiant somnum sempiternum: & non consurgant, dicit Dominus.

40 Deducam eos quasi agnos ad victimam, & quasi arietes cum hœdis.

41 Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclinata uniuersa terra? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes?

42 Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est.

43 Facta sunt ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis.

44 Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam quod absorbuerat de ore eius & non confluent ad eum ultra Gentes, siquidem & murus Babylonis corruet.

45 Egredimini de medio eius populus meus: ut saluet unusquisque animam suam ab ira furoris Domini.

46 Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio & post hunc annum auditio: & iniquitas in ter-

stagna combusserunt in igne: & homines & cæssionis subito-terrore-perculsi fuerunt.

33 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis; Filia Babelis sicut area, tempus viare eam: adhuc paucum, & veniet tempus decurtationis ei.

34 Comedit me, conturbauit me Nebuchadretzar rex Babelis, stare-fecit me sicut vas vacuum: absorbuisti me sicut draco, impleuit ventrem suum de voluptatibus meis, impulit me.

35 Violentia mea, & caro mea super Babelem, dicit habitatrix Tzizonis, & sanguis meus ad habitantes Chaldaeorum, dicit Ierusalaim.

36 Super sic, sic dixit IHVH; Ecce ego litigans litem tuam; & vindicabo vindictam tuam: & exsiccabo mare eius, & siccabo-faciam venam eius.

37 Et erit Babel conuolutionibus habitaculum draconis afflatio, & sibilus, de non habitante.

38 Vnite sicut leones-iuuenes rugient: excusserunt sicut catuli leonarum.

39 In calore eorum ponam conuiuia eorum, & inebriare-faciam eos, correspondentiæ exultabunt, & dormierunt somnum æterni, & non expergiscuntur, Fidelis sermo IHVH.

40 Descendere-faciam eos sicut verueces ad mactare: sicut arietes cum capris.

41 Quomodo capta-fuit Sesach, & occupata-fuit extollentia omnis terræ? quomodo fuit afflationi Babel in gentibus?

42 Ascendit super Babelem mare: in multitudine conuolutionem eius cooperta fuit.

43 Fuerunt vrbes eius afflationi, terra siccitatis & campestris: terra non habitabit in eis omnis vit, & non transibit in eis filius Adami.

44 Et visitabo super Belum in Babele, & exire-faciam absorptionem eius de ore eius; & non fluent ad eum adhuc gentes: etiam murus Babelis cecidit.

45 Exite de medio eius, popule meus; & saluam-euadere-facite vir animam suam de ardore nasi IHVH.

46 Et nequando mollescet cor vestrum, & timebitis in auditione audita in terra: & veniet in anno auditio, & post eum in anno auditio; & violentia

g belli, bellatores

b horreum
i calcare
x messis

l vacuitatis

m deliciis

n dicitur in
accrubs
o cauca,
lustrum
p draconum
q vt v. 29.

r dicitur ad
correspondentiam

s hircis maioribus: vide
Genes. 11. 10
t apprehensa

u laus
x vt v. 29.

y tumultus
strepitus, fremitu

z fluctuum
a vt v. 29.

b Genus, solitudinis, deserti

c famelicum in filiabus, vel villis sic mox

d deglotionem
e amplius, ultra, deinceps

f quisque
g astu, ex-candescencia

h reuertetur

ra, & dominator super dominatorem.

47 Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur, & uniuersi interfecti eius cadent in medio eius.

48 Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone venient ei pradones, ait Dominus.

49 Et quomodo fecit Babylon ut caderent occisi in Israël: sic de Babylone cadent occisi in uniuersa terra.

50 Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum.

51 Confusi sumus, quoniam audiimus opprobrium, operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

52 Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus.

53 Si ascenderit Babylon in celum, & firmauerit in excelsis robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus.

54 Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de Terra Chaldaeorum;

55 quoniam vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aqua multa: dedit sonitum vox eorum.

56 Quia venit super eam, id est, super Babylonem, prado, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis ultor Dominus reddens retribuet.

57 Et inebriabo principes eius, sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnium sempiternum, & non expergiscuntur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius.

58 Hac dicit Dominus exercituum; Murus Babylonis ille latissimus suffusione suffodietur, & porta eius excelsa igni comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & disperibunt.

59 Verbum, quod præcepit Ieremias propheta Saraia filio Neria filij Maassia, cum pergeret cum Sedechia rege in Babylonem, in anno quarto regni

in terra; dominans super dominantem.

47 Ad sic, ecce dies venientes, & visitabo super dedolata Babelis; & omnis terra eius pudefiet: & omnes violati eius cadent in medio eius.

48 Et gratulatoriè-acclamabunt super Babelem cæli & terra, & omnia, quæ in eis: quia de Septentrione veniet ei deuaftantes, Fidelis-sermo IHVH.

49 Etiam Babel ad cadere violatos Israelis: etiam Babeli ceciderunt violati omnis terræ.

50 Euasores de gladio, ambulate, non stabitis: recordamini de longinquo IHVH; & Ierusalaim ascendet super cor vestrum.

50 Pudefacti-fuimus quia audiimus probrum; cooperuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctuaria domus IHVH.

52 Ad sic, ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH; & visitabo super dedolata eius: & in omni terra eius gemet violatus.

53 Quia ascendet Babel in cælos, & quia muniet elevationem obfirmationis suæ: de ad me venient deuaftantes ei, Fidelis-sermo IHVH.

54 Vox clamoris de Babele, & contractio grandis de terra Chaldaeorum;

55 Quia deuaftans Babelem; & auferet de ex ea vocem grandem: & sonabunt fluctus eius sicut aquæ multæ, data-fuit obruitio vocis eorum.

56 Quia venit super eam super Babelem deuaftans, & capientur præualidi eius; consternatus-fuit arcus eorum: quia EL retributionum IHVH pacificare pacificabit.

57 Et inebriare-faciam principes eius, & sapientes eius, & præsidet eius, & seganos eius, & præualidos eius: & dormierunt somnum æterni, & non expergiscuntur; Fidelis-sermo regis; IHVH TZEBAOth nomen eius.

58 Sic dixit IHVH TZEBAOth: Muri Babelis latius demoliri-fese-faciet; & portæ eius excelsæ in igne conflabunt: & laborauerunt populi in sufficientia vacuitatis, & populi in sufficientia ignis, & defatigabuntur.

59 Verbum, quod præcepit Iirmejahu propheta ad Serajah filium Nerijah, filij Machsejah, in ambulare eum ad Tzidkijahu regem Iehudah Babelem

i animaduertam
k sculptilia, simulacta, idola
l confossi, interfecti, violenter-occisi, læsi, vulnerati
m quisque vastatorum
n ut v. 47.
sic mox

o sacraria

p vide v. 47

q suspirabit, exclamabit
r ut v. 47:

s conuolutiones, procellæ
t sonitus, strepitus, fragor, ruina
u præpotentes, strenui, heroes, gigantes
x pluviale, quisque arcuum
y Fortissimus, & Potentissimus
z vide v. 23.
a ut v. 56.

b quisque eorum latius
vel læta, antelate
c ardebunt
d plebes, nationes
e delassabuntur, vel defetiscuntur
f apud, cum

eius, Saraias autem erat princeps prophetia.

60 Et scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro uno: omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem.

61 Et dixit Ieremias ad Saraiam: cum veneris in Babylonem: & videris, & legeris omnia verba hæc,

62 dices: Domine tu locutus es contra locum istum ut disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine usque ad pecus, & ut sit perpetua solitudo.

63 Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proicies illum in medium Euphratem:

64 & dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremia.

in anno quartæ ad regnare eum: & Serajah princeps Menuchah.

60 Et scripsit Iirmejahu omne malum, quod veniet ad Babelem, ad librum vnum, omnia verba ista scripta ad Babelem.

61 Et dixit Iirmejahu ad Serajah: Secundum venire te Babelem, & & vocabis omnia verba ista.

61 Et dices, IHVH, tu loquutus fuisti ad locum istum, ad excindere facere eum ad ^h nequaquam esse in eo habitantem, ad de homine & usque ad ⁱ animal, quia ^k afflationes æterni erit.


63 Et erit secundum consummare te ad ^l vocare librum istum; ligabis super eum lapidem, & deicies eum ad medium ^m Pherathis.

64 Et dices, sic demergetur Babel, & non surget, ⁿ de faciebus mali, quod ego venire faciens super eam; & ^o defatigabuntur. Usque ad huc verba Iirmejahu.

g proclamabis, promulgabis, leges

h neutiquam, non omnino
i bestiam,
iumentum
k a flatus,
a flandæ,
stupendæ
desolationis
l ut v. 61.
m Euphratis

n à presætia
o ut v. 58.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



TSUPER HABITATORES EIVS, QUI COR SVVM LEVAVERVNT CONTRA ME.] Nostra Translatio verba ipsa Hebraica reddidit: Alij variè:

1. & contra cor inimicorum meorum, qui inhabitant terram Chaldæorum. vel aduersus habitatores terra Chaldaorum. seu contra habitatores Chaldaea. Notant Hebræi, קמאי לב kamai, cor insurgentium meorum, positum pro כשדים chasdim, pro ערץ כשדים eretz chasdim, terræ Chaldæorum, iuxta eam litterarum alphabeti permutationem, quæ Ethbas dicitur cum נ in נ & ב in ו vel contra, & sic deinceps eodem ordine reliquæ inter se litteræ commutantur. vt supra cap. 24. v. 26. volunt SESAC positum pro BABEL, Babylonia. 2. & contra habitatores, qui corde insurgunt in me. 3. & aduersus habitatores eius, & contra cor hostium meorum. 4. & contra eos, qui inhabitant cor, seu medullium insurgentium in me. Exornatio præcedentium dictorum, vt diximus supra vers. 41. per similitudinem venti & ventilatorum. Medullium, periphralis Babylonis tanquam reginæ sedentis in medio inimicorum Dei Iudæam infestantium. Quia enim cor est in medio corporis, hinc passim sumitur pro medio, medullio, intimo, vt Psalm. 45. 3. Ionæ 2. 4. Matth. 12. 30. Vide Lexica Hebraica, & Phrases Villauicentij, vel potius Westhameri.

QVASI VENTVM PESTILENTEM.] Alij: ventum corruptentem, seu vastantem, aut interficientem. Elegans allegoria: pro eo quod est, quemadmodum venti quidam noxij & Typhones adurunt segetes; ita iudicio meo Maluenda, In lib. Ieremia.

tanquam vento Babylonios infirmaturus atque euersurus sum: prout dixerat, futuros velut scæminas, supra cap. 50. vers. 37. ex quo alterum iudicium consequitur, quod ventilatores, ipsos perdituri sunt, versu sequente.

ET MITTAM IN BABYLONIAM VENTILATORES, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum reddunt: 1. Deinde mittam in Babylonem dispersores, qui eam dispergent, & terram eius vastabunt. vel exinanient. id est, reddent eam inanem & vacuam incolis. quoniam erunt contra eam per circuitum in die afflictionis. id est, oppugnabunt eam vndique die tribulationis. 2. Et immissurus sum contra Babyloniam ventilatores, qui ventilabunt eam. id est, Persas & Medos, qui exponent eam vento vehementissimo malorum: & exhaurient terram eius: quum fuerint contra eam circuminque die mali.

NON TENEAT, QUI TENDIT ARCVM SVVM.] אל ידרוך ידרוך הרוך קשוו el jidrock jidrock haddorech kaschio. Ex verbo, Ad tendet, tendet tendentem arcum suum. Variè exponunt, 1. Ad tendentem, qui tendit arcum suum. id est, ad sagittarios, qui in bello vtuntur arcu, quasi dicat, ad milites leuis armaturæ. 2. Ad eum, qui tendendo tendit, seu qui constanter tendit arcum suum. Notant geminationem futuri augere significatum. Hebræi alterum futurum superfluere voluit, & scribi quidem, sed non legi: ac traiectionem esse verborum. 3. Contra eum, qui tendit, tendat tendens arcum suum. vel tendat sagittarius arcum suum. Aiunt esse expositionem præcedentis allegoriæ, quæ Deus aperte mandat fieri iudicatum suum, vt pronuntiauerat supra cap.

cap. 50. vers. 9. *contra eum, qui tendit.* Periphra-
sis Babylonij, omnibus gentibus infesti, quasi
contra omnes tenderet arcum suum. *tendat*
sagittarius arcum suum. id est, Persa: nam Per-
sas fuisse sagittarios, ex magnis auctoribus do-
cet Briffonius lib. 3. de Regno Persarum,
pag. 366. Et Xenophon lib. 7. Cyropædiæ, de
hac Cyri in Babyloniam expeditione refert:
[*Babylonem permagno cum equitatu, per quam*
multis cum sagittariis & iaculatoribus venit.]

ET NON ASCENDAT LORICATUS.]
Alij: 1. *& insolefcit in lorica sua, dicam.* 2. *&*
ad extollentem se, siue ad illum, qui extollit se
in lorica sua. nempe Persam, *dicturus sum.*
Persas vsos lorice ex multis auctoribus osten-
dit Briffonius lib. 3. Persicorum pag. 361. 3. *&*
contra eum, qui extollit se lorica sua. scilicet Ba-
bylonium.

INTERFICITE OMNEM MILITIAM
EIVS.] Alij ex Hebr. 1. *excindite funditus*
omnem exercitum eius. 2. *internecioni deu-*
oetote totum exercitum eius. De ritu deuouen-
di exercitus apud antiquos vide in Numer. 27.
vers. 29.

VERS. 5.

QUONIAM NON EST VIDVATVS, &c.]
Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt:
1. *Quia non relinquetur Israël & Iuda orbi à*
Deo suo, Iehoua exercituum, à Sancto Israël,
etiamsi delicti impleuerunt terram. 2. *Quoniam*
non viduatus est Israël & Iuda Deo suo, hoc est,
Iehoua exercituum: quia terra eorum, nempe
Chaldæorum, repleta est delicto propter San-
ctum Israël. hoc est, ob iniuriam illatam
Sancto Israël. id est, ob populum eius in-
dignissime afflictum à Babyloniis: nam Deus
iniuriam illatam populo suo suam reputa-
bat. 3. *Quia non viduatus est Israël & Iehu-*
dah Deo suo, Iehoua exercituum; quia terra isto-
rum plena est reatu à Sancto Israël. Ergasia
finis prioris, qui positus est supra cap. 50. v. 34.
& qua conficitur hortatio, sequente versu.
non viduatus est Israël, &c. id est, non desertus
est planès, sed Deus tanquam coniux ad tempus
visus est discedere, qua occasione isti crimi-
num multorum rei effecti sunt insolescentes
in sponsam Dei, ac proinde in ipsum peccan-
tes grauissimè. Est autem hæc ergasia prioris
membri, hysteron, proteron, quod diximus
supra cap. 50. 34. in qua Ecclesia de præsidio
Dei confirmata admonetur sui officij, vsque
ad vers. 11. deinde illuditur Babylonix, tribus
versibus. *quia terra istorum plena est reatu, &c.*
contra quam dixerant supra cap. 50. 7.

VERS. 6.

FUGITE DE MEDIO BABYLONIS, &c.]
Propositio consilij duo continet: primùm, vt
Ecclesia Deum vocantem sequatur, & sibi ca-
uteat, ne particeps sit malorum inuitabilium
& euenturorum Babylonix, tribus versibus:
alterum, vt in eo iudicio agnoscat vindicias
sui, & prædicet beneficium Dei, vers. 9.
& 10.

ET SALVET VNVSQVISQUE ANI-
MAM SVAM.] Alij: *& eripite quisque seipsum,*
vel seruet quisque vitam suam.

NOLITE TACERE, SVPER INIQVI-
TATEM EIVS.] Alij: 1. *ne extirpemini in*
iniquitate eius. 2. *ne excindamini in iniqui-*
tate eius. Prohibentis verba, pro eo, quod est,

ne committatis vt excindamini. Proprie red-
des: *ne in-silentium-redigamini, ne dispereatis,*
ne actum-sit de vobis, si innexi fueritis iniqui-
tati eius. Forsterus reddit: *ne sileatis in iniqui-*
tate eius, hoc est, ne acquiescatis, ne consentiatis,
aut implicemini, impietatibus eius. *My ghaon*
hoc loco & possit esse culpæ, & pœnæ. *ne ex-*
scindamini supplicio eius.

QUONIAM TEMPVS VLTIONIS
EST, &c.] Alij: 1. *quoniam tempus est vltio-*
nis Iehouæ, vices enim ei ille rependet. 2. *quum*
tempus vltionis erit Iehouæ, retributionem, præ-
mium, ipse rependet ei.

CALIX AVREVS BABYLON IN MANV
DOMINI, INEBRIANS OMNEM TER-
RAM.] Alij *Poculum aureum Babylonix:* vide
supra cap. 25. vers. 15. *manu Iehouæ, id est, æco-*
nomia & dispensatione eius, inebriavit totam
terram.

ET IDEO COMMOTÆ SVNT.] Hebr.
insanire-sefe facient, immoderate, supra modum,
& decorum insanient. vide supra cap. 25. 16.

SVBITO CECIDIT BABYLON, ET
CONTRITA EST.] Alij per futurum: *Repentè*
cadet Babylon & perfringetur. vide Isai. 21. 9.
Apoc. 14. 8.

VLVLATÈ SVPER EAM, TOLLITE
RESINAM, &c.] Alij: *Eiulate apud eam, su-*
mentes adhibete opobalsamum contra dolorem
eius, si fortè posset curari. Elegans concessio ad
quocumque homines per hypothesin adynati
siue impossibilis; vt demonstratur versu se-
quente. Alij notant esse ironiam.

CVRAVIMVS BABYLONEM ET NON
EST SANATA, &c.] Alij hunc versum ex
Hebr. exponunt: *Quamuis curaremus Baby-*
lonem, inquietis, tamen non esset curata, derelin-
quite eam, & abeamus quisque in terram suam
seu regionem suam: nam pertingit ad cælos iu-
dicium eius, & elatum est vsque ad superiores
nubes. id est, summum est: metaphora. vel à
cælo, seu Deo venit.

PROTULIT DOMINVS IUSTITIAS
NOSTRAS.] id est, vindicias. Quidam hunc
versum reddunt: 1. *Eduxit Iehoua iustitias*
nostras, vel, emisit in lucem: quasi dicat Ba-
bylonios pœna maxima afficiet: contra sua
sententia nos tanquam iustos absoluet, &
restituet nos in libertatem pristinam. Op-
ponit iudicio in Babylonios, iustitiam Iu-
dæorum, id est, iustam liberationem, & ab-
solutioem à pœnis: *adeffe igitur:* inuitant
se mutuo Iudæi ad laudes Dei liberatoris: &
memoremus in Tziionè opus Iehouæ Dei nostri.
quomodo scilet Babylonios punierit, & nos
restituerit. Alij: *Protulit Iehoua totam iusti-*
tiam nostram; agicedum, enarremus Tziijone
opus Iehouæ Dei nostri.

ACVITE SAGITTAS.] Alij: *purgate, ex-*
tergite, exacuite sagittas, &c. Apostrophe iro-
nica ad Babylonios, vt diximus in vers. 5.
Alij: apostrophem esse volunt ad Medos &
Persas, vt se armis præparent in Babylonios
Sed prior sensus est aptior.

IMPLETE PHARETRAS.] Alij: 1. *implete*
clypeos. Enallage, pro, *regite vos Clypeis.* 2.
congregate, vel cogite vmbones, metonymia,
pro vtentes vmbonibus. Rectè annotatum
est

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

est à quibusdam, quando verbum *implendi* de arcu, aut de armis dicitur in Scriptura; significare apprehendere manu, seu implere manum arcu aut scuto. *implete umbones*. pro, implete manum umbonibus, arripite clypeos. hypallage.

ULTIO TEMPLI EIVS.] Ut supra cap. 50. 58.

VERS. 12.

SVPER MVROS BABYLONIS LEVATE VEXILLVM, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: *Corripite*, seu, *erigite vexillum super muros Babylonis*: Verba Dei, aut prophetæ: *Date operam, ô Medi & Perfa, ut vexilla vestra collocetis super mœnia Babylonis: quod fieri solet statim prima hostium in muros scansione: augete excubias, constituite custodes, struite insidias: quoniam quod proposuit Iehoua & loquutus est contra habitatores Babelis, hoc perficiet.* 2. *In muris Babylonis attolite vexillum, ô vos Babylonij, confirmate custodiam, stantite vigilas, comparate insidiatores: Itonia, quasi dicat, nihil proficietis: nam & cogitavit Iehoua, & facturus est, quod dixit contra habitatores Babylonis.* id est, quia contra Babyloniam effecturus est quæcunque decreuit

VERS. 13.

QVÆ HABITAS SVPER AQUAS MULTAS.] שוכרתו *shochanthei*, obierunt esse anomalè positum, & componi ex præterito & participio *Kal*: vel esse præteritum *Pobel*: vide simile supra cap. 22. v. 23. Quidam exponunt: *Habitans tu*, vel, *qua habita*. aut *ô qua habitas secundum aquas multas* id est, munitionissima Babylon sicut: nam Babylonem per luvium Euphrate, fossis amplissimis circumductam fuisse, testantur veteres Scriptores. Herodotus lib. 1. Numer. 180. [*Babylonis dua sunt plaga, seu portiones, aut partes, quas interfluit fluvius nomine Euphrates, qui magnus, & altus & celer, ex Armeniis in rubrum mare decurrit.*] Diodorus Siculus Lib. 2. Numer. 68. [*Cumque mediam Euphrates Babylonem interfecet.*] Plinius Lib. 6. cap. 26. [*Interfluo Euphrate.*] Rufus Herodotus Num. 178. (*Iam primum fossa ambit alta atque lata aqua plena.*) Qui mira addit Numer. 185. de palude quadrigentorum viginti stadiorum à Nitocri regina effossa. Diodorus Numer. 68. (*Cum enim multis in locis urbis paludibus sit circumfusa.*) Et Numer. 69. de Semiramide: [*In truncatissimo Babylonis loco lacum quadratum effudit, cuius vniuersumque latus ex latere coëto, & bitumine constans trecenta stadia longum, pedesque triginta quinque latum erat.*] Vide similiter Strabonem lib. 16. pag. 740.

LOCUPLES IN THESAURIS.] Heb *multa thesaurorum*. Alij: *ô ampla thesauris*, seu, *ô ditnes thesaurorum*.

PEDALIS PRÆCISIONIS TVÆ.] Variè alij ex Heb. 1. Kimchi, Forsterus, Mercerus, Marinus, Lyranus, Schindlerus: *cubitus*. seu, *mensura*, *avaritia tua*, seu *rapina tua*. id est, tu vicissim rapieris, eadem mensura remetietur tibi. 2. Kimchi, Vatablus: *finis oppressionis tuae*. id est, finalis oppressio tua. 3. Leo Iudæ: *modus avaritia tuae*. 4. Tremellius & Iurinus: *pro cubito*, seu, *mensura quæstus*, vel, *lucris tuis*. id est, quantum fuit lucrum, tantum erit dispendium. 5. Montanus ex Kimchi: *Maluend*; In libr. Ierem.

chîo: *cubitus appetentia tua*. seu, *desiderij tui*.

IURAVIT DOMINVS EXERCITVVM PER ANIMAM SVAM.] Alij: *Iurat Iehoua exercituum per animam suam, sicut per serueti sui*. Secundus locus confirmationis, ut diximus supra in vers. 3. in quo primum exornatur iuramentum à magnifica descriptione maiestatis Dei, vsque ad vers. 10. deinde narrationis argumentum (quod hîc iuramento sancitur) amplificatur pluribus vsque ad vers. 41.

QVONIAM REPLEBO TE HOMINIBVS QVASI BRVCHO.] Alij ex Heb. *Nisi replevero te hominibus veluti bruchis*. quasi dicat non habear posthac pro summo Deo, nisi implevero te militibus, qui te consumant. 2. *Quod implebit te hominibus sicut locustis*. 3. *Mentiar, nisi te impleam hominibus quasi melolanthis*. id est, hostium Medorum, Perfarumque copiis. De hac formula iurandi vide in Genes. 14. v. 23. de voce פלי יעלך, quam *bruchum* vertimus, vide in Psalm. 104. 34.

ET SVPER TE CELEVSMA CANTABITVR.] Alij: 1. *qui mutuo se exhortabuntur celeusmate*. ad te perdendum, ut tempore vindemiæ se mutuo hortari solent calcatores ad vvas exprimentas. 2. *qui canant de te celeusma*. id est, epinicum deuictis & protulcatis Babylonis, ut supra cap. 25. 30.

QVI FECIT TERRAM IN FORTITVDINE SVÆ, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Iurat, qui fecit terram virtute sua, stabilivit orbem habitabilem sapientia sua; & prudentia sua extendit celos*.

DANTE EO VOCEM MULTIPLICANTVR AQVÆ, &c.] Alij: hunc versum ex Heb. iransferunt: 1. *Qui voce sua dat multitudinem aquarum in calis, posteaquam ascendere fecerit nubes ab extremo terra, fulgura cum pluvia fecit, & eduxit ventum de thesauris suis*. 2. *Ad vocem qua ponit multitudinem aquarum in calis, posteaquam ascendere fecit nubes, &c.* quasi dicat, ad tonitru, quo resonante Deus ponit aquas in aère, educendo nubes è mari (quod suppetit materiam nubium) ad tonitru, inquam, illud fulgura in pluuiam vertit, &c. Tonat Deus, deinde cogit nubes, postea fulgurat, postremò pluit, vel, eodem imperio Deus iubet esse nubes, in quibus creat ignem, quas postea in pluuiam conuertit, quod est mirabile. 3. *Quum dat vocem, multitudo aquarum in calis coit, euocat nubes à sinibus terra, fulgura in pluuiam mutat, & educit ventum de loculis, seu, reconditoriis suis*. 4. *Quo vocem suam edente fremitus aquarum est in calis, & qui effert vapores ab extremitate terra, fulgura cum ipsa pluvia facit, & profert ventum è thesauris suis*. vide Psalm. 134. 7. Cæterum hunc, & quatuor versus sequentes totidem verbis habes supra Cap. 10. v. 12. 13. 14. 15. 16.

ET ISRAEL SCEPTRVM HEREDITATIS EIVS.] Vox *Israel* non est in Hebræo: sed est supra Cap. 10. v. 16. Quidam hîc reddunt: *& ille scilicet Iahakob est tribus possessionis eius*.

COLLIDIS TV MIHI VASA BELLII.] Heb. *Malleus dispergens* seu, *dissipans*; *tu mihi vasa*, seu *instrumenta aut arma bellica*. Alij: *Vt malleus tu mihi es, & ut instrumentum belli-*

VERS. 14

VERS. 15

VERS. 16

VERS. 19

VERS. 20

cum. *וַיִּדּוּ מַפְּטֵז*, aiunt esse nomen participiale, id est, disperfor: quo appellant malleum, quod eo concutiendo dispergantur res. Tremellius, Iunius: Buxtorfius: *Cestra fuisse mihi, instrumenta bellica*. Amplificatio hæc primum vniuersè exponit quid sit, quod iuramento confirmat Deus, nimirum Babylonium non fuisse auctorem iudiciorum sed instrumentum Dei, vt dixerat supra vers. 7. & quid Babylonio effecturus sit, docet v. 24. deinde minutatim exornat narrationis partes. Est autem *cestra* apud Iulium Pollucem non quiuis malleus, vt fere solet accipi, sed malleus verutus, & res obuias penetrando perfringens, quo equites fere ad pertundenda inimicorum arma vti solent. Nam hanc esse propriam Hebrææ vocis significationem sequentia commonstrant: & ipsum etymon: quemadmodum in Græca dictione quam adhibuimus Latinitatis inopia, quum *Cestron*, *Cestum*que similiter Græci & Latini vocent, veruculum, quo encaustum faciunt artifices, tesseraque, & aliud id genus: Vnde etiam Liuius cestrophendonas nominauit. De *cestra* Pollux lib. 10. Onomastici, Cap. 36. (*Cestra quoque mallei cuiusdam ferrei species, vt in Ægide Sophoclis: Cestra ferrea latera simul & dorsum attriuit feriens.*) Vide eundem Cap. 47. Hadrianus Iunius in Nomenclatore. (*Cestra, malleus ferreus, siue, vt volunt, armatura lunata, qua in perfringendis hostium armis, utebantur equites; atque hanc esse propriè Amazonicam securim volunt nonnulli, quo Cataphraëtis equites viuuntur.*) *cestron*, vel *cestrophendon* nouum teli genus in bello Persei Macedonis cum Romanis inuentum accuratè descriptū habes apud Liuium lib. 42. cap. 65. & Suidam, quod fortè non valdè diuersum fuisse videtur à *cestra*.

ET COLLIDAM IN TE GENTES.] Alij ex Hebr. & *conteram*, vel *contundam per te gentes*. Nonnulli; vt *dissiparem per te gentes*. sic in sequentibus. Deus interdum impiorum & idololatrarum operà vtitur ad exercendum sua iudicia in alios.

VERS. 25.

ECCE EGO AD TE.] Alij: *En me tibi*, vel *ecce me contra te*; &c. Hypotyposis, qua Deus venit ad amplificationem prænuntiati iudicij, duobus versibus; cuius deinde instrumenta conuocat Deus, duobus alteris; formamque explicat accuratissimè, vers. 29. & tribus sequentibus: ac postremò dialogisticè Ecclesiam exostulantem consolatur, seuerissimi iudicij huius prophetia, vsque ad vers. 41.

MONS PESTIFER.] Alij: *mons perniciosus*, vel *corrumpens*. Nonnulli: *ò mons perditor*. id est, Babylon, instar montis assurgens vastitate murorum & amplitudine: nam muri in crassitudinem quinquaginta, in altitudinem ducentos cubitos regio capiebant: testes Herodotus lib. 1. Numer. 178. Diodorus Siculus lib. 2. Numer. 68. & 69. Strabo lib. 16. pag. 738. Curtius lib. 5. cap. 1. Plinius lib. 6. cap. 26. vel *montem* appellat propter turrem illam immanis altitudinis, de qua Genes. 11. 4.

ET DABO TE IN MONTEM COMBUSTIONIS.] Alij: *reddamque te montem ex-*

stum. 2. & *disponam te in montem incendijs*, seu *in montem ruderum ex incendio*.

ET NON TOLLENT DE TE LAPIDEM IN ANGVLVUM, ET LAPIDEM IN FVNDAMENTA.] Quidam: *Neque accipient ex te lapidem in angulum, aut lapidem ad fundamenta*. id est, nunquam reparaberis ex opere re diuino, vt sequentia verba docent.

SED PERDITVS IN ÆTERNVM ERIS.] Hebr. *quia afflationes, afflatus, afflanda*, seu *stupenda-desolationes sæculi eris*. Numerus pluralis auget significatum: vnde reddunt: *nam desolatusissimus in sæculum eris*. Alij: *sed eris perpetua solitudo*.

LEVATE SIGNVM IN TERRA, &C.] Alij: *Attollite vexillum in terra, clangite bucina in gentibus, comparate contra istam gentes, &c.* Apostrophe ad hostes, tanquam administratos iudiciorum Dei.

SANCTIFICATE SVPER EAM, VEL CONTRA EAM GENTES.] id est, preparate gentes ad sacrum bellum contra Babylonem: vide supra cap. 6. 4. sic infra vers. 28.

ANNVNTIATE CONTRA ILLAM REGIBVS.] Alij ex Hebr. 1. *accescite contra eam regna*. 2. *promulgantes conuocate contra istam regna*.

ARARAT.] Exponunt; id est, Armenia maioris, vt Genes. 8. 4.

MENNI.] Hebr. *Minni*. Exponunt, id est, Armenia, minoris, quæ nomen suum habet compositum ex Aram, id est, Syria, & antiqua hac ipsius appellatione Minni. Nam Armeniam olim Syria fuisse comprehensam, testis est Plinius lib. 5. cap. 12. Huius regionis meminisse videtur Nicolaus Damascenus apud Iosephum 1. Antiquit. 4. cum ait: [*Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore seruatos ferunt, &c.*]

ET ASCENEZ.] Hebr. *Aschenaz*. Hebrai hic Scythiam, seu Gothiam, aut Germaniam accipiunt. Sed nulla harum regionum huic loco conuenit, quæ nihil hoc tempore ad Cyrum pertinebant. Aptius alij Asiam interpretantur: vide in Genes. 10. vers. 3. Has autem regiones omnes, id est, vtramque Armeniam, & minorem Asiam, synecdochicè notatam Aschenazi nomine, ante fuisse occupatas, quam Babylonem inuaderet, testantur omnes historiæ. Vide Herodotum lib. 1.

NUMERATE CONTRA EAM TAPH-SAR.] *תַּפְּסָר* *tiphsar*, inquit Forsterus, quidam volunt vocem esse compositam ex *תַּפְּסָר* *taphs*, quod paruulos collectine significat, & *סָר* *sar*, princeps seu dux, quasi dicas, princeps seu dux paruulorum, & *imbellis vulgi*. Opinor autem vocem esse peregrinam, qua dux vocatur.] Tremellius & Iunius reddunt: [*præfice contra istam imperatorem: videlicet exercitus, qui imperator in exercitum imperium habeat, & Cyri mandata ad exercitum perferat. Vox enim est composita perinde sonans atque si dixeris, instillationis & interpretationis principem: sic Nabum 3. 17.*] Hæc illi: composuerunt ex *תַּפְּסָר* *nataphs*, stillauit, & *סָר* *sar*, princeps, nimia subtilitate. Propriè quidam, paruorum principem exponunt, id est, minorem imperatorem, Legatum,

Legatum, vicarium imperatoris, seu Cyri. Fortè fuerit, quod Hispanicè dicimus, *maestro de campo general.*

ADDUCITE EQVVM QVASI BRVCHVM ACVLEATVM.] מרס *samar* cum *Samech*, Quidam verbum faciunt: *adducite equum, qui ut bruchus inhorruit, horripilauit.* Alij nomen esse volunt: Forsterus: *adducite equos tanquam bruchum horridum, id est, hispidum & aculeatum.* Reperiuntur enim buchi pilosi & hispidi. Vel si mauis, ad strepitum alarum referas horrifonum: sicut Apocalys. 9. 9. de quodam locustarum genere scriptum est: [*Quarum vox alarum sicut vox currum, equis multis currentibus ad bellum, &c.*] Tremellius & Iunius: *adducite equos pares melonthis hispidis.* videlicet, numero, vt supra vers. 14. Leo Iudæ: *adducite equos sicut locustarum agmen horridum.* Hebr. *סוס* *sus*, equum collectiuè pro equos.

VERS. 28

REGES MEDIÆ.] At tunc in Media solus Cyrus regnabat, depulso Astyage. Quidam exponunt, eos, qui parent Medo. id est, Cyro: nam is in Media natus. Sed vt Media pro Persia, & Medus pro Persa passim auctoribus vsurpentur, quod finitimæ regiones essent, & hisce temporibus sub vno imperio continerentur, nimis est peruulgatum: & nuper pluribus obseruatum à Ioanne Rualdo Annotat. 50. in Plutarchum. Aptius est regulos & dynastas Mediæ, Cyro subiectos. Quidam hunc versum reddunt: *Destinate contra eam gentes, nempe reges Media, duces eius, & omnes satrapas eius, totam denique terram, qua paret eius imperio.* Alij: *Comparete contra istam gentes, reges Media, & principes eius, omnesque antistites eius; denique totam terram dominatus eius.* Nos particulam *אנ* *eh*, pro præpositione ad accepimus, & eum sensum expressimus, quasi sit hortatio, vt ad Cyrum & ministros eius adiungantur variæ gentes ad oppugnandam Babylonem.

VERS. 29.

ET COMMUEBITVR, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Commota est terra, & contremuit, vel dolore affecta est instar parturientis, quum exurgerent cogitationes Iehoua ad redigendum terram Babylonis in solitudinem, vt nemo in ea habitet.* 2. *Et commota terra indolescet, quum præstabitur contra Babyloniam vnaqueque cogitationum Iehoua, redigendo terram Babylonis in desolationem, quam nemo inhabitet.* Enarratio formæ quæ iudicia sua præstiturus est Deus, vt diximus in vers. 25.

VERS. 30.

CESSAVERVNT FORTES BABYLONIÆ A PRÆLIO.] Alij: 1. *Cessauerunt robusti Babylonis à pugnando.* 2. *Desinent potentes Babylonis pugnare.* Postquam primo prælio fusi fuerint, in urbem compulsi, vt annotauimus cap. 50. vers. 21. & 37.

HABITAVERVNT IN PRÆSIDIIS.] Alij: *desiderunt. vel desidebunt in munitionibus.* id est, continuerunt sese vel continebunt sese intra munitiones. quasi dicat, non audebunt Babylonij egredi urbem ad conferendum manus cum Persis: sed abundè commeatibus instructi obsidionem nihili facient: vide cap. 50. vers. 37.

DEVORATVM EST ROBVR EORVM.] Alij: 1. *Sanctes: elanguit, recessit, deficit, fortitudo eorum.* 2. *Forsterus: obruta, seu oppressa est prapotentia, seu praxialescentia eorum.* 3. *Leo Iudæ: luxatum est robur eorum.* Nimirum ex significatione *גיד הנפש* *ghid han-naschab*, *merui luxati*, Genes. 32. 32. vide Thesaurum Sanctis, colum. 1709. 4. *Vatablus: perit fortitudo eorum.* 5. *Tremellius & Iunius: obliuioni erit, vel tradetur potentia eorum.* quam nunc plenis buccis iactant. *נשחב* *naschab*, & *נשחב* *naschath* affines radices, & ferè eiusdem notionis.

ET FACTI SVNT QVASI MVLIERES.] vide cap. 50. 37.

INSENSA SVNT TABERNACVLA EIVS.] quidam reddunt: *ascendent hostes habitacula eius.* videlicet, quum intra oppidum peruerint.

CONTRITI SVNT VECTES EIVS.] Alij: *confringentur vectes eius.* id est, cum singularium habitaculorum, quæ modo nominauit, vectes, tum portarum minorum, quibus maceria aggeri ad Euphratem intus coniuncta de nocte occlusa erat: nam ita fuisse extructam Babylonem docet Herodotus lib. 1. Numero 180. 185. 186. 191. & ita postulat narrationis series. Sed Herodotus haud obscure indicat, apertis portulis, quæ ad flumen ferunt negligentia Babyloniorum, Persas ingressos. Aptius ergo intelligemus, vectes portarum vrbis, quæ centum erant æræ cum cardinibus postibusque auctore Herodoto lib. 1. Num. 175. item vectes publicarum priuatarumque ædium, ac templorum.

VERS. 31.

CVRRENS OBIAM CVRRENTI VENIET, &c.] Alij versum reddunt: 1. *Occurret cursor cursori, & nuntius nuntio ad nuntiandum regi Babylonis captam esse urbem eius.* id est, plurimi cursores & nuntij conuolabunt, vt se passim protrudant & incurrant ad nuntiandum regi, &c. *ab extremitate, vel ab angulo vno.* qui pertinet ad Euphratem: nam illa ingressi sunt Persæ. 2. *Cursor obuiam cursori curret, & index obuiam indici ad indicandum regi Babylonia captam esse ciuitatem eius, ab extremitate.* Vtraque videlicet, qua in oppidum influit, & effluit Euphrates in vtrumque oppidum: vt narrat Herodotus lib. 1. Numer. 191. Nonnulli id referunt ad magnitudinem Babylonis, vt cum in vno extremo capta esset, in altero ignoraretur: vide supra cap. 50. v. 25. Sed ille sensus est aptior, Ab extremitate vna ad alteram. id est, totam ab omni parte, quod Noster dixit, à summo usque ad summum.

VERS. 32.

ET VADA PRÆOCCVPATA SVNT.] Dilucidam huius loci explanationem habet Herodotus lib. 1. Num. 91. quam descripsimus supra cap. 50. vers. 38. Alij: 1. *Et ingressus fluminis occupatos.* ab vtraque parte oppidi: nam ab vtraque ingressi sunt Persæ per vadum Euphratis. 2. *Et ipsos angustos aditus occupatos esse.* id est, accessus intimos, quibus ibatur à ripa Euphratis per portulas in vtrumque oppidum; vt factum fuisse perspicue docet Herodotus ibidem.

ET PALVDES INCENSÆ SVNT IGNI.]

TTTt 3 Alij

Alij ex Hebr. 1. & *stagna arserunt igne.* id est, iunci, arundines, carecta palustra, quibus exustis facilior & expeditior esset via exercitui Persarum ad inuadendam urbem: nam & circa Euphratem, & in locis illis palustribus multa eiusmodi nascuntur. Vide Strabonem lib. 16. pag. 740. 2. *etiam stagna hostes combussisse igne.* id est, non tantum ipsum Euphratis alueum tanquam igne arefactum esse, sed etiam stagnantes riuos ex eo ductos intra oppidum: quibus æque ac muri interioris portulis Medi & Persæ introuenerunt. Fortè intelligit fossam illam ingentem circum muros ductam, quæ ex Euphrate implebatur, de qua supra vers. 13.

VERS. 33.

QUIA HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: *Nam sic ait Iehoua exercituum Deus Israelis, qui filiam ipsam Babylonia sicut aream tempore calcas, seu tempestiue solidat; adhuc paululum, tum adueniet tempus messis ei.* Transitio ætiologica ad dialogisimum de quo supra vers. 25. Hæc, inquit propheta, quæ modo dixi, effatus est Deus, & iamque res omnes ad hæc præstanda comparat, ut peritus agricola tempestiue aream solidat ad triturationem. *tempus messis ei.* id est, quo messis, quæ intrò comportata est, nempe opes immensæ, per administratos Dei triturabitur. id est, poterunt ea Persæ. Alij simpliciter accipiunt, Babyloniem nunc esse veluti aream plenam frugibus triturandis, hoc est, opulentam multis diuitiis: sed mox triturandam, & calcandam, seu opprimendam à Persis, qui eam spoliabunt, & cunctas eius messes, seu opes asportabunt.

VERS. 34.

COMEDIT ME, DEVORAVIT ME, &c.] Hunc versum quidam ex Hebr. conuertunt: *Exedit me, quatit me Nebuchadretzar rex Babylonia, statuit me ut vas inutile,* id est, ut testam, ex qua marmoratum structores faciunt ad incrustandum & solidandum areæ solum. Hic autem versus & sequens continet expositionem Ecclesiæ; cuius exempla apud Daniele & Zechariam extant: *Deglutit me ut draco, implet ingluuiem suam deliciis meis.*

COMEDIT ME.] Omnia verba huius versus constructa cum affixo, Hebr. scribuntur cum affixo plurali, & leguntur cum affixo singulari. *Comedit nos,* Iudæos. vel *me,* Ecclesiam. eodem sensu, sic de reliquis.

DEVORAVIT ME.] Hebr. *contribauit, conquassauit,* velut sonitu aut strepitu concussit, *contriuit,* vide Exod. 14. 24. 23. 27.

REDDIDIT ME QUASI VAS INANE.] Hebr. *statuit, collocauit, constituit me, tanquam vas vacuum.* id est, euacuauit me, exhaustit, omnibus bonis: quia Nebuchadretzar omnia exportauit Ierusalaimis. Alij: tanquam vas, seu instrumentum inutile, nulli vsui aptum.

REPLEVIT VENTREM SVVM TENERITVDINE MEA.] Hebr. *impleuit ventrem, aluum, ingluuiem suam ex deliciis meis.* id est, rebus delicatissimis & pretiosissimis meis.

VERS. 35.

INIQVITAS ADVERSVM ME, ET CARO MEA, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Violentia mea & caro mea in Babylonia,* id est, rapina opum mearum, &

caro interfectorum meorum, siue confanguinei mei occisi debent imputari Babyloni, *dicit habitatrix Zionis: & sanguis meus apud habitatores Chaldaeorum,* id est, Sanguis ciuium meorum, qui in me effusus est, adscribi debet Chaldæis; *dicit Ierusalaim.* 2. *Iniuria mei & carnis meæ super Babyloniem: vel iniuria, quæ fit mihi & carni meæ in Babyloniem recidat:* ut Genes. 16. 5. *dixit habitatrix Zionis; & sanguis meus in habitatores terræ Chaldaeorum, dicunt Ierusalaima.* Caro hîc pro confanguineis & propinquis accipitur, ut Leuitici 18. 6. & 12.

VERS. 36.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Quidam hunc versum ita ex Hebr. explanant: *Idcirco sic ait Iehoua, Ecce ego confecturus sum causam tuam: responsum Domini ad antegressam expositionem: & ulturus ultionem tuam: ideo exsicabo mare illius,* id est, maximas aquas, ut Genes. 1. vers. 10. vide supra v. 31. & 32. *erat enim Babylonia regio maxime palustris & Euphratis fassis & rimis cum primis abundans: tanquam si arefeciissem scaturiginem illius.* Hoc ad Euphratem per Cyrum auersum pertinere videtur. vel quod Babylon ad summam desolationem & vastitatem sit redigenda: ut sequentia commonstrant.

ET ERIT BABYLON IN TVMVLOS, &c.] Hunc versum alij reddunt: *Et abibit Babylon in acervos, in habitaculum draconum, stuporem & sibilum, adeo ut nemo inhabitet.*

VERS. 37.

SIMVL VT LEONES RVGIENT.] Alij: *pariter ut iuuenes leones rugient.* videlicet, Babylonij, celebrantes festum insolentissimè, quo die capti sunt: [*Nam quod forte dies festus eis esset, exercendis choreis, atque oblectationibus operam dabant.*] inquit Herodotus lib. 1. Numer. 191.

VERS. 38.

EXCVTIENT COMAS VELVTI CATVLI LEONVM.] hoc iactationi, quæ fit in choreis optimè conuenit. Alij: *rudent,* seu *vociferabuntur,* aut *rudebant ut catuli leonum.* Forsterus intransitiue: *excusientur ut catuli leonarum.* Auenarius: *excusserunt vocem ut catuli leonarum.* Montanus, Schindlerus, ex significato Arabico: *fremuerunt, rugierunt, ut catuli leonarum.*

IN CALORE EORVM, &c.] Hunc versum alij conuertunt, 1. *Dum ipsi vino incaluerint, ego disponam computationes eorum, & inebriabo eos, ut exultent, & dormiant somnum sempiternum, à quo non euigilabunt, dicit Iehoua.* 2. *Incalescentibus illis, disponam potiones eorum, & inebriabo eos ut exultent, sed dormient somno seculi, seu perpetuo,* id est, dormitione mortis, ut Psaltes nominat, Psalm. 13. 4. *neque expurgentur, dictum Iehoua.* Hæc plerique referunt ad conuiuium Belsatzaris, quod describitur Daniel. 5. existimantes illud fuisse supremum Chaldæis. Sed rectius accipiatur de festo illò, quod Babylonij celebrabant, quo die Cyrus Babyloniem cepit, sub Labynito successore Belsatzaris, ultimo Babyloniæ rege, uti antea ex Herodoto obseruabamus: vide Daniel. 5. vers. ultimo. vide infra vers. 57.

VERS. 39.

QUOMODO CAPTA EST SESACH, ET COMPREHNSA EST INCLYTA VNIVERSÆ TERRÆ!] Alij: *Quomodo caperetur Scheschac*

VERS. 41.

occuparetur laus totius terra? &c. Quarta pars prophetiæ, confutatio, vt diximus supra cap. 50. vers. 1. cuius loci sunt duo, vnus, quo confutat fiduciam Babyloniorum versibus quatuor: alter quo refellit metum & diffidentiam piorum, eosque confirmat promissionibus, vsque ad vers. 50. De Sefach vide supra cap. 25. vers. 26.

VERS. 42. ASCENDIT SVPER BABYLONEM, &c.] Hunc versum quidam reddunt: *Quasi ascendat contra Babylonem ipsum mare, fremitu fluctuum eius operiatur.* Responso ad obiectionem præcedentis versus. quasi dicat, Euerteretur Babylon, ac si Euphrates ipse inde à mari Persico remeans in Babyloniam exundaret, quamuis illi confidant tantopere: vt supra vers. 36. Alij: *Intuuit super, vel contra Babylonem mare,* id est, immensus exercitus Persarum ac Medorum exundans: *qua a fluctuum eius multitudine obruta est.*

VERS. 43. TERRA IN QVA NVLLVS HABITET, NEC TRANSEAT PER EAM FILIVS HOMINIS.] Nostra Translatio fideliter verba ipsa Hebraica expressit. Alij: *terra, in cuius oppidis non habitabit vllus vir, neque transibit per ea filius hominis.*

VERS. 44. ET VISITABO SVPER BEL IN BABYLONE.] Alij: *Aninaduertiam etiam contra Belum Babylone.* De Bel vide supra cap. 50. 2.

ET EIICIAM QVOD ABSORBVERAT, DE ORE EIVS.] Alij: 1. *& eripiam bolum eius ex ore eius.* 2. *& extrabam deglutitionem, seu deglutitum ipsius, vel quod deglutit ex ore eius.* id est, innumeras illas, immanesque oblationes, quibus colitur, abripiam à templo ipsius: vide Daniel 14. vers. 2. Alij istud referunt ad anathemata & donaria aurea ingentia, quæ erant in templo Beli, de quibus Herodotus lib. 1. Numer. 181. 182. 183. Diodorus Siculus lib. 2. Numer. 69. & 70.

VERS. 45. EGREDIMINI DE MEDIO EIVS POPVLVS MEVS &c.] Quidam reddunt: *Exite è medio eius, popule mi, & eripite quisque animam suam ab astu ira Iehoua.* Alter locus confutationis, vt diximus in vers. 41. per apostrophem ad populum Dei.

VERS. 46. ET NE FORTE MOLLESCAT COR VESTRVM.] Alii: *Et ego dico vobis, vel & videte, ne mollescat animus vester.* Eclipsis: de qua Genes. 3. 22.

ET TIMEATIS AVDITVM, QVI AUDIETVR IN TERRA, &c.] Reliquum versum alij ex Hebr. explanant: 1. *& paueatis ad quemuis rumorem, qui audietur in terra Chaldaea: veniet in anno rumor, & post eum in anno rumor.* id est, alio atque alio anno veniet rumor. vel rumorem belli subsequetur alius maior rumor expugnationis Babylonis: *& fiet rapina in terra.* id est, diripietur Babylon: *& dominator Cyrus super dominatorem, regem Babyloniam veniet.* hoc est, transferet ad se regnum Chaldaeorum. Aiunt, obscure hic indicari tempus expugnandæ Babylonis, quod accidit tertio anno Belsazaris, qui tribus annis regnavit; Primò, belli rumor sparsus est: Secundò, aduenerunt Persæ; Tertio, expugnata fuit Babylon. sed sunt istæ nugæ Hebræorum: & alioqui verosimilius est, non sub Belsatza-

re, seu sub Labynito eius successore captam urbem à Cyro. 2. *& timeatis propter rumorem, qui audietur in terra Chaldaeorum: alius enim rumor veniet alio atque alio anno, alia item atque alia violentia in terra, imperiaque alia super alia.* nempe Persarum, super Babylonica. 3. *& timeatis propter rumorem, qui audietur in ea terra, quum aduenerit anno, quo rumor ille.* id est, eo anno, quo nuntius allatus est de instituta & suscepta expeditione Cyri: nam priore anno cæpta expeditione, Cyrus in Assyria moratus est importunitate vadorum, maxime ad Gyndem fluium, vt scribit Herodotus lib. 1. Numer. 189. *& postea anno altero, nimirum, quum alterum ver illuxit, quo ineunte Cyrus perrexit in Babyloniam, vt diserte Herodotus ait lib. 1. Numer. 190. idem rumor violentiaque in terra.* hoc est, Cyrus omnem strepitum vimque belli adhibuit contra Babyloniam: *denique dominator super dominatorem.* scilicet, Belsatzarem, qui eadem nocte trucidatus est, qua fuit occupata Babylonia, Daniel. 5. vers. 30. Sed potius Labynitum Belsatzaris successorem, vt in Notis ad Daniel. 5. vers. 31. ostendemus.

ET LAUDABVNT SVPER BABYLONEM CÆLI ET TERRA.] Alij: 1. *Et inubilabunt, ouabunt, praconia dicent super Babylone, &c.* 2. *Et cantabunt in Babylonia cæli & terra.* Hyperbole, qua significatur omnes creaturas cælestes & terrestres vehementer gauifuras de exitio Babylonis.

ET QVOMODO FECIT BABYLON, &c.] Hunc versum Nostra Translatio verbatim ex Hebr. transfudit: alij: 1. *Siquidem Babylonia fuit causa, vt caderent interfecti Israëlitis: etiam propter Babelem ceciderunt occisi vniversa terra.* 2. *Vt Babylonia strauit desideratos Israëlitis sic Babylonia desiderati sternentur per vniversam terram.* 3. *Et Babylonia cadendum est, & confossi Israëlitis: & cum Babylone casuri sunt confossi totius terra illius.*

QVI FVGISTIS GLADIVM, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Qui euasistis gladio, ite, & ne steteritis, memores interim vel de longinquo, id est, post longum tempus, nempe 70. annos: Iehoua, & Ierusalaim vobis in mentem veniat.* 2. *O qui euasistis à gladio, abite, ne consistatis: recordamini è longinquo Iehoua, & Ierusalaima veniant in animum vestrum, dicendo, Erubescimus, &c.* Conclusio prophetiæ, vt diximus cap. 50. vers. 1. qua Deus primùm suos hortatur ad fidem & obsequium, duobus versibus, deinde iudicium in Babylonios euenturum, summam reperit, vsque ad vers. 59. Hortatur reliquias deportationis hoc versu, vt Iehouæ memores, postliminio Ierusalem cogitent, & in eam reuerti ex animo curent.

CONFVSI SVMVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: *Erubescimus, quod audiamus opprobrium, operit ignominia faciem nostram, quod ingrediantur extranei in sanctuaria Iehoua.* Verba sunt reliquiarum, seu Ecclesiæ. quasi dicat, Pudeat vos, Ecclesiam Dei incultam & desertam esse, à vobis adeò negligi, & ab exteris propter peccata vestra, & ignauiam vestram proculcari; ac proinde pœnitent

pœnitentiam vestram coram Deo & Ecclesia his verbis, testatam facite, Ecclesiamque sanctitate doctrinæ & vitæ à maledictis & malefactis aduersariorum vindicare.

VERS. 53. SI ASCENDERIT BABYLON IN CÆLVM, &c.] Alij ex Heb. hunc versum explanant: *Etiā si ascenderit Babylon in cælum, etiā si muret altitudinem roboris sui, siue altissimum robur suum: hypallage: id est, muros & munitiones suas amplius confirmaret, vide supra vers. 25. à me venturi sunt vastatores in eam, dictum Iehoua.*

ET FIRMAVERIT IN EXCELISO ROBVR SVVM.] Alij: 1. & si minierit excelsum roboris sui. 2. & quum roborauerit altitudinem fortitudinis suæ, id est, cinxerit se muris crassissimis & altissimis. 3. & robur suum sublimitate muniat. 4. aut si munieris in excelsum potentiam eius, vel regnum, siue imperium obfirmatum potentia & opibus *יבצקן* *iebatzker*, futuri & tertia persona fœminea, & secunda masculina esse potest.

VERS. 55. QVONIAM VASTAVIT DOMINVS BABYLONEM, &c.] Alij versum istum ex Heb. conuertunt: 1. *Quoniam vastat Iehoua Babylonem, & perdit ex ea strepitum magnum: sonuerunt enim fluctus eorum* id est, turmæ, seu turbæ eorum, *instar aquarum ingentium, editus est tumultus voce eorum, vel edetur sonitus vocis eorum*, id est, intentissima & fortissima erit vox eorum. 2. *Nam vastaturus est Iehoua Babylonem, & perditurus ex ea robur cum voce magna: etiā si fremant fluctus illorum, ut aqua multa, edatur strepitus vocis illorum*, id est, etiā si sit ingens populus, & veluti procellis agitur.

VERS. 56. QVIA FORTIS VLTOR DOMINVS REDDENS RETRIBVET.] Alij 1. *quia Deus fortis retributionem Iehoua rependendo rependet, seu omninò rependet.* 2. *quoniam Deus reponsionum, seu retributionum, abunde rependet.* Heb. integrando integrabit, vel retribuendo retribuet.

VERS. 58. MVRS BABYLONIS ILLE LATISSIMVS.] Heb. est discordia numeri: *Muri Babylonis latus.* Quidam: *Murus uterque Babylonis latissimus.* Nam cum interfluvius Euphrates duplex oppidum efficiat, duplex quoque murus erat. Sed & Herodotus distinctè lib. 1. Num. 181.

ET HIC QVIDEM MVRS LORICA EST: ALIVS VERO INTVS NON MVLTQVAM HIC DEBILIOR, SED EXLIIOR, &c.] *latissimus.* vide supra vers. 25. Forsterus tamen aptè exponit: *Muri Babylonis latus.* Nam vtrius fuit latissima. Herodotus lib. 1. Numero 178. (*Oppidum suum est in planitie ingenti, forma quadrata, magnitudine quoquo versus centenium vicenium stadiorum, in summa quadringentorum octoginta circuitu quatuor laterum urbis.*) Similia alij.

SVPFOSSIONE SVFFODIETVR.] Alij: 1. *diruendo diruetur.* 2. *confringendo confringetur.* 3. *destruendo destruetur.* 4. *Murus Babylonis late diruendo faciet se diruere.* id est, omnes eius muri vt vnus murus diruentur. 5. *Marinus: Murorum quilibet Babylonis latissima excitando excitabit se.* id est, dissiliet, concitando confringetur. 6. *Forsterus: demoliendo demolietur.* Passiuè, id est, solo aqua-

bitur. 7. *Tremellius & Iunius: nundando nudabitur. vel planè nudabitur.* Futurum *Hithpahel* intendit significatum. quasi dicat, omninò, funditus, à fundamentis diruetur. & *porta eius excelsa igne comburentur.* Alij: & *porta eius altissima igne succendentur.* videlicet, proportioni latitudinis & altitudinis murorum respondententes. Hoc autem quando effectum sit, attigimus supra cap. 50. 13. De portis Babylonis Herodotus lib. 1. Numer. 179. [*Eius per ambitum centum portæ stabant, erant omnes, cum cardinibus iisdem postibusque.*]

ET LABORES POPVLORVM AD NIHILVM, &c.] Alij ex Hebr. 1. & *fatigabuntur populi, plebs item inextinguendo, ignes & lassabuntur.* id est, non poterunt extinguere ignem, quo flagrabit Babylon. 2. & *quod gentes ac populi labore & fatigatione operati sunt, in vanum & in ignem abibunt.* 3. *ita laborauerint populi pro inanitate, & nationes pro igne, ac defatigatæ fuerint.* videlicet, quicunque ædificationi, munimento, & exornationi Babylonis operam dederint: nam hæc tandem ad summam vastitatem redacta fuit: vt supra ostendimus cap. 50. 13.

ad nihilum. Heb. *in sufficientia vanitatis, seu vacuitatis.* id est, satis superque inaniter. hoc est, vanissimè, inanissimè. sic statim: *in sufficientia ignis.* id est, sufficientissimè ad ignem, id est, vt penitus opera eorum ignis absumat.

VERBVM, QVOD PRÆCIPIT IEREMIAS PROPHETA SARAIÆ &c.] Iam sequitur pars vltima prophetiæ, nimirum typus adhibitus ad confirmationem præcedentis vaticiniij de excidio Babylonis, vt diximus supra cap. 50. 1.

SARAIAS AVTEM ERAT PRINCEPS PROPHETIÆ.] Alij reddunt: 1. *erat autem Seraja præfectus quietis, seu recreationis.* id est, cuius commercio rex vti solebat, quoties animum remittere volebat & recreare. Siue, qui regi erat à remissione animi, eique aderat, quum à seriis negotiis respirare volebat. 2. *princeps residentia.* id est, eorum, qui circa regem residebant, eique assistebant: fortè præfectus prætorianis cohortibus, vel custodia principis. 3. *Tremellius & Iunius מנוחא* *menuchah* hîc pro nomine proprio accipiunt exponuntque: *erat autem Seraja princeps Menuchæ:* qui tractus est in confinio Iehudæ & Danis, alibi Manachath dictus: aut etiam (quia tractus diuisus erat inter Ichudam & Danem) plurali numero *Menuchothæ:* vide 1. Chronicor. 2. 52. Fortè fuit locus ille *Menuchah* de quo Iudic. 20. 43. vide ibi, & 1. Paralipom. 2. 52.

ET DIXIT IEREMIAS AD SARAIAM &c.] **VERS. 61.** Alij hunc versum clarius ex Heb. reddunt. 1. *Deinde dixit Iirmeia ad Serajam; Quum peruenies Babylonem, vide legas omnes sermones istos.* 2. *Iirmeia Seraja: Quum veneris ad Babylonem, tum aspiciens leges omnia verba hæc.* Videtur Iirmeia librum clusum & obli-gnatum tradidisse Serajæ, referandum Babylonem, ac legendum publicè fortasse Iudæis deportationum Iehojakimi, & Iechoniæ ad solamen.

DICES DOMINE &c.] Alij hunc versum **VERS. 61.** sum

sum ex Heb. efferunt: *Ac dices, ô Iehoua, tu eloquutus es contra locum hunc, te excisurum eum, adeo ut non sit in eo habitator tam ex hominibus, quam ex iumentis; sed desolatissimum in seculum fore.* Oratio ad typum adiecta, qua accedente ex verbo Dei typus verè sacramentalis est.

VERS. 64. ET NON CONVRGET A FACIE AFFLICTIIONIS.] Quidam exponunt, non poterit se eripere ab exitio ingruente: vel non poterit resistere hostibus, quin excindatur: Alij, nunquam deinceps vel ipsa, vel regnum restitui aut instaurari poterit.

ET DISSOLVE VR.] Heb. pluraliter, & defatigabuntur. Quidam: *quamuis defatigentur.* id est, quantumcunque laborem ad recolligendum se, instaurandumque consumpserint. Alij: & *lassabuntur.* id est, penitus de-

feriscentur ciues Babylonis tot malis oppressi.

HVC VSQVE VERBA IEREMIÆ.] subaudiunt, de Babylonis excidio: nam aiunt hæc verba non esse finem libri, sed huius singularis prophetiæ hoc & superiore capite contentæ, cui quod longior fuerit, apposita sit hæc clausula: vt supra cap. 48. v. 47. [*Hucusque iudicia Moabi.*] Tremellius & Iunius exponunt: *Hactenus verba Ieremiæ.* nimirum perscripta à Iirmeja: nam sequens caput à Iirmeja minimè fuisse scriptum vel ex eo colligimus, quod pertexit historiam vsque ad regnum Euilmerodaci, totumque tempus, quod rex Iehojachin, vel Iechonias superuixit: ac proinde statuitur, ab aliquo viro Dei, aut Ecclesiæ consilio fuisse additum hoc sequens caput ad Ieremiæ scripta: vt scriptis Moschis factum est Deuteron. 34.

CAPVT LII.

Præcedentium repetitio, nempe quòd Ierusalem à Nabuchodonosor obsessa post biennium capitur & Sedechias rex Iuda fugiens reducitur: filiiisque eius coram ipso trucidatis vnà cum principibus Iuda, exoculatus ac vincetus ducitur in Babylonem: & incenso templo & palatio ceterisque domibus, transferuntur omnia in Babylonem præter vittores & agricolas: similiter & vasa templi, inter quæ describuntur duæ aræ columnæ, & numerus Iudeorum in Babylonem diuersis temporibus translatorum, vbi rex Ioachin post 37. annos de carcere eductus exaltatur.

Vulg.

Malu.

Ilius viginti & vnus anni erat Sedechias cum regnare cepisset: & vndecim annis regnavit in Ierusalem, & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.

2 Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioachim.

3 Quoniam furor Domini erat in Ierusalem, & in Iuda, vsquequò proticeret eos à facie sua: & recessit Sedechias à rege Babylonis.

4 Factum est autem in anno nono regni eius in mense decimo, decima mensis: Venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & edificauerunt contra eam munitiones in circuitu.

5 Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedechiæ.

6 Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ.

Maluenda, In libr. Ierem.

Ilius viginti & vnus anni Tzidkijahu in regnare eum, & vno^a decem anno regnavit in Ierusalaim: & nomen matris eius^b Chamital filia Iirmejahu de libnah.

2 Et fecit^c malum in oculis IHVH: secundum omne, quod fecit Iehojakim.

3 Quia super nasum IHVH fuit in Ierusalaim, & Ichudah; vsque ad deicere eum eos de super facies suas: &^d defecit Tzidkijahu in rege Babelis.

4 Et fuit in anno nonæ ad regnare eum, in^e inuouatione decima, in decimo inuouationi venit Nebuchadretzar rex Babelis, ipse & omnis^f strenuitas eius super Ierusalaim; & g defecit super eam: & edificauerunt super eam attenuationem^h circuitu.

5 Et venit vrbs inⁱ coangustatione vsque ad vnum decem annum regi Tzidkijahu.

6 In inuouatione quarta, in nouem inuouationi: & k obtinuit fames in vrbe: & non fuit panis populo terræ.

V V u u

7 Et

^a vndecim annis
^b Chamutal: nam est idua plex lectio
^c quod malum videtur

^d defecit, rebellauit
^e inuouatione, inense sic statim & v. 6. 12. 31.
^f virtus, robur, exercitus, copia
^g confedit, castrametatus est
^h circum-
quaque sic v. 7. 14. 22. 23.
ⁱ coangustatione, oblatione
^k apprehendit, roborata, confirmata est

7 Et disrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus urbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum.

8 Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedechiam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo:

9 Cùmque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum iudicia.

10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedechie in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha.

11 Et oculos Sedechie eruit, & vinxit cum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius.

12 In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militia, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem.

13 Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igni combussit.

14 Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit, cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militia.

15 De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanserat in ciuitate, & de perfugis, qui transfugerant ad regem Babylonis, & ceteros de multitudine, transtulit Nabuzardan princeps militia.

16 De pauperibus verò terra reliquit Nabuzardan princeps militia vinitores, & agricolas.

17 Columnas quoque areas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare ancum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

18 Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa area, quæ in ministerio fuerant, tulerunt:

19 & hydrias, & thymia materia, &

7 Et^l discissa fuit vrbs, & omnes viri^m cæisionis fugient, & exiuerunt de vrbe nocte, via portæ inter muros duos, quæ super hortum regis; & Chaldæi super urbem circuitu: & ambulauerunt viam^a campestris.

8 Et persequenti fuerunt^o strenuitas Chaldæorum post regem, & P^a attigerunt Tzidkijahu in campestribus Iericho: & omnis strenuitas eius^q dispersi fuerunt de super eum.

9 Et^r ceperunt regem, & ascendere fecerunt eum ad regem Babelis^f in Riblah, in terra Chamath: & loquutus fuit ad eum iudicia.

10 Et^r mactauit rex Babelis filios Tzidkijahu^u oculis eius: & etiam omnes principes Iehudah mactauit in Riblathah.

11 Et oculos Tzidkijahu excæcauit: & x^z ligauit eum in y^z æribus duobus, & venire fecit eum rex Babelis in Babellem; & dedit eum in domo visitationum vsque ad diem mortis^z eius.

12 Et in innouatione quinta, in decimo innouationi, ipse annus^a nouem decem annus regi Nabuchadretzari regi Babylonis; venit Nebuzaradan^b magister mactatorum; stetit faciebus regis Babelis in Ierusalaim.

13 Et combussit domum IHVH, & domum regis; & omnes domos Ierusalaim, & omnem domum grandem combussit in igne.

14 Et omnes muros Ierusalaim circuitu^c demoliti fuerunt omnis^d strenuitas Chaldæorum, quæ^e ad magistrum mactatorum.

25 Et de^f exhaustionibus populi, & 8 superrelictionem populi, relictos in vrbe, & cadentes, qui ceciderunt ad regem Babelis, & superrelictionem multitudinis^h de voluere fecit Nebuzaradan Magister mactatorum.

16 Et de exhaustionibus terræ reliquit Nabuzaradan magister mactatorumⁱ vineantibus, & k^z fodientibus.

17 Et^l statuas æris, quæ domo IHVH, & m^z bases, & n^z mare æris, quod in domo IHVH confregerunt Chaldæi: & leuauerunt omne æs eorum in Babellem.

18 Et ollas, & o^z palas, & P^z incisoria, & q^z aspersoria, & r^z volas, & omnia^f instrumenta æris, quibus ministrabant in eis, acceperunt.

19 vasa, & u^z exceptoria, & x^z aspersoria,

l. dissecta, diffilla, disrupta m belli, bellatores, militares

n solitudinis, deserti, plauitici o vt v. 4.

fic mox p assequuntur q delapsi

rprehendunt, occupauerunt, tenuerunt f Riblathah, vel in Riblath

r iugulauit, sic parim u datus, ad. ante, oculos

x vinxit y vt c. 39 7.

z mori cum a Genitini b vide Gen. nef. 37. 36.

fic deinceps c destruxerunt, dissipauerunt d vt v. 4.

e apud, cum f exhaustis, attenuatis. sic v. 16.

g residuum, restans, reliquum sic statim

h transmigratione fecit, deportauit i datus. in vinitores

x datus. in fossores, agricolas l. columnas

fic v. 20. 21. m sedes, fundamenta, machinas n lacum. sic v. 20.

o vide Exod. 23. 3. p modulatoria vide t. Reg. 7. 50.

q vide Exod. 27. 3. r cochelatia. accerras, lances. vide Numer. 7.

84. f vasa t pelues. vide 2. Reg. 12. 13.

u vide Exod. 25. 38. x vt v. 48.

vrceos, & pelues, & candelabra, & mortariola, & cyathos; quotquot aurea, au- & quotquot argentea, argentea tulit magister militia:

20 & columnas duas, & mare vnum: & vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus, quas fecerat rex Salomon in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorum.

21 De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circumbat eam: porro grossitudo eius quatuor digitorum & intrinsecus caua erat.

22 Et capitella super utramque area: altitudo capitelli vnus quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu omnia area. Similiter columna secunda, & malogranata.

23 Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: & omnia malogranata centum, retiaculis circumdabantur.

24 Et tulit magister militia Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres custodes vestibuli.

25 Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat prepositus super viros bellatores: & septem viros de his, qui videbant faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate: & scribam principem militum, qui probabat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis.

26 Tulit autem eos Nabuzardan magister militia, & duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha.

27 Et percussit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua:

28 Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor: in anno septimo: Iudeos tria millia & viginti tres:

29 In anno octauo decimo Nabuchodonosor, de Ierusalem animas octingentas triginta duas:

30 In anno vigesimotertio Nabuchodonosor transtulit Nabuzardan magister militia animas Iudeorum septingentas quadraginta quinque omnes ergo animæ quatuor millia sexcenta.

31 Et factum est in trigesimo septimo anno transmigrationis Ioaachim regis Iudæ Maluenda, in libr. Ierem.

foria, & ollas, & lucibula, & volas, & Cyathos; quod aurum, aurum, & quod argentum, argentum, accepit magister mactatorum.

20 Statuas duas, mare vnum, & bouem duos decem æris, qui sub basibus; quæ fecit rex Selomoh domui IHVH: non fuit libratio æri eorum, omnium vasorum istorum.

21 Et statua, octo decem cubitus surrectura statua vnus; & filum, duo decem cubitus circumgyrabit eam: & densitas eius quatuor digiti vacua.

22 Et cinctura super eam æs, & surrectura cinctura vnus, quinque cubiti, & intricatio, & malogranata super cincturam circuitu, omne æs: & sicut ista statua secundæ, & malogranatis.

23 Et fuerunt malogranata nonaginta & sex ad spiritum: Omnia malogranata centum super intricationem circuitu.

24 Et accepit magister mactatorum Serajah sacerdotem caput, & Tzephanjah sacerdotem secundarium: & tres obseruantium liminis,

25 Et de vrbe accepit eunuchum vnum, qui fuit visitator super homines cæssionis, & septem homines de videntibus facierum regis, qui inuenti fuerunt in vrbe, & numerantem principem militia, exercituantem populum terræ: & sexaginta virum de populo terræ, inuentos in medio vrbis.

26 Et accepit eos Nebuzaradan magister mactatorum: & ambulare fecit eos ad regem Babelis in Riblah.

27 Et percussit eos rex Babelis, & mori fecit eos in Riblah in terra Chatham. Et deuolutus fuit Iehudah de super humum suam.

28 Iste populus, quem deuoluere fecit Nebuchadretzar in anno septem, Iehudæos tres millium, & viginti & tres.

29 In anno octo decem Nebuchadretzari deuoluere fecit de Ierusalaim animam octo centas, triginta & duas.

30 In anno trium & viginti Nebuchadretzari deuoluere fecit Nebuzaradan magister mactatorum Iudæos animam septem centas, quadraginta & quinque: omnis anima quatuor millium, & sex centæ.

31 Et fuit in triginta & septem anno deuolutioni Iehojachin regis Iehudah

y. lychnu-
chos. candel
labra
z vt v. 18.
a emunda-
toria, sco-
pas. vide
Exod. 25. 29.
b boues
c libramen-
tum, pondus

d columna-
rum
e statua, al-
titudo

f coronatio,
coronamen-
tum: vide r.
Reg. 7. 16.
g pplexi-
tas, encarn-
pus: vide r.
Reg. 7. 17.
h omnia
i datiuus.
ipfi colunæ
k ventum
l vt v. 22.

m summum.
primarium
n ternarium,
triadem
o custodum
vallis, vaso-
rum, abaci
p aulicum
q prefectus
r vt v. 7.
s scribam
t primariu,
pauptum
u exercitus
x exercitua-
re, militares
facientem
y viros

z vt v. 9:

a demigra-
uit, deport-
tatus est
b vt v. 27.
c vt v. 29. 39:

c ternarium

d quatern-
arius

e transmi-
grationi,
exilio, de-
portationi

da, duodecimo mense, vigesima quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachim regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris.

32 Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronos regum, qui erant post se in Babylone.

33 Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vite sue:

34 & cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis, statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis sue: cunctis diebus vite eius.

dah in f duobus decem innouatione, in viginti & quinque innouationi: leuauit Euilmerodach rex Babelis in anno regni sui, caput Iehojachin regis Iehudah: & exire-fecit eum de domo coercitionis.

32 Et loquutus fuit ad eum bona: & dedit solium eius desuper h folio regum, qui i ad eum in Babel.

33 Et mutauit vestimenta coercitionis eius: & comedet panem k faciebus eius l iuge omnibus diebus vitarum suarum.


34 Et viaticum eius viaticum m iugis datum fuit ei de ad regem Babelis, verbum diei in die suo vsque ad diem n mori eum omnibus diebus vitarum suarum.

f duodecimo mense

g vide 1. Reg. 22. 27. sic v. 33.

h datiuus. ad folium i apud, cum, cum eo k datiuus. ad facies l continuò, iugiter m continuitatis, perennitatis

n mortis eius



COMMENTARIA.

VERS. I.

HILIVS VIGINTI ET VNIVS ANNI ERAT, &c.] Ab hoc versu ad 28. Vide 1. Reg. 24. à vers. 18. vsque ad 22. Cap. 25. nam omnia indè sunt accepta totidem ferè verbis paucis exceptis, quæ hîc obseruabimus: indè desumendæ Notæ.

ET LOQVVTVS EST AD EVM IVDICIA.] vel, *cum eo*. Alij: *vbi tulit de eo sententias*, & de domesticis eius, per synecochon, quam sequentia explicant.

ET POSUIT EVM IN DOMO CARCERIS VSQVE AD DIEM MORTIS EIVS.] Heb. *& dedit eum in domo visitationum vsque ad diem mortis eius*. Aliqui: *& posuit eum in loco aliquo præfecturarum vsque ad diem mortis eius*. id est, in certa aliqua custodia: nam certis præfectis pro ratione criminum, custodia committi solent, vt apparet ex ipsa Iirmejæ historia supra Cap. 37. & 38. Fortè demandatus fuit in aliquam præfecturam aut satrapiam Babylonis, tanquam in honorarium carcerem, vel ei impositus: Sed erat excæcarus.

VERS. 12.

IN MENSE AVTEM QVINTO, &c.] Quidam hunc versum ex Hebræo ita accipiunt: *Deinde mense quinto, decimo die mensis, ipso decimo nono anno regis Nebuchadrezaris regis Babylonis, postquam venisset Nebuzaradan princeps satellitum, qui ministrabat regi Babylonis, Ierusalaima*. Nam ingressus est die septimo Ierusalaima, 2. Reg. 25. 8. deindò verò comparatis per biduum rebus, decimo die incœpit mandata exequi. Possit posterius hemistychium exponit: *veniens Nebuzaradan princeps militum, stetit ad facies regis Babylonis in Ierusalaimis*. id est, stetit pro rege Babylonis Ierusalaimis, hoc est, vt vulgo dicitur, repræsentauit personam regis Babylonis in Ierusalaimis, id est, fuit eius prorex, vicarius generalis, curator, administrator

rerum pro rege Babylonis. Plerique tamen illud, *in Ierusalem*, coniungunt cum verbo *venit in Ierusalaima*: & illud, *qui stabat coram rege Babylonis*, per parenthesis per se sumunt: *qui stabat coram facie*, id est, qui ministrabat, vel ministrare solebat regi Babylonis. Vide interpretationem huius loquutionis Deuter. 10. 8. & 2. Reg. 25. 8.

QVAS FECERAT REX SALOMON IN DOMO DOMINI.] Alij: *qua parauerat rex Schelomo pro domo Iehoua*. id est, quæ omnia vasa, & instrumenta hactenus enumerata, & multa alia fecerat rex Selomoh: vt latè describitur 1. Reg. 6. & 7. Capitibus.

ET FVNICVLVS DVODECIM CVBITORVM CIRCVIBAT EAM.] Istud omittitur 2. Reg. 25. 17. Sed exprimitur 2. Reg. 7. 15. ibi vide.

PORRO GROSSITVDO EIVS QVATTVOR DIGITORVM, ET INTRINSECVS CAVA ERAT.] Alij: *densitas autem eius quattuor digitorum, causa erat*. Relatiuum pronomen eius, referri potest & ad columnam, & ad filum, vel funem. Ad Columnam Noster referre videtur: alij ad funem ambientem. Interpres Hispanicus: *y una cuerda de doze cordos la cercaua de quatro dedos de grueso de vazadizo*. id est, *fundida con la mesma columna*. Hæc pericopes omissa fuit 1. Reg. 7. 17. & 2. Reg. 25. 17.

QVINQVE CVBITORVM.] 2. Reg. 25. 17. *trium cubitorum*. Scribitur: conciliationem vide in 1. Reg. 7. 16.

SIMILITER COLUMNÆ SECUNDÆ, ET MALOGRANATA.] Alij: *& similia erant columnæ secunde cum malogranatis*. id est, eadem omnino habebat columna secunda, quasi dicat, omninò pares & similes erant duæ columnæ, & eisdem ornamentis exultæ.

ET FVERVNT MALOGRANATA NONAGINTA SEX DEPENDENTIA.] Alij: 1. *Fuerunt*

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 22.

runt autem malorum Panicorum nonaginta sex ad omnem ventum vel ad unum latus, seu ordinem, quasi dicat, videbantur tantummodo nonaginta sex malogranata, quatuor autem reliqua latebant visum: nam corpus sphericum aspici undique non potest vno obtutu: loquitur igitur de visis. Omnia autem mala Punica erant centum, intellige in vno ordine: nam duo erant ordines malorum granatorum: in quoque ordine erant centum, nempe in totum ducenta: vide. 1. Reg. 7. 20. 2. Erantque malogranata nonaginta sex in plagam quamque Exceptis angularibus quatuor: quæ si comprehendantur, efficiuntur centena singulis ordinibus, 1. Reg. 7. 20. & 2. Paralip. 4. 13. vt verbis sequentibus ostenditur.

DEPENDENTIA.] Heb. *ad ventum*. Rectè Noster, quasi dicamus Hispanicè, *ab buelo*, quasi non essent affixa operi columnarum, sed dependentia ad ventum. Alij: *in plagam quamque*, seu *in latus, angulum, ordinem quemque*, vt *Murach, spiritus*, sumatur pro *plaga*, notum est: vide Lexicon Forsteri, pagina. 773.

VERS. 25. ET SEPTEM VIROS.] 2. Reg. 25. 19. *quinque viros*. Conciliant, *septem viros*, incluso eunucho seu Aulico, & scriba; de quibus hoc versu: *quinque viros*. præter Aulicum & scribam.

IN ANNO SEPTIMO.] completo, & octavo inchoato, 2. Reg. 24. 12. videlicet regni Nebuchadrefaris, quo deportatus est Iechoiachin. siue Iechonia: vnde 2. Reg. 24. v. 16.

IUDÆOS] præcisè ex tribu Iehudæ. Vide ibidem.

IN ANNO OCTAVO DECIMO.] completo, & decimo nono inchoato, quum expugnata sunt Ierusalaima & captus Tzidkija, 2. Reg. 25.

IN ANNO VIGESIMO TERTIO] id est, quinto post anno, quam vrbs capta fuerat: nam occasionem nouam Iudæi attulerunt suis illis motibus, quos Iirmeia enarrauit, Cap. 40. 41. 42. & 43.

ET FACTVM EST IN TRICESIMO SEPTIMO ANNO, &c.] Hi quatuor postremi versus iidem omninò sunt cum aliis quatuor vltimis 2. Reg. cap. 25. & iisdem fermè verbis concepti.

VIGESIMA QUINTA MENSIS.] 2. Reg. 25. 27. Scribitur, *vigesima septima mensis*. Concilianr: die vigesima quinta in initum consilium, & decretum factum de ornando & augendo Iechonia, & res ad id comparatas: at tertio post die plene effectum esse, id est, vigesimo septimo.

Valentiæ 27 Nouembris, 1627. ætatis meæ 62: cum tamen spatio 16: dierum opus intermissum fuerit.





28. N^o.
uemb.
1627.

THRENI,

ID EST,

LAMENTATIONES

IEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT PRIMVM.

Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit:


De hac Præfatiuncula vide Syxtum Senensem lib. 1. Bibliothecæ, & Bellarminum lib. 1. de verbo Dei, Cap. 20. & Lamentationum Ieremiæ recentiores Explanatores.

Vulg.

Malu.

ALEPH.

1  Vomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentium: principes prouinciarum facta est sub tributo.

1  Vomodo sedit solitaria; vrbs multa populi; fuit sicut vidua multa in gentibus, princeps in ^a prouinciis fuit ^b contributioni?

^a regionibus
^b in tributis

BETH.

2 Plorans plorauit in nocte, & lacryma eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

2 Lacrymari lacrymabitur in nocte, & lacryma eius super maxillas eius; non ei consolans de omnibus amanti-
bus eius: omnes ^c sodales eius incur-
rerunt in ea, fuerunt ei ^d maleuolen-
tibus.

^c socii, amici,
^d proximi
^e datiuus. in
inimicos
^e præ sic
statim
^f vt Genes.
8.8.

GHIMEL.

3 Migravit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

3 Deuoluta fuit Iehudah ^e afflictione, & de multitudine seruitij; ipsa habitauit in gentibus, non inuenit ^f residentiam: omnes persequentes eius at-
tigerunt eam inter coangustationes.

DALETH.

4 Via Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad sollempnitatem: omnes portæ eius destructæ: sacerdotes eius gementes:

4 Filiæ Tzizonis lugentes, des nequaquam venientibus stationis; omnes portæ eius ^h afflatæ, sacerdotes eius ⁱ

^g neuiquã
nō omnino
^h stupende-
desolatæ
ⁱ suspirantes

virgines eius squalida, & ipsa oppressa amaritudine.

HE.

5 Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV.

6 Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentiis.

ZAIN.

7 Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & prauaricationis omnium desiderabilium suorum. quæ habuerat diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

HETH.

8 Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.

TETH.

9 Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

IOD.

10 Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

CAPH.

11 Omnis populus eius gemens, & querens panem: dederunt pretiosa queque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis.

LAMED.

12 Ovos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

MEM.

13 De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mærore confectam.

gementes: virgines mœstitia affectæ, & ipsa^k amaritudo ei

^k amaritudi-
dini est sibi

5 Fuerunt coangustantes eius capiti, maleuolentes eius securi-fuerunt, quia IHVH mœrere-fecit eam^l super multitudinem transgressionum eius: paruuli eius ambulauerunt captiuam - abductionem,^m faciebus coangustantis.

^l propter
amplitudinē

^m datius.
ad facies, sic
v. 6. & 22.

6 Et exiuit de filia Tzizonis omnisⁿ decor eius; fuerunt principes eius sicut cerui, non inueniunt pascuum; & ambulauerunt^o in non virtute faciebus persequentiis.

ⁿ ornatus,
pulchritudo

^o absque ro-
bore

7 Recordata fuit Ierusalem dies afflictionis suæ, & defectionum suarum; omnium expetibilium suorum, quæ fuerunt à diebus^p antè: in cadere populum eius in manu coangustantis, & non adiuuans ei; Viderunt eam coangustantes, & riserunt super cessatione eius.

^p anteriori-
tatis, anti-
quitatis pri-
us
^q illuserunt

8 Erratum errauit Ierusalem, super sic remotioni fuit: omnes^r aggrauantes eius, vilipenderunt eam, quia viderunt^f nuditatem eius: etiam ipsa^t gemuit, & reuersa fuit post.

^r honore-
afficientes
eam
^f turpitudi-
nem;
^t suspirauit

9^u Taminaciones eius in fimbriis eius, non recordata fuit postremittatis suæ, & descendit^x ardua; non consolans ei: vide IHVH afflictionem meam, quia grandæ fecit maleuolens.

^u Contami-
naciones,
immundi-
ciæ, impu-
ritates
^x mirabilia

10 Manum suam expandit coangustans super omnia expetibilia eius: quia vidit gentes venerunt sanctuarium eius, quas præcepisti, Non venient in congregatione tibi.

11 Omnis populus eius^y gementes, querentes panem; dederunt expetibilia sua^z in comestione, ad reuertere facere animam: vide IHVH, & respice, quia fui vilis.

^y suspirantes
^z pro esca,
cibo. sic
v. 19.

12 Non ad vos omnes transeuntes viæ, respicite & videte si^a existentiæ doloris sicut dolor meus, ^b quo dehonestatum fuit mihi: quam mœrere-fecit IHVH in die^c æstus nasi sui.

^a est dolor,
cruciatu
^b quod, quia

13 De eleuatione misit ignem in ossibus meis, & dominatus fuit ei: expandit^d rete pedibus meis, reuertere-fecit me post; dedit me^e afflatam, omni die^f languentem.

^c ardoris,
excandescen-
tiaz

^d amphi-
listron
^e stupende-
desolatam
^f languidâ,
debilitatam

N V N.

14 *Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuoluta sunt, & imposita collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.*

S A M E C H.

15 *Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, ut contereret electos meos: torcular calcavit Dominus virgini filix Iuda.*

A I N.

16 *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam: facti sunt filij mei perdit, quoniam inuauit inimicus.*

P H E.

17 *Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.*

S A D E.

18 *Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocauit: audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum: virgines meae, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.*

C O P H.

19 *Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quaesierunt cibum sibi ut refocillarent animam suam.*

R E S.

20 *Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum, foris inierficit gladius, & domi mors similis est.*

S I N.

21 *Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, letati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fiant similes mei.*

T H A V.

22 *Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos, sicut vindemisti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum marces.*

14 *Amygdalatum fuit iugum transgressionum mearum in manu eius perplexare sese facient, ascenderunt super collum meum, impingere fecit virtutem meam: dedit me ADONAI in manibus non potero surgere.*

s vim, viret

15 *Stravit omnes pennigeros meos ADONAI in intimo meo: vocauit super me stationem ad confringere electos meos: torcular viauit ADONAI virgini filix Iehudah.*

b lectissim
mos iuuen-
tis

16 *Super ista ego lacrymans, oculus meus descendens aquas; quia longinquauit à me consolans, reuertere faciens animam meam, fuerunt filij mei afflati, quia praevaluit maleuolens.*

i stropendo
desolati

17 *Expandit Tzidon in manibus suis, non consolans ei; praecepit IHVH Iaghabobo circuitibus eius coangustantes eius: fuit Ierusalem remoti inter eos.*

18 *Iustus ipse IHVH, quia os eius mutauit: audite, obsecro, omnes populi, & videte dolorem meum; virgines meae, & electi mei ambulauerunt in captiua-abductione.*

k amaricaui

l v. v. 15

19 *Vocaui amantiibus meis, ij fefellerunt me; sacerdotes mei & senes mei in vrbe expirauerunt: quia quaesierunt comestionem sibi, & reuertere fecerunt animam suam.*

20 *Vide, IHVH, quia coangustatio mihi, viscera mea lutosa admodum fuerunt; versum fuit cor meum in intimo mei, quia mutare mutauit: de foris orbavit gladius, in domo sicut mors.*

m lutulentis

21 *Audierunt quia ingemiscens ego, non consolans mihi; omnes maleuolentes mei audierunt malum meum, gauisi fuerunt quia tu fecisti: venire fecisti diem vocauisti, & fuerunt sicut ego.*

n suspirans

22 *Veniet omne malum eorum facibus tuis, & de honesta eis secundum quod dehonstauisti mihi super omnes transgressiones meas: quia multi gemitus mei, & cor meum languens.*

o deracemat
v. v. 12p suspiria
mea
q languidus
debile

COMMENTARIA.

VERS. 1.



QUOMODO SEDET SOLA,
CIVITAS, &c.] Hunc librum
 Hebræi suo more appellant
 עִיבָה *echab*, à prima nimirum
 dictione eius: sic enim incipit:
 עִיבָה, *Quomodo.* In commentariis vero
 passim vocant *KINOTH*, id est, *Lamentatio-*
nes. LXX. & Græci *Threnos*, quod etiam *La-*
mentationes seu *Fletus* significat: quam etiam
 appellationem Latini frequentius vsurpant.
 Etli, inquit, hic lamentationum liber non
 vnam tantum calamitatem Iudæorum deflet,
 sed multiplices, quæ inde à Ioschijæ tempori-
 bus coortæ sunt subinde vsque ad excidium
 totius regni, ac ferè populi: non dubium
 est tamen (vt auctor est Hezra 2. Chronicor.
 35. 25. & Iosephus disertè affirmat 10. Anti-
 quit. 6.) quin occasione mortis Ioschijæ à
 Propheta fuerit conscriptus, & Ecclesiæ tradi-
 tus. Nam quum vidit propheta (qui prius
 prophetas de excidio regni audiuerat, & ipse
 prophetauerat per reuelationes Dei) Ioschi-
 jam à Nechone Ægyptiorum rege interfectum,
 ac proinde regnum delabi in fiduciam Regis
 Ægyptiorum, vt historia sacra ostendit ex istis
 malorum grauissimorum primordiis lamen-
 tum conscripsit, quo cum res præsentis, tum
 etiam successuras alias comprehendit: vt præ-
 monita Ecclesia tunc respiceret, aut saltem
 futuræ Ecclesiæ reliquiæ post ictum, & fla-
 gella, in fide & veritate Dei magis confirma-
 rentur; peccata confiterentur, sibi renuntia-
 rent, Deum castè accederent, iustitiam eius
 prædicarent, & misericordiam implorarent
 ex fœdere. Sunt autem huius Capituli (quod
 Alphabeticò ordine conscriptum est, vt se-
 quentia tria, iis de causis, quas proposuimus
 in Psalm. 24. vers. 1.) summæ partes sanè duæ:
 vna est, propositio malorum, quibus Ecclesia
 obruta est, versibus vndecim: altera est, con-
 testatio aduersus hostes Ecclesiæ, vsque ad
 finem. Propositionis autem loci sunt tres,
 primus est, quæstio ex præsentibus & impen-
 dentibus Ecclesiæ Iudæorum calamitatibus,
 versibus quatuor: secundus est hypophora
 siue repositio, qua Ecclesia confitetur, & sta-
 tuit malorum suorum causam in peccatis suis,
 quatuor alteris: tertius est, precatio, tribus
 versibus. Ergo hunc primum versum diluci-
 dius alij ex Hebr. reddunt, 1. *Quomodo sedet*
sola, illa vrbs quondam populosissima? & qua
erat magna inter gentes, vidua similis facta est?
domina in prouinciis, uectigalis facta est? 2.
Quomodo desidet solitaria, ciuitas amplissima
populo, similis est vidua? id est, exhausta plu-
 rimum ciuibus amisso rege optimo Ioschija,
 qui regni quasi maritus est, & popularium
 quasi pater: *amplissima inter gentes, princeps*
inter prouincias, quomodo est in tributum, seu
tributaria? videlicet Regi Ægypti Necho, per
 quem Ioachaz deportatus est, multa impera-
 ta, canon indictus, Ioakim rex fiduciaris

siue beneficiarius institutus, 2. Reg. 23. &
 24. & 2. Paralip. 36.

SOLA] כָּדָד *badad*, est hîc fœmineum,
sola, solitaria. Quidam abstractè sumunt *solitudo*,
 seu *in solitudinem*. q. d. sedet nedum so-
 la, sed ipsa solitudo. Forsterus notat, *BADAD*
 non tantum significare *solum*, seu *solitarium*
 in loco verum etiam desertum & viduum con-
 solatione, vt hîc.

PLENA POPULO.] רַבְּתִי *rabbathi*, cum
 cum *Iod* paragogico, quod auget significatum,
multa populi, seu *populo*. q. d. amplissima &
 copiosissima populo. Forsterus, id est, glorio-
 sa & celebris multitudine populi.

DOMINA GENTIVM.] Idem רַבְּתִי *rab-*
bathi, id est, amplissima, magnificentissima
 inter gentes.

PRINCEPS PROVINCIARVM.] שָׂרָאִי
sarathi, eum *Iod* paragogico etiam, *princeps*,
principissa, *domina*, *principalis*, ac si dicas,
 principalissima inter prouincias. Forsterus,
 abstractè cum affixo exponit: *principatus meus*
in prouinciis factus est in tributum. quod non
 probro.

FACTA EST SVB TRIBVTO?] Alij:
fuit in dissolutionem? id est, liquefacta, dis-
 sipata.

PLORANS PLORAVIT IN NOCTE, &c.] VERS. 2.
 Alij: 1. *Vberimè plorabit noctu, & lacryma*
eius defluunt in maxillas eius. 2. *Quomodo pla-*
ne flet noctu, & lacryma eius descendunt in ma-
xillas eius. id est, tam acerba est calamitas, vt
 ne ipsum quidem tempus quietis in quiete
 possit transigere. Est autem pathetica gradatio,
 hoc versu cum hîc tum etiam in sequen-
 tibus pluribus obseruanda.

SPREVERVNT EAM.] Hebr. *vi & iniu-*
ria inturrerunt in eam. Alij: 1. *perfide agunt*
contra eam. 2. *perfide deficiunt ab ea.* 3. *pra-*
uariantur, transgrediuntur, peccant in eam.

MIGRAVIT IVDAS PROPTER AFF- VERS. 3.
FLICTIONEM ET MULTITVDINEM SER-
VITVTIS.] Quidam: *Quomodo migrat Iehu-*
dah præ afflictione, & præ amplitudine seruitu-
ris. id est, ciues & incolæ regni sponte diffu-
 giunt, pertæsi calamitatum & seruitutis du-
 rissimæ, qua regnum totum opprimitur ab
 Ægyptio.

OMNES PERSEQVTORES EIVS AP- VERS. 4.
PREHENDERVNT EAM INTER ANGVS-
TIAS.] Alij: *quicumque persequerentur eam,*
 id est, finitimi qui semper fuerunt Iudæis ho-
 stes infensissimi, pessundant eam. *inter angus-*
tias. videlicet, quasi domesticas in regno, &
 exterarum apud finitimos. Aliqui Hebræorum
 exponunt, *inter angustias.* id est, inter loca
 arcta & angusta, quasi inter duas macerias,
 vnde effugere aut elabi non possit: septa vn-
 dique periculis.

VIA SION LVGENT, EO QVOD NON VERS. 5.
SINT QUI VENIANT AD SOLLEMNI-
TATEM.] Alij: *Quomodo via Tzionis lugent,*
 quod

quod nulli veniant ad stationem, seu statas ferias? &c. id est, cultus Dei desertus est, & omnia iustificata: profopopœia.

VERS. 5. FACTI SVNT HOSTES EIVS IN CAPITE.] Exponunt, in caput, id est, superiores euaserunt, dominati sunt ei. Quidam: *Effecti sunt hostes eius in caput.* Responso ad quæstionem præcedentem lugubrem, vt diximus in vers. 1. De hoc autem dicendi genere vide Deuteronom. 28. 13. & 44. & Isai. 9. 14. & 15.

LOCUPLETATI SVNT.] Alij: 1. *habita- uerunt in pace: pacifici fuerunt: feliciter habuerunt: prospere egerunt.* 2. Forsterus: *fortunati erant.* 3. Auenarius: *vacarunt.* id est, positi sunt incolumitate & otio. 4. Tremellius & Iunius: *tranquille agunt.* id est, commodè & nullo negotio Iudæam vexant.

INIQUITATVM EIVS.] Hebr. *trarg'effionum, defectionum, rebellionum eius.*

PARVULI EIVS ABIERVNT IN CAPTIVITATEM ANTE FACIEM TRIBVLANTIS.] Alij: 1. *infantes eius captivi ante hostem abacti sunt.* 2. *paruuli eius abeunt in captiuitatem coram hoste.* id est, nemini parcurit planè, aut ætatis causa aut sexus.

VERS. 6. SICVT ARIETES NON INVENTES PASCVA.] Hebr. *sicut cervi non inuenerunt pascuum,* id est, huc illuc oberrantes præ fame, & ob id capti faciles à venatoribus defecti videlicet viribus ad currendum.

VERS. 7. RECORDATA EST IERUSALEM DIERVM AFFLICTIONIS SVÆ, ET PRÆVARICATIONIS OMNIVM DESIDERABILIVM SVORVM, QVÆ HABVERAT A DIEBVS ANTIQVIS.] Alij ex Hebr. 1. *Recordata est Ierusalaim dierum pauperiatis suæ & indigentiarum suarum, vel vagationum, demigrationum suarum, omnium desiderabilium suorum, quæ fuerunt à diebus antiquis.* 2. *Veniunt Ierusalaim in mentem cum dies afflictionis suæ, & rebellionum suarum, tum omnia expetibilia sua, quibus vsa est retrò temporibus.* Expetibilia vocat, pacem, sacerdotium, regnum, benedictiones, fructus, prophetias, victorias, & reliqua bona. 3. *Recordata est Ierusalaim dierum afflictionis suæ, & exiliorum suorum, omnium expetibilium suorum quæ fuerunt à diebus originis, vel æterioritatis, antiquitatis.* 3. *Recordatur vrbs Ierusalaimorum diebus afflictionis suæ, & ploratum suorum, omnes res suas desiderabiles, quæ adsuerunt à diebus prisca.* id est in aduersis posita recordatur bonorum, quibus olim circumfluebat: quod nouæ calamitatis genus est.

ET PRÆVARICATIONIS.] מרורים *merudim*, plerique cum Nostro à מרר *marad* deducunt forma participij passiu, aut nominis participialis, vt Isai. 58. 7. quod tamen hic substantiue accipiunt, *defectiones, apostasias, rebelliones: seu exilia, vel indigentias.* Alij à רוד *rud*, *ploratus, planctus.*

ET DERISERVNT SABBATA EIVS.] Alij: *irrident cessationes eius.* id est, irrident cessare totum decorem illum, qui nominatus est ante, nempe principes & omnes res desiderabiles. Quidam: *viserunt super otio eius.* Nonnulli: *viserunt cessationes eius.* id est, otia, ferias: totum cultum: *synecdochicè.* Hebr. legi

potest singulariter & pluraliter. *cessationem, vel cessationes.*

PECCATVM PECCAUIT IERUSALEM.] **VERS. 8.** Alij, 1. *Peccatum patrauit vrbs Ierusalaimorum.* 2. *Perpetuo peccauit Ierusalaim. seu grauissimè peccauit.*

PROPTEREA INSTABILIS FACTA EST.] Variè alij ex Hebr. 1. *Sanctes & Vatablus: propterea in commotionem capitis, vel in derisionem.* 2. *Sanctes in Thesaurò, Vatablus, Leo Iudæ: propterea in commotionem, diuagationem, transmigrationem fuit.* id est loco dimota, vaga, variè iactata, in captiuitatem abducta. 3. *Forsterus, Auenarius, Schindlerus: ideo in remotionem facta est.* vel *in reiectamentum.* id est, tanquam res, quæ propter immunditiam est reiicienda, remouenda, abominanda. 4. *Tremellius, Iunius, Buxtorfius: propterea est in separatam propter immunditiam menstruam.* vel *propterea tanquam ex immunditia separata est.* id est, quia peccauit in Deum spiritualem suum coniugem, Deus abiecit illam & separauit à se, ex cæremonia legis, Leuit. 12. & 15. Hæc enim omnia dicuntur allegoricè per comparisonem mulieris impuræ. Sic infra vers. 17. נידה *nidah* plerique deducunt a נדה *nud*, & sic est, *diuagatio:* alij נדה *nadah*, & sic est *remotio ob immunditiam:* vide in Leu. 12. vers. 2. sed sunt cognatæ radices.

SPREVERVNT ILLAM.] Hebr. *vilem habuerunt eam.* Alij: *fluere fecerunt eam.* id est, lacrymas emittere. à נזל *nazal.* Vide Thesaurum Sanctis, colum. 567. & dictionarium Forsteri pag. 209.

IPSA AVTEM GEMENS ET CONVERSA EST RETRORSVM.] Alij, 1. *quin ipsa quoque genuit, & retrocessit.* 2. *etiam ipsa genuit, & auertit se retrorsum.* repullam passa & separata à Deo. Quidam exponunt: *auertit se, & fugit conspectum hominum ob pudorem ignominia & fœditatis suæ.*

SORDES EIVS IN PEDIBVS EIVS, &c.] **VERS. 9.** Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. *Immunditia eius in fimbriis eius.* id est sine vlla verecundia peccauit, similis facta impudenti mulieri quæ non veretur menstruum sanguinem in fimbriis circumferre, vel tota oppleta est impuritatibus ad extremas vsque vestium oras. *non fuit memor nouissimi sui: & mirabiliter, seu miraculosè descendit.* ex verbo, *miraculis* seu *admirationibus* descendit, id est, multi admirati sunt lamentabilem casum tam florentis vrbs & regni. *non est consolator ei: vide, Iehoua, afflictionem meam, quoniam magnificauit se, iactauit se hostis,* quasi hoc sua virtute factum esset: vel *quoniam superior factus est hostis.* 2. *Immunditia sue in fimbriis suis. finem, vel mercedem esse nondum recordata.* id est, haud memor Deum repensurum ei iustam scelerum penam. Tertius locus propositio- nis, quo Ecclesia piorum primum agnoscit iustitiam Dei persistentis in in iudiciis suis propter pernicitiam populi non aduertentis ad immunditiam suam; deinde precatur cum ab afflictione sua, tum ab insolentia hostium, tum denique à gloria Dei, his tribus versibus descendit *miraculis, seu mirabiliter.* id est, decrescit mirum in modum, & tanquam delici-

tur de arce decoris sui : nam viginti duobus annis à morte Ioschijæ regnum Iehudæ totum labefactatum fuit. *nemine consolante ipsam respice, Iehoua, afflictionem meam, quod magnificet se inimicus.* id est, roboret se ac præualeat contra eam.

VERS. 10.

MANVM SVAM MISIT HOSTIS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt : *Manum suam pandat hostis ad omnes res desiderabiles ipsius : quod videat gentes ingredi sanctuarium suum ipsa*, id est, terram sanctam suam : vt Exod. 15. 17. *cui præcepisti, ne adueniunt in congregationem tibi.* Sensus est : videt eos potiri rerum omnium, quibus vel minimam administrationem in populo tuo non permiseras lege, Deuteron. 23. 3. & sequentibus : 2. *Manum suam expandit hostis ad omnia experibilia eius, etenim ipsa videre coacta est, gentes ingredi sanctuarium suum, de quibus interdixeras, ne ingrederentur in congregationem tuam.*

VERS. 11.

AD REFOCILLANDAM ANIMAM.] Hebr. *ad reuerti-faciendum, ad reducendum animam.* Alij : 1. *ad restituendum animam, siue ad rescindendum se.* Sic vers. 16. & 19. 2. *ad manere faciendum, siue ad retinendum animam.* Infinitiuus *חשׁב* *haschib*, quidam à *שב* *schub*, reuerti ; alij à *ישׁב* *iaschab*, sedere, manere, deriuant.

VIDE DOMINE ET CONSIDERA QVONIAM FACTA SVM VILIS.] Leo Iudæ reddit : *Vide, Iehoua, & intuerere vt sim epulatrix.* id est, prouide ne cibo destituar. Alij : *Respice Iehoua & intuerere, seu circumspice, me vilipendi, esse vilem, contemptam & abiectam.*

VERS. 12.

OVOS OMNES, QUI TRANSITIS PER VIAM.] Alij ex Hebr. *Ne ad vos omnes, qui præteritis viam.* subaudi, eueniat, quod accidit mihi. quasi dicat, Absit vt talia vobis contingant qualia mihi. Forma deprecantis malum. *Quod à vobis Deus auertat, o vos omnes, qui transitis, &c.* Verba sunt Iehudæ quærentis suam calamitatem cui nulla par sit. 2. *Nihil ad vos, o viatores omnes.* Secunda hæc pars capitis, qua Ecclesia gentes contestata se committit Deo, duos locos summatim continet : vnus est contestationis, & pathos, ad permouendum gentes, flectendumque ad misericordiam, octo versibus : alter est preceationis, vt Deus gentes immisericordes, Ecclesiæ miseris vicissim puniat, tribus vltimis. Prioris autem loci summa argumenta sunt duo ; vnum est, non esse à gentibus, sed à Deo ipso calamitates Iudæorum : ac proinde non posse illas iure sibi in hac causa quidquam assumere, versibus quatuor : alterum, potius debuisse gentes misereri afflictorum, conscientia iudiciorum Dei æquè sibi impendentium, quàm miserias accumulare implorantibus misericordiam, quatuor alteris : quæ duo summatim in principio huius versus proponuntur, quasi dicat, statuitis quidem cum animis vestris hæc nihil ad vos attingere, tamen, sed si sapitis, attendite penitus & animaduertite exemplo meo rem longe aliter habere quàm existimatis.

ATTENDITE ET VIDETE, SI EST DOLOR SICVT DOLOR MEVS.] Alij : in-

tuemini & videte, an sit dolor par dolori meo. quasi dicat, ex infinitate mali mei expendite non humanum esse opus, sed flagellum Dei, vt exponunt tres sequentes versus allegoricè.

QVONIAM VINDEMIAVIT ME.] Variè alij ex Hebr. 1. *qui factus est mihi.* 2. Forsterus : *qui iniurià, iniuste, peruersè inflictus est mihi.* Aptè reddes : *quo, vel quòd, quia debonestatum, incommodatum, defraudatum, deracematatum, vindemiatum est, vel iniuria inflicta est mihi.* Vide de notione verbi *גְּלוּל* *gholel*, cuius præteritum *Pahal* hîc ponitur, in Leuit. 19. 10. & Deuter. 24. 21.

DE EXCELSO MISIT IGNEM IN OSSIBVS MEIS.] Alij : *E sublimi, ex alto immitit ignem in ossa mea.* id est, acerrimam vim malorum altè penetrantem.

ET ERVDIVIT ME.] Hebr. & *dominatus est ei.* id est, vniciuique ossium. scilicet Deus. Alij verbum masculine referunt ad ignem, qui interdum Hebr. est fæminei generis, interdum masculine : & ipse ignis *dominatus est, defecit, in ea ossa.* Tremellius & Iunius : *cui dominatur.* id est, cuius Iehudæ dominus est & moderator Deus, ac non homines vlli, quod vobis ipsi tribuitis. Itaque flagella, quæ patitur, non hominum sunt, sed Dei opus.

CONVERTIT ME RETRORSVM.] Alij : 1. *auertit me retrorsum.* id est, depellit me, & deiicit à se in terram, vt dicitur infra cap. 2. vers. 1. 2. *supinum dedit me retrorsum.* qui casus magis pudendus est, & periculosus, vt Ioan. 18. 6.

VIGILAVIT IUGVM INIQUITATVM MEARVM.] Verbum ex Niphal, *נִשְׁקַד* *niskad* cum *Scin* sinistro nullibi alibi in Scriptura inuenitur : vnde fit vt sit obscuræ notionis & variè reddatur : 1. *Impressum est.* 2. *Tractum est : acceleratum est.* 3. *Punctum est.* id est, quasi stigma seu punctum carni impressum, signatum, punctatum, signo memoriali notatum ne in obliuionem veniat. 4. *Coniunctum est : adhesit.* Italicè, è *attraccato.* 5. *Ligatum, compactum, colligatum, constrictum est.* Forsterus ait : [*Porro si Chaldaica Translationis antiquitatem non venererem, putarem hæc verba deprauata, & sic esse legendum : Adnigilauit super iniquitatibus meis, manu sua implicata sunt, &c.*] At neque Chaldaica Translatio adeò antiqua est, nec admodum veneratione digna : vt ostendit grauis & prudens Hispanici Indicis Expurgatorij Nota : legit Forsterus ; *נִשְׁכַּד* *nischkad*, cum puncto dextro, & *גְּלוּל* *ghal*, pro *גְּלוּל* *ghol*. Equidem Lxx. & Noster cum *Scin* dextro proculdubio legerunt, quàm nos lectionem vt securiorem sequuti sumus. Hunc versum alij ex Hebr. reddunt, 1. *Impressum est iugum præuocationum mearum manu eius.* id est, sua manu Deus impressit validè mihi lora & flagella sceleribus meis. vel *punctis quibusdam designatum est iugum rebellionum mearum in manu eius.* quasi dicat, Deus quibusdam notis peccata mea in manibus suis designauit, vt illorum recordaretur : *inplexa ascenderunt super collum meum.* id est inuolutæ & implexæ crescunt, vt ramusculi arborum implicati : *deiecit robur meum, tradidit me Dominus in manibus, è quibus non potero surgere.* 2. *Compactum est*

est iugum defectionum mearum manu eius, quibus contortis & ascendentibus super collum meum labefactat virtutem meam: tradit me Dominus in manus eorum, à quibus non possum exurgere. Secunda allegoria à comparatione iumentum subiugis: defectiones meæ (inquit) sunt tanquam lora & vimina: hanc materiam assumit Deus, compingit, contorquet tanquam vieta vimina, & imponit ceruicibus meis illarum iugam, tam graue, ut infirmet vires meas. Nos exposuimus: Amygdalatum est iugum transgressionum mearum manum eius. id est, maturatum, festinatum, acceleratum, quasi dicas, aduigilatum, intentum fuit: ut Jerem. 1.12. q. d. cito incubuit pœna transgressionum mearum manu Dei.

VERS. 15.

ABSTVLIT OMNES MAGNIFICOS MEOS.] Alij: 1. Prostravit omnes fortes meos. 2. Conculcat omnes robustos, validos meos. De voce אַבָּרִים abarim, robustissimi, vide in Genes. 49.24. pennigeros, pennipotentis, nos diximus.

VOCAVIT ADVERSUS ME TEMPVS.] Alij: 1. indixit in me tempus statutum. 2. conuocat contra me conuentum. hostium. seu congregationem inimicorum. 3. Forsterus: vocauit super me festiuitatem, quod ego non capio, nisi sit, festum egit de meis calamitatibus.

TORCVLAR CALCAVIT DOMINVS VIRGINI FILIÆ IYDA.] Tertia allegoria, cui similis est Isaia 63.3. Quidam exponunt: tradidit Dominus populum suum hosti, ut interficiat eum, torqueat & conculcet, haud secus quam vine torquentur & exprimuntur in torculari. Aliqui reddunt: tanquam torculari pressit Dominus virginem filiam Iehuda. id est, expressit eius sanguinem. Hispanicus Interpres: Lagar hã pisado el Señor à la virgen hãja de Iudaa. id est, fiesta de vendimia à hecho Dios de Iudaa à sus enemigos.

VERS. 16.

ID CIRCO EGO FLORANS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Horum causa ego ploro, oculus meus, oculus, inquam, meus defluit aquas: quoniam longe est à me consolator, qui restituat animam meam: filij mei desolati sunt, quia prænauit hostis. 2. Propter hac ego fleo, oculus meus, oculus meus descendit aquas, pro, ex oculo meo ex oculo meo descendit aqua: Hypallagi emphatica: quia longe abest à me consolator, qui reficiat me: sunt filij mei desolati, quia inualefcit inimicus.

DÈDVENS AQVAS.] Hebr. descendens aquas. vel aquas, hoc est, defluens aquas. seu descendere faciens aquas. vide de hac loquutione Jerem. 13.18.

VERS. 17.

EXPANDIT SION MANVS SVAS, NON EST QUI CONSOLETVR EAM.] פָּרַשׁ paras cum scin sinistro accipiunt nonnulli pro פָּרַשׁ paras cum Samech, quod hæ litteræ æquiualeant, exponuntque: percussit, fregit, scidit, dirupit, lacerauit, dispersit Tzizon manus suas. Scilicet more lugentium. Leo Iudæ: Spargit Tzizon manus suas. Forsterus: Quum expanderet Tzizon manus suas, non est consolator eam. Tendimus manus supplices, & opis implorandæ causa.

MANDAVIT DOMINVS ADVERSVM IACOB IN CIRCVITV EIVS HOSTES EIVS.]

Alij ex Heb. 1. mandauit Iehoua super Iahakobo per circuitum eius hostibus eius. id est, ut vndeque eum opprimerent. 2. mandato conuocauit Iehoua contra Iahakobum, ut essent in circuitu eius hostis eius. 3. præcepit Iehoua de Iahakobo, qui circumstant ipsum, hostes ipsius esse. q. d. idque iusto iudicio Dei, qui solus benè vtitur malis.

QVASI POLLVIA MENSTRVIS INTER EOS.] Alij: 1. ad commotionem, seu in abominationem inter illos. 2. ut separata propter immunditiam inter illos. id est, abiecta ab omnibus, prout à Deo abiecta est supra vers. 8.

IUSTVS EST DOMINVS, QVIA OS EIVS AD IRACVNDIAM PROVOCAVI.] Alij: 1. Iustus est Iehoua, quia ori eius rebellauit, immorigera-fui, non obtemperavi. 2. quia os eius exacerbavi, amaricaui. 3. eo quod contra præstitutum eius rebellavi.

VOCAVI AMICOS MEOS.] Alij: Me in-clamantem amantes meos. id est, eos, quibus amor mei, & cura à Deo fuerat commissa: atque hi statim per epexegetin nominantur.

ET IPSI DECEPERVNT ME.] Quidam: ipsi fefellerunt me. id est, nam præstituerunt expectationem meam: non tantum abfuit ut mihi possent prospicere, ut ne sibi quidem ab exitio cauerint.

SACERDOTES MEI IN VRBE CONSVMPTI SVNT.] Alij iungunt cum superioribus: ad illi fefellerunt me, & sacerdotes meos & seniores meos, at ij in vrbe expirarunt. 1. sacerdotes mei & senes mei in vrbe perierunt languore. 3. sacerdotes mei & seniores mei in ipsa ciuitate expirarunt. id est, curatores rei Ecclesiasticæ apud Deum, atque politicæ apud homines, quorum consiliis oportet stare Rempubli-cam.

QVIA QVÆSIERVNT, CIBVM SIBI, VT REFOCILLARENT ANIMAM SVAM.] Alij: 2. Quum cibum sibi quærerent, ut retinerent animam suam, seu vitam suam. 2. quærerent escam sibi, qua reficerent se ipsos. Heb. & reduxerunt, restituerunt animam suam, ut supra vers. 11.16.

VIDE DOMINE, QVONIAM TRIBVLOR.] Alij: Aspice, Iehoua, nam angustia est mihi, &c. Oratio bimembris, ut diximus in vers. 12. pro salute Ecclesiæ, & aduersariorum excidio.

CONTVRBAVS EST VENTER MEVS.] Alij: 1. Viscera mea tracta sunt. 2. viscera mea conturbata sunt, seu intumuerunt. 3. viscera mea lutulenta-facta sunt. id est, ut mare procellosum æstuant, fluctuantque, tanquam si vehementissimis fluctibus lutum excitarent: synecdochè allegorica elegantissima, cui similem, etsi variolensu, Vide Isai. 57. 24. Hoc enim amplius est quam si dicerent, fluctuant ut alibi in Scriptura legitur: sic infra Cap. 2. 11. Viscera mea efflerbuerunt, vel effuerescunt, quasi igne ardentissimæ febris. Verbum geminatum חֲמַרְמַר chomarmarm significatum intendit: Vide in Iob. 16.16.

SBBVERSVM EST COR MEVM IN MEMETIPSA.] Alij: versat se cor meum in medio mei. 2. inuersum est cor meum in interiore, intraneo meo.

QUONIAM AMARITUDINE PLENA
SVM.] Heb. *mutando mutando mutauit*. Alij:
1. *quia omnino rebellauit*. 2. *quia contumaciter*
rebellauit. 3. *quia uehementer exacerbauit*. vel
amaricauit.

FORIS INTERFICIT GLADIUS, ET DO-
MI MORS SIMILIS EST.] Alij: 1. *foris*
orbat me marito & filiis, gladius, instar mortis
habet. vel *domi est aliquid tanquam mors*. nem-
pe, *fames*. *foris orbat gladius, intus est secun-*
dam mortem, vel plane mors.

VERS. 21. AUDIERUNT QUIA INGEMISCO EGO,
&c.] Hunc versum alij reddunt: *Audientium*
me in gemitu esse, nemo consolatur me, omnes ini-
mici mei audito malo gaudent te id facere: addu-
ces diem, quem promulgasti, ut sint pares mihi. Ex-
ponunt, *diem, quem promulgasti*, nimirum
prædictionibus prophetarum aduersus gen-
tes cuiusmodi apud Isaiam, & Ieremiam ha-
bentur multa. quasi dicat adduces tempus,

quo eas punias, sicut me puniisti.

INGREDIATUR OMNE MALVM HORVM
CORAM TE.] Alij: 1. *Veniat omne malum*
eorum, vel omnis afflictio eorum, qua scilicet,
illi me affligunt, in conspectum tuum. q. d. In-
tuere obsecro ac dispice quàm atrociter
mecum agunt. 2. *Veniat tota malitia eorum*
in conspectum tuum. id est, *Pone tibi ob o-*
culos infanda istorum scelera.

ET VINDEMIAM EOS, SICVT VINDE-
MIASTI ME PROPTER OMNES INIQVI-
TATES MEAS.] Alij, ex Heb. & *fac eis, quem-*
admodum fecisti mihi propter omnes rebelliones
meas. 2. & *confice eis, quemadmodum confecisti*
mibi propter omnes defectiones meas. 3. & *in-*
commoda eis quemadmodum incommodaisti mihi,
super omnibus transgressionibus meis.


MULTI ENIM GEMITVS MEI, ET COR-
MEVM MOERENS.] Alij: *nam amplissimi sunt*
gemitus mei, & cor meum languidissimum.

CAPVT II.

Vulg.

Malu.

ALEPH.

1  *Vomodo obrexit caligine*
in furore suo Dominus
filiam Sion: proiecit de
caelo in terram inclytam
Israël, & non est recor-
datus scabelli pedum suorum in die furo-
ris sui?

BETH.

2 *Præcipitavit Dominus, nec pepercit,*
omnia speciosa Iacob: destruxit in furore
suo munitiones virginis Iuda, & deie-
cit in terram: polluit regnum, & princi-
pes eius.

GHIMEL.

3 *Confregit in ira furoris sui omne*
cornu Israëlis: auertit retrorsum dexte-
ram suam à facie inimici: & succendit
in Iacob quasi ignem flamma deuorantis
in gyro.

DALETH.


4 *Tetendit arcum suum quasi inimi-*
eus, firmavit dexteram suam quasi hostis:
& occidit omne quod pulchrum erat visu
in tabernaculo filie Sion, effudit quasi
ignem indignationem suam.

HE.

5 *Factus est Dominus velut inimicus:*
præcipitavit Israel, præcipitavit omnia
mœnia eius: dissipauit munitiones eius, &
repleuit in filia Iuda humiliatum & hu-
miliatam:

VAU.

6 *Et dissipauit quasi hortum tentorium*

1  *Vomodo dense obnubi-*
labit in naso ADONAI fi-
liam Tzizonis, deiecit ter-
ram Israelis; & non recor-
datus fuit suppedaneum pedum suo-
rum in die nasi sui.

2 *Absorbuit ADONAI, & non com-*
miseratione-morus fuit ad omnes no-
mos Iaghakobi; diruit in excandescen-
tia sua munitiones filie Iehudah,
atingere fecit terræ: violauit regnum
& principes eius.

3 *Succidit in ardore nasi omne cor-*
nu Israëlis, reuertere fecit post, dex-
teram suam de faciebus maleuolentis:
& exarsit in Iaghakobo sicut ignis flam-
mæ; comedit circuitum.

4 *Viauit arcum suum sicut maleuo-*
lens, statutus dextera sua sicut coan-
gustans; & inter fecit omnes expetibi-
les oculi: in tentorio filie Tzizonis ef-
fudit sicut ignem ardorem suum.

5 *Fuit ADONAI sicut maleuolens,*
absorbuit Israëlem, absorbuit omnia &
palatia eius, funditus perdidit muni-
tionem eius: & multiplicauit in filia Ie-
hudah dolorem & dolorem.

6 *Et violentauit sicut hortum abscon-*
sionem

a Vide Psal.
77. 49.

b æstu, excan-
descencia
c reuò

d intendit,
calcauit

e ignis
f æstum iræ,
æstuantem
iram, excan-
descenciam
g arces

suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem, & sabbatum; & in opprobrium, & in indignationem furoris sui regem, & sacerdotem.

Z A I N.

7 Repulit Dominus altare suum: maledixit sanctificationi sue: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini sicut in die sollemni.

H E T H.

8 Cogitauit Dominus, dissipare murum filie Sion: attendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxurique antemurale, & murus pariter dissipatus est.

T E T H.

9 Defixa sunt in terra porta eius: perdidit, & contriuit uerbes eius: regem eius & principes eius in Gentibus: non est lex, & propheta eius non inuenerunt uisionem à Domino.

I O D.

10 Sederunt in terra, continuerunt senes filie Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua uirgines Ierusalem.

C A P H.

11 Defecerunt præ lacrymis oculi mei conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione filii populi mei, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

L A M E D.

12 Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & uinum? cum deficerent quasi uulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

M E M.

13 Cui comparabo te? uel cui assimilabo te, filia Ierusalem? cui exaquo te, & consolabor te, uirgo filia Sion? magna est enim uelut mare contritio tua: quis medebitur tui?

N V N.

14 Propheta tui uiderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam prouocarent: uiderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

S A M E C H.

15 Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per uiam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: Hecine est urbs, dicentes,

uisionem suam: funditus perdidit stationem suam: obliuisci fecit IHVH in Tzitione stationem, & sabbatum; & inaccessiuit in furore nasi sui regem & sacerdotem.

b Inaccessiuit, infectatus est

7 Remouit ADONAI altare suum discepit sanctuarium suum: clausit in manu maleuolentis muro: palatiorum eius: uocem dederunt in domo IHVH sicut die stationis.

i arcium

k secundum diem

8 Excogitauit IHVH ad funditus perdere murum filie Tzionis; extendit lineam; non reuertere fecit manum suam de absorbere: & lugere fecit strenuitatem, & murum, uicini excisi fuerunt.

l mutatio, ne, propugnaculum

m uicini, simul pariter

n debilitatis, infirmati

o tu i, disperdit

p transeuntia, & res, repagula

9 Immerse fuerunt in terra porta eius; abstulit, & confringet portam transitoria eius: regem eius & principes eius in gentibus non lex; etiam propheta eius non in uenerunt prouisionem de IHVH.

10 Sedebunt in terra, silebunt senes filie Tzionis, ascendere fecerunt puluerem super caput suum, accinxerunt sacco: descendere fecerunt terra caput suum uirgines Ierusalem.

q dotius, in terram sic paulo post

11 Consummati fuerunt in lacrymis oculi mei, luosa admodum facta fuerunt viscera mea; effusum fuit iecur meum super contractione filie populi mei in obrui paruulum & lactentem in plateis ciuitatis.

r Consumpti

s fluentem

12 Matribus suis dicent; Vbi frumentum & uinum? in obruere sese facere eos sicut uulnerati in plateis urbis; in effundere sese facere animam eorum ad sinum matrum suarum.

t confossus, saucius, uulneratus

13 Quid contestabor te, quid assimilabo tibi, o filia Ierusalem? quid exaquo tibi, & consolabor tui uirgo filia Tzionis: quia grandis sicut mare contractio tua: quis sanabit tui?

u medebitur

14 Propheta tui prouiderunt tibi precipitentiam, & insultum; & non deuoluerunt super prauitatem tuam, ad reuertere facere reuersionem tuam: & prouiderunt tibi leuandas precipitentiam, & impulsiones.

x temeritatem, mendacium sic in

y distorcionem, peruersitatem, curuitatem

z uel captiuitatem

a cavitates, palmas,

15 Complouerunt super te uolantes omnes transeuntes uia, sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: An ista urbs, quam dicent, Consum

perfecti decoris, gaudium vniuersa terra?

P H E.

16. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

A I N.

17. Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum, quem praeceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & letificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

S A D E.

18. Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filia Sion: Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

C O P H.

19. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame, in oapite omnium compitorum.

R E S.

20. Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita: ergone comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmae, sic occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta?

S I N.

21. Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meae, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.

T H A V.

22. Vocasti quasi ad diem sollempnem, qui terreuerunt me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui inimicus meus consumpsit eos.

Consummatam pulchritudinis, gaudium omni terræ.

16. Aperuerunt amplè super te os suum omnes maleuolentes tui, sibilauerunt, & fremuerunt dente; dixerunt, Absorbuimus: veruntamen ista dies, quam expectauimus eam, inuenimus, vidimus.

17. Fecit IHVH, quod cogitauit, avarizauit dictum suum, quod praecepit de diebus ante; diruit, & non commiseratione motus fuit: & lætari fecit super te malevolentem, eleuate fecit cornu coangustantium tuorum.

18. Clamauit cor eorum ad ADONAI: mure filia Tzizonis descendere fac sicut torrentem lacrymam die & nocte; non dabis remissionem tibi; non silebit filia oculi tui.

19. Surge, gratulatoriè acclama in nocte ad caput obseruationum; effunde sicut aquas cor tuum, & rectitudinem facierum ADONAI: leua ad eum volas tuas super animam paruulorum tuorum obrutorum in fame in capite omnium platearum.

20. Vide, IHVH, & respice, cui dehoneftauisti sic? si comedent mulieres fructum suum, paruulos palmationum? si interficietur in sanctuario ADONAI sacerdos & propheta?

21. Cubauerunt in terræ plateis, excussus & senex; virgines meae, & electi mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die nasi tui, & mactauisti, non commiseratione motus fuisti.

22. Vocauisti sicut die stationis meghurai-misabibum: & non fuit in die nasi IHVH euasor & residuus: quos palmaui, & multiplicabo, maleuolens meus consummauit eos.

b machinatus, molitus est
c ut c. 1. 7.


d tota die
e quiescat, desistat pupilla

f capiti
g recta vob
Exod. 40. 24.
h vs v. 15.

i vicorum, pagorum, circumforaneorum
k ad quem ad quid
l eorum. scilicet virorum

m datus. terram
n vs v. 19.
o puer
p lectissimi iuuenes
q jugulauisti

r superstes
s vt multiplicarent, auerem
t consumpsit



COMMENTARIA.

VERS. I.



VOMODO &c.] Huius, inquit, capituli duæ sunt in vniuersum partes: prior est, ex postulatione pathetica pro toto populo Iudæorum, decem versibus: altera est documentum prophetæ ad populum, inde ad finem vsque. Ex postulationis autem membra sunt tria: primum enim conquærentur Iudæi de calamita-

tibus totius regni à Deo importatis versibus quatuor sequentibus: secundò de cultu ipsius deiecto, versibus duobus: ac postremò de ipsa metropoli, in qua stabant regnum David, & cultus Dei, tribus versibus: quæ omnia prolepticè hoc versu continentur, & per hysterosin deinceps exornantur.

OBTEXIT CALIGINE IN FVRORE SVO DOMINVS FILIAM SION.] Variè alij ex Heb. 1. extulit vsque ad nubes in ira sua Adonai filiam

tiam Tziionis. ut sit antitheton ei quod sequitur, proiecit de celo in terram &c. q. d. iræ diuinæ fuit tantum extollere, ut tantum deiceret, 2. Onubilat ira sua, vel densa obtegit nube ira sua Dominus filiam Tziionis. Elegans metaphora, continens tacitam antithesin nubis gloriæ, quæ prius appaluit Ierusalaimis in dedicatione templi, 1. Reg. 8. 10. & præsentium calamitatum, quæ cum densa nube, & caligine ferè comparantur.

INCLYTAM ISRAEL.] Heb. decus, decorem, ornatum, pulchritudinem Israelis.

VERS. 2.

PRÆCIPITAVIT DOMINUS, NEC PERCIT, OMNIA SPECIOSA IACOB.] Alij: 1. Deglutivit Dominus circa indulgentiam omnia tuguria Iahakobi, 2. Quomodo absorbet Dominus non utens clementia omnia habitacula Iahakobi. id est tollit momento fundirus, tanquam absorberet: nam hæc omnia figuratè tribuuntur Deo. Sic infra vers. 5. & 8.

SPECIOSA IACOB.] Heb. nomos, caulas, tuguria, tesqua, vel tesca, pasqua-amœna &c. Vide Exod. 15. 13.

DEIECIT IN TERRAM.] Heb. pertingere fecit ad terram. Alij: 1. afflixit ad terram. 2. deturbans in terram.

POLLUIT REGNUM.] Alij: 1. profanat regnum, seu, ut profanum abiicit regnum. 2. vim intulit, violavit, sancianit, confodit, perfodit regnum. possis reddere: interfecit regnum.

VERS. 3.

CONFREGIT IN IRA SUA OMNE CORNU ISRAEL.] Alij: Quomodo succidit estu ira totum cornu Israel? id est, robur, vires, splendorem & maiestatem Imperij: ut 1. Samtiel 2. 1. & 10.

AVERTIT RETRORSUM DEXTERAM SVAM A FACIE INIMICI.] Alij: 1. retraxit retrorsum dexteram suam a facie hostis. id est, negavit vel subduxit eis auxilium, quum ventum esset in conspectu hostis. 2. adducens retrorsum dexteram suam ne obsistat inimico. vel ne opponat eam adversario.

ET SVCCENDIT IN IACOB QVASI IGNEM FLAMMÆ DEVORANTIS IN GYRO.] Alij 1. & exarsit in Iahakobo veluti ignis, flamma circumquaque devorante, 2. & exardescens in Iahakobum, ut ignis flammæ, seu inflammatus, consumens circumquaque.

VERS. 4.

TETENDIT ARCUM SVVM QVASI INIMICVS.] Alij: Quomodo adducit arcum suum velut inimicus?

FIRMAVIT DEXTERAM SVAM QVASI HOSTIS.] Alij: constituta est, vel stetit dextera eius instar inimici. sed Heb. verbum seu participium נִצְּטָב nitzetzab stetit, est masculineum & dextera femineum. Quidam: constitutus dexterâ suâ velut hostis.

ET OCCIDIT OMNE QVOD PVLCHRVM ERAT VISV IN TABERNACVLO FILIÆ SION.] Alij: 1. & trucidavit omnia, quæ erant experibilia oculis in tabernaculo filie Tziionis. 2. ut interficiat omnes desiderabiles oculo: in tentorio filie Tziionis effundit, ut ignem, excandescens suam. Et hoc exposcunt distinctiones Hebraicæ.

VERS. 5.

ET REPLEVIT IN FILIA IVDA HVMIATVM ET HVMIATAM.] Alij: 1. & multiplicavit filia Iehudæ mœrorem & mœstissimam. 2. Malquenda, In lib. Threni.

& plurimum effert in filia Iehudæ mœrores & mœstissimam. 3. Forsterus: & multiplicavit in filia Iehuda impulsorem, & impulsorem. seu impetum & impetum. Ista autem geminatio, inquit, importat distributionem, q. d. hinc inde necessitas, seu impulsio. 4. Auenarius: & multiplicavit in filia Iehuda inuictum & inuictorem. id est, naumachias & varias impugnationes hostium. Vide de his duabus vocibus, Isaia 29. 2.

ET DISSIPAVIT QVASI HORTVM TENTORIUM SVVM.] vatic alij ex Heb. 1. Et transtulit veluti in horto tentorium suum. 2. Et transtulit velut tugurium horti, tentorium suum. id est, templum, vel Tziionem, quæ est ei quasi tugurium. 3. Et dissipavit tabernaculum suum paradiso simile. 4. Et vi abripit ut horti sepem suam. vel sepimentum suum. Sic Psal. 79. 13. & 88. 41. Isaia. 5. 5. שֹׁכֵחַ sucho, cum scin sinistro, plerique à סָכַח sachach cum samech ducunt, tegumentum, tectorium, tugurium, umbraculum, casam-frondeam, trichilam suam. ut Psalm. 75. 3. alij à שָׁכַח such cum Scin sinistro sepem, sepimentum eius, vel suum.

DEMOLITVS EST TABERNACVLVM SVVM.] Heb. corruptit stationem suam. Alij: 1. subvertit congregationem suam. 2. solemnitates eius. seu festiuitates, statas ferias. 3. perdidit locum conuentus sui.

OBLIVIONI TRADIDIT DOMINVS IN SION FESTIVITATEM ET SABBATVM.] Quidam: prorsus obliuiscitur Iehona habendi Tziione conuentus, & sabbati. ex promissione & lege ipsius, Exod. 23. & 25. & antiquo more.

ET IN OPPROBRIVM ET IN INDIGNATIONEM SVAM REGEM ET SACERDOTE.] Alij: 1. & floccificavit in furore ira sua regem & sacerdotem. 2. & in firmitu ira sua contumelia exposuit regem & sacerdotem. 3. & insectatus est contumeliis, conuiciis, maledictis in furore ira sua regem & sacerdotem.

REPVLT.] נִצַּח zanach, remouit, repulit, reiecit, deseruit, contempfit, abominatus est, vide in Psal. 42. 2.

MALEDIXIT SANCTIFICATIONI SVÆ.] נִדָּן nier, discepfit, dilaceravit dissoluit rescidit, aspernatus, detestatus est, ut Psal. 88. 40. sanctuarium seu sacrarium suum.

MVROS TVRRIVM BIVS.] Heb. muros palatiorum seu arcum eius, scilicet, Tziionis. Alij: sine syntaxi; muros, palatia eius. Asyndethon.

Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemn. Aliqui: vocem edunt inimici in domo IHVH, ut die conuentus, videlicet edebatur à populo Dei in precibus & laudibus, quum tres anniuersariæ solemnitates agerentur.

COGITAVIT DOMINVS DISSIPARE MVROM FILIÆ SION. Alij: 1. Constituit Iehoua vastare muros filie Tziionis. 2. Quomodo cogitat Iehoua corrumpere muros filie Tziionis?

TETENDIT FVNICVLVM.] Heb. extendit regulam, normam, filum videlicet, ut euertatur funditus & solo æquetur: sic 2. Regum. 21. 13. & Isaia 34. 11. quod confirmant sequentia.

NON AVERTIT MANVM SVAM A PERDITIONE.]

Y Y y

TIONE.]

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

TIONE.] Alij 1. & non reduxit manum suam, quo minus dirueret, aut precipitaret. 2. non retrahit manum suam quin absorbeat, aut deglutiat, sic supra vers. 2. & 5.

LXXITQVE ANTEMURALE, & MURVS PARITER DISSIPATVS EST.] Alij: 1. desolauit antemurale, & muri pariter deleti sunt. 2. lugent ergo simul propugnacula, & murus deformatus 3. & luctum affert præduntioni, & muro pariter languescitibus ac proinde ad ruinam luctuosam veluti mortem spectantibus: allegoria.

VERS. 9. DEFIXÆ SVNT IN TERRA PORTÆ EIVS.] Alij: Quomodo demergitur in terram porta eius? Verbum יצבו tabegbu, scribitur cum tet paruo præter morem, quo mysterio nescio: nisi fortè ad indicandum quod penitus demersæ in terram fuerint, vt nihil earum extaret: vel quod redactæ fuerint ad extremam diminutionem, & ruderæ.

PERDIDIT ET CONTRIUIT VECTES EIVS, &c.] Alij reliquam hanc partem verlus ex Heb. reddunt. 1. perdidit & contriuit vectes eius: Rex eius & principes eius ad gentes abducti sunt: non est lex, neque propheta eius nati sunt, seu consequuti sunt visionem à lebona. 2. perdit & confingit vectes eius: rex eius & principes eius sunt inter gentes sine lege, etiam propheta eius non inueniunt seu non habent, sic infra vers. 16. præsentem visionem à lebona, id est, legibus gentium constricti, & publico ordine Ecclesiæ, legisque & prophetarum documentis carentes, quæ ante publicè in Iudæa personauerant. Rectè Noster accepit, vectes eius, regem eius & principes eius: nam ij sunt vectes & repagula regni, qui sustinent & firmant rempublicam. Aptè hæc intelligi possunt de Iehoachazo abducto in Ægyptum cum principibus, & alienis legibus viuere coacto. 2. Reg. 23. 33. & 34. quando Iudæa Ægyptiis legibus pressa grandæ tributum persoluit, vt ibidem dicitur, vers. 33. & 35.

VERS. 10. SEDERVNT IN TERRA, &c.] Hunc versum quidam reddunt: Quomodo sedentes humi conticescunt seniores, seu seniores filie Tzionis, imponunt puluerem capiti suo, accingunt se ciliciis; demittunt in terram caput suum virgines Ierusalaimorum? sunt hæc omnia habitus & signa lugentium in grauissimo mæore, quorum exempla passim in scriptura obuia: vide Iob. 2. v. 8. 12 & 13.

VERS. 11. DEFECERVNT PRÆ LACRYMIS OCULI MEI, &c.] Secunda, inquit, hæc pars (qua propheta affert documenta Ecclesiæ laboranti) tria membra continet: primum est, quoddam veluti exordium à commiseratione, duobus versibus: secundum est, exaggeratio mali, vsque ad vers. 18. tertium est, consilium conuersionis ad Deum & orationis, quinque versibus vltimis.

CONTRIBATA SVNT VISCERA MEA.] Heb. luvulenta-facta fuerunt viscera mea vide supra Cap. 1. 20.

EFFVSVM EST VEL EFFVNDITVR IN TERRAM IECVR MEVM.] Hyperbole. effunduntur mihi viscera præ dolore & mæore. Quidam: id est, sanguis è iecore diffugit, velut profusus in terram

MATRIBVS SVIS DIXERVNT, VBI EST TRITICVM ET VINVM? &c.] Alij: Matribus suis dicentes, Vbi est frumentum & vinum? &c. Amplificatio ab ætate & circumstantiis: q. d. quom omnes pereunt miserimè, ac ne paruulis quidem (quorum miserabilior conditio est) consulitur.

QVVM DEFICERENT QVASI VVLNERATI IN PLATEIS CIVITATIS.] Alij ex Heb. 1. quom scilicet deliquium animi paterentur sicut saucij in plateis civitatis 2. dum obruunt sese similes confesso in plateis civitatis. 3. quom occultarentur sicut vulnerati in plateis civitatis Verbum ex Hithpahel auget significatum, quom obtegere, operire, obruere sese facerent. Notant, verbum קוץ ghataph, quando de anima vel spiritu; vel vita hominis dicitur, tum significare, illa occultari, & obrui, vt cessent, nec amplius conspiciantur, vt fit in ingentibus animi & spiritus perturbationibus, & angustis, & in hypothymiis, vbi deficiunt & deliquium patiuntur. Vide in Psalm. 60. 3. Sic infra vers. 20.

CVI COMPARABO TE?] Alij: 1. Quid testificabor tibi? id est, quid testibus probem, quemquam accepisse tantam cladem, quantum tu accepisti. 2. Quo obtestabor te? vel, quo te contester? Quidam totum versum exponunt: Quod testimonium afferrem tibi? quod exemplum darem tibi, ô filia Ierusalaimorum? quid aquarem tibi vt consolarer te, ô virgo filia Tzionis? nam magna est velut maris contritio tua, quis curaturus esset te? Transitio ad secundum membrum דיאפוס, id est, per dubitationem, quæ in animorum per-motionibus est vehementissima. Continet autem hæc commiseratio duplicem exaggerationem: primum quod nullum malum cum hoc comparari potest, hoc versu: deinde quod nunquam apparet spes boni tanquam media tempestate in alto versantibus, neque ab ipsis, sequente versu; neque ab exteris, vers. 15. & 16. neque à Deo, vers. 17.

PROPHETÆ TVI VIDERVNT TIBI FALSA ET STVLTÀ.] Alij: Propheta tui vident tibi vanum & insulsum &c. id est, qui modo prophetant tibi, nam hoc crimen suis temporibus Iirmeia plurimum exprobat, vt cap. 23. v. 9. & sequentibus, vbi habetur plenissima huius verlus interpretatio.

NEC APERIEBANT INIQUITATEM TVAM, VT TE AD POENITENTIAM PROVOCARENT.] Alij ex Heb. 1. neque traduxerunt, seu publica infamia exposuerunt, iniquitatem tuam, quo auerterent captiuitatem tuam. 2. neque retegunt iniquitatem tuam ad auertendam auersionem tuam. Nos aptè reddidimus: & non deuoluerunt super prauitatem suam. id est, non conuerterunt sermonem, non incubuerunt, non institerunt ad exagitandam peruersitatem tuam. שבות schebuth à שבה schabab, captiua-abductio, captiuitas: à שוב reuersio, auersio, conuersio, pœnitentia: quod Noster & alij sequuti sunt.

VIDERVNT AVTEM TIBI ASSVMPTIONES FALSAS, & CIECTIONES.] Alij: 1. Viderunt inquam, tibi prophetias vanas, & expulsiones. id est, ea, quæ te expellebant à me, nempe rationes,

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

rationes, quibus te expellerent à via recta. 2. Forsterus, & viderunt, seu predicauerunt tibi onera mendacij, seu vanitatis, & eiectionum, vel depulsionem, exilia. 3. Tremellius & Iunius: sed vident tibi onerosas prophetias vani & depulsionum, seu rerum vanarum & ad depulsionem spectantium. Alludit Iirmeja ad morem loquendi prophetarum, qui graues prophetias appellant, Onera: sic isti pseudo-prophetae, quum populo felicia annuntiarent, reuera erant falsae & onerosae prophetiae ad malum & captiuitatem spectantes.

VERS. 15. PLAVSERVNT SVPER TE MANIBVS OMNES TRANSEVNTES &c.] Alij: *Plaudunt super te manus suas omnes transeuntes via, seu viatores.* vt cap. 1. 12. Sic Iob. 27. 23.

SIBILAYERVNT.] Alij: *sibilant.* Hispanice, *te chiflan, siluan.* Sic 1. Reg. 9. 8.

ET MOVERVNT CAPVT SVVM SVPER FILIAM IERUSALEM.] Alij: *& mouent caput suum contra filiam Ierusalaimorum.* Sic 2. Reg. 19. 21.

HÆCCINE EST VRBS, DICENTES, PERFECTI DECORIS, GAVDIVM VNIVERSÆ TERRÆ?] Alij: 1. *dicentes, Hæccine est vrbs illa, de qua predicabam absolutam pulchritudinem, qua gaudium erat vniuersæ terræ?* 2. *Hæccine, inquit, ciuitas illa, quam dicebant perfectam pulchritudine, gaudium toti terræ?* vt Psal. 47. 2.

PERFECTI DECORIS.] Heb. adiectiuè & substantiuè exponi potest. *consummata, absoluta, perfecta pulchritudinis.* vel *consummatio, vniuersitas, totalitas, perfectio, pulchritudinis.*

VERS. 16. APERVERVNT SVPER TE OS SVVM.] Alij 1. *Diduxerunt super te os suum.* 2. *Dilatant contra te os suum.* vt Psalm. 21. 14. Sic infra cap. 3. 46.

ET FREMVERVNT DENTIBVS.] Alij: *& frendunt, seu strident dentibus.* vt Iob. 16. 9.

ET DIXERVNT, DEVORAVIMVS.] vt Psal. 34. 25.

EN ISTA EST DIES QVAM EXPECTABAMVS, INVENIMVS, VIDIMVS.] Alij: *equidem, profecto, vique hic dies ille est, quem expectabamus, presentem habemus, fruimur.*

VERS. 17. COMPLEVIT SERMONEM SVVM QVEM PRÆCEPERAT.] Alij: *perfecti sermonem suum.* proprie: *auarizauit dictum suum.* id est, auidè, cupidè, auidè, ambitiosè exequutus est sermonem suum. Vide similem loquutionem Isai. 10. 12.

VERS. 18. CLAMAVIT COR EORVM, &c.] Quidam: *Clamat cor istorum &c.* Consilium prophetae, vt diximus in vers. 11. cuius partes sunt duæ, vna qua propheta Iudæos docet, quibus argumentis, & qua ratione Deum oporteat accedere, dnobis versibus: deinde formulam orationis præscribit, tribus aliis. Argumenta autem sunt hæc, blasphemia aduerbiorum principio huius versus; & pœnitentia Iudæorum, cuius forma duobus his versibus ostenditur per prosopopœiam.

AD DOMINVM.] Alij: *contra Dominum.* id est, non contra te, ô Tzidon, sed contra Dominum sunt istorum blasphemiae; vt 2. Reg. 19. 22. Sed sunt ista nimium subtilia: similitudo *Maluenda, In libr. Threni.*

plicius alij; *Clamant cor istorum Iudæorum* verè & ex animo respiscentium ad Dominum.

NON DES REQUIEM TIBI.] Alij: *ne permittas tibi intermissionem, seu relaxationem, sedationem, lassitudinem.* Hispanice, *no te canfes.* Intermissionem oculi, vel lacrymarum intelligunt.

CONVRGE, LAUDA IN NOCTE.] Heb. VERS. 19. *Surge, canta, predica, vociferare, præconium ede, oia, gratulatorie-acclama in nocte.* id est, prædica laudes Dei, eiusque misericordiam implora.

IN PRINCIPIO VIGILIARVM.] Heb. *ad caput observationum, seu custodiarum.* id est, in principio cuiuscumque vigiliæ, seu per omnes vigilias noctis, quæ quatuor distinguebantur ab antiquis, id est, indefinenter, palam ex animo toto, omnibus signis & modis miseriam tuam expone Deo.

VIDE DOMINE, ET CONSIDERA QVEM VINDEMI AVERIS ITA.] Alij: *dicens, Respice Iehoua, & intueri.* Propositio: summa precationis, cuius ergasia habetur versibus duobus sequentibus, quibus opereris ita &c. Amplificatio est ad caprandam misericordiam à natura, ætate & ordine personarum: nam à natura alienissimum est vt matres comedant liberos; ætas, vt cum pueri adhuc palmares sunt misericordiam mouet: dignitas verò Ordinis, reuerentiam habet, cuius causa sacerdotibus amplius parcitur, Numer. 16. & 26. 2. *Vide, Domine, & lustra oculis, seu circumspice nuntium alicui ita incommodaueris.* vt sup. c. 1. 12. & 12.

PARVULOS AD MENSVRAM PALMÆ.] Alij: 1. *parvulos educationum.* seu qui educantur. *infantes palmares.* id est, cuius palmi, vel palmæ manus magnitudine. 3. *infantes palmatos.* vel qui palmantur. hoc est quorum membra ex utero distorta matres palma explanant: sicut non multum dissimili ratione infantes seu paruuli collectiue *תפ* dicuntur, à plaudendo seu palpando. 4. *parvulos palmationum,* seu educationum, id est, qui palmis seu manibus adhuc gestantur & educantur. 5. *infantes expansionum palmarium,* id est, palmi magnitudine, vel quorum membra expandebantur. 6. *infantes dispositionum,* seu distentionum, aut conformationum. id est, quorum membra palmis seu manibus disponuntur & conformantur, qui adhuc faucis inuoluuntur, vel quos nutrices palmis contrectare soleant, at mensurare. Vide infra v. 22.

LACVERVNT IN TERRA FORIS &c.] VERS. 21. *Quidam hunc versum ex Heb. efferunt: Iacent humi in vicis puer vt senex & virgines meae & iuuenes mei cadunt gladio: interficis die iræ tua, mactas non utens clementia.*

VOCASTI QVASI AD DIEM SOLLEMNEM QVI TERRERENT ME DE CIRCVITV.] VERS. 22. *Alij: 1. Vocasti tanquam ad diem festum, seu ad festiuitatem vicinos meos, qui circum me sunt, qui semper mihi hostes infensissimi fuerunt.* 2. *Conuocasti quasi ad diem conuentus formidines meas, seu pauores, terrores meos circumquaque.* id est formidabiles & terrificos hostes. Nos vocem Hebraicam *מגורוי מסכוי* *meghuraimissabib* id est, *pauores-meos-de circuitu retinuum.* quia gaudet Iirmeia ea vt in appellatione

Y Y y 2 lationi



lacionibus, vt cap. 20. 3. & 49. 29.

QVOS EDVCAVI.] Forsterus exponit: quos enim palmaui. id est, infantes, quos palma planauit, sicut matres solent, quæ infantes recens natos palma explanant, vt ipsorum membra in planum & longum distendantur & crescant, ne fiant distorta. Buxtorfius: quos palmis explanauit, distendi, vel gestauit aut


duxit. hoc est, à teneris formaui & educaui. Plerique alij: quos palmaui id est, expandi, distendi, disposui, conformaui, palmis seu manibus contrectaui instar nutricis, aut palmis mensus sum. Chaldaeus reddit: quos fasciis, aut sindone inuolui. vide de hoc verbo Isai. 48. 12.

CAPVT III.

Vulg.

Malu.

ALEPH.

1  Go vir videns pauper-
tatem meam in virga
indignationis eius.

ALEPH.

2 Meminauit, &
adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3 Tantum in me verit, & conuertit
manum suam tota die.

BETH.

4 Verustam fecit pellem meam, & car-
nem meam, contriuit ossa mea.

BETH.

5 Ædificauit in gyro meo, & circumde-
dit me felle, & labore.

BETH.

6 In tenebrositate collocauit me, quasi mor-
tuos sempiternos.

GHIMEL.

7 Circumædificauit aduersum me, vt
non egrediar: aggrauauit compedem
meum.

GHIMEL.

8 Sed & cum clamauero, & rogauero,
exclusit orationem meam.

GHIMEL.

9 Conclusit vias meas lapidibus qua-
dris, semitas meas subuertit.

DALETH.

10 Versus insidians factus est mihi: leo in
absconditis.

DALETH.

11 Semitas meas subuertit, & confregit
me: posuit me desolatam.

DALETH.


12 Tetendit arcum suum, & posuit me
quasi signum ad sagittam.

HE.

13 Misit in renibus meis filias phare-
træ suæ.

HE.

14 Factus sum in derisum omni populo
meo, canticum eorum tota die.

1  Go præualidus vi-
dit afflictionem in baculo excandes-
centiæ eius.

2 Me abduxit &
ambulare-fecit tenebrositatem, & non
lucem.

3 Veruntamen in me reuertetur,
vertet manum suam omni die.

4 Veterascere-fecit carnem meam
& pellem meam; confregit ossa mea.

5 Ædificauit super me, & circunde-
dit capite, & defatigatione.

6 In tenebrositatibus habitare-fecit
me sicut mortuos æterni.

7 Sepiuit in vsque ad me. & non exi-
bo, aggrauare-fecit æs meum.

8 Etiam quia clamabo, & vocifera-
tus-fui & occlusit interpellationem
meam.

9 Sepiuit vias meas in vulsione; se-
mitas meas deprauauit.

10 Versus insidians ipse mihi, leo in
absconsionibus.

11 Vias meas discedere-faciens, &
dissecuit - in frustra me, posuit me
afflatum.

12 Viauit arcum suum, & stare-fe-
cit me sicut obseruationem sagittæ.

13 Venire-fecit in renibus meis filios
pharetræ suæ.

14 Fui risus omni populo meo; pul-
satio-musica eorum omni die.

15 Satu

a vir ille qui
b virga

c manere,
confidere
d sæculi
e lim, in se-
piternis

f chalybera

g quum
h obstruxit,
obturauit

i curuauit,
distorsit, per-
uertit

j stupende-
desolatam
k intendit,
calcauit
l custodiam,
scopum. vt
Iob. 16. 12.
m artius ad
figitram

n modulatio

H E.

15 Repleuit me amaritudinibus, inebria-
uit me absinthio.

V A V.

16 Et fregit ad numerum dentes meos,
cibavit me cinere.

V A V.

17 Et repulsa est à pace anima mea,
oblitus sum bonorum.

V A V.

18 Et dixi: Periit finis meus, & spes mea
à Domino.

Z A I N.

19 Recordare paupertatis, & transgres-
sionis mea, absinthij, & fellis.

Z A I N.

20 Memoria memor ero, & tabescet in
me anima mea.

Z A I N.

21 Hac recolens in corde meo, ideo spe-
rabo.

H E T H.

22 Misericordia Domini quia non su-
mus consumpti: quia non defecerunt mise-
rationes eius.

H E T H.

23 Noui diluculo, multa est fides tua.

H E T H.

24 Pars mea Dominus, dixit anima
mea: propterea expectabo eum.

T E T H.

25 Bonus est Dominus sperantibus in
eum, anima querenti illum.

T H E T H.

26 Bonum est praestolari cum silentio
salutare Dei.

T H E T H.

27 Bonum est viro, cum portauerit iu-
gum ab adolescentia sua.

I O D.

28 Sedebit solitarius, & rancebit: quia
leuauit se super se.

I O D.

29 Ponet in puluere os suum, si fortè sit
spes.

I O D.

30 Dabit percutienti se maxillam, sa-
turabitur opprobriis.

C A P H.

31 Quia non repellet in sempiternum
Dominus.

C A P H.

32 Quia si abiicit, & miserebitur se-
cundum multitudinem misericordiarum
suarum.

C A P H.

33 Non enim humiliavit ex corde suo:
& abiicit filios hominum.

15 Saturare fecit me in amaritudini-
bus, ° irrigauit me absinthio.

16 Et excussit in lapillo dentes meos,
depressit me in puluere.

17 Et remouisti de pace animam
meam, oblitus fui bonum.

18 Et dixi, Ablata fuit victoria mea,
& expectatio mea de IHVH.

19 Recordare afflictionem meam, &
defectionem meam, ab sinthium, &
caput.

20 Recordati recordabitur, & pro-
cubuit super me anima mea.

21 Istud reuertere faciam ad cor
meum, super sic p anxie-expectabo.

22 Benignitates IHVH, quia non q
consummati fuimus, quia non t con-
summatæ fuerunt inuiscerationes eius.

23 Nouæ, t matutinis, multa fides
tua.

24 Pars mea IHVH, dixit anima mea,
super sic anxie-expectabo ei.

25 Bonus IHVH expectantibus eius,
u animæ x quæret eum.

26 Bonus & anxie-expectabit, & file-
bit saluti IHVH.

27 Bonum y pæualido, quia leuabit
iugum in z excussuris suis.

28 Sedebit solitarius, & siluit; quia a
oneravit super eum.

29 Dabit in puluere os suum, si fortè
b existentia expectationis.

30 Dabit percutienti se maxillam,
saturabitur probro.

31 Quia non remouebit c æterno
ADONAI.

32 Quia si mœrere fecit, & inuisce-
rabit secundum multitudinem beni-
gnitatum suarum.

33 Quia non afflixit de corde suo, &
mœrere fecit filios viri.

o hume-
uit, madefe-
cit, inebria-
uit

p enixe: Sic
u. 24. & 26.

q consumpti
r fuitæ

s viscera mi-
sericordie

t datiuus. ad
singula
maac

u datiuus.
x quæque
fuerit

y viro
z pueritia,
adolescens

a tulit
imposuit

b est spes

c datiuus. in
sæculum

L A M E D.

34 *Vt contereret sub pedibus suis omnes vincetos terra.*

L A M E D.

35 *Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi.*

L A M E D.

36 *Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit.*

M E M.

37 *Quis est iste, qui dixit ut fieret, Domino non iubente?*

M E M.

38 *Ex ore Altissimi non egredientur nec mala, nec bona?*

M E M.

39 *Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?*

N V N.

40 *Scrutemur vias nostras, & quaramus, & reuertamur ad Dominum.*

N V N.

41 *Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos.*

N V N.

42 *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es,*

S A M E C H.

43 *Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.*

S A M E C H.

44 *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.*

S A M E C H.

45 *Eradicationem, & abiectiorem posuisti me in medio populorum.*

P H E.

46 *Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri.*

P H E.

47 *Formido & laqueus facta est nobis uaticinatio, & contritio.*

P H E.

48 *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filia populi mei.*

A I N.

49 *Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies.*

A I N.

50 *Donec respiceret & videret Dominus de celis.*

A I N.

51 *Oculus meus depraedatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis mea.*

S A D E.

52 *Venatione ceperunt me quasi anem inuicem mei gratis.*

34 *Ad oppressionem d contere sub d contudere pedibus suis omnes ligatos terræ.*

35 *Ad extendere-facere iudicium e viri præualidi, præsentia facierum f Ghelionis.*

36 *Ad deprauare hominem in lite sua ADONAI non præcepit?*

37 *Quis iste dixit, & fuit, ADONAI non præcepit?*

38 *De ore GHELIONIS non exhibit & mala, & bonum?*

g vaum-
quodque
malum,

39 *Quid concupiscere-sefe-faciet homo viuens, præualidus super erratum suum?*

40 *h Perscrutabimur vias nostras, i & peruestigauimus, & reuersi-fuimus vsque ad IHVH*

41 *Leuabimus cor nostrum ad k volas ad l EL in cælis.*

42 *Nos transgressi-fuimus, & mutauimus; tu non condonauisti.*

43 *Cooperuisti in naso, & persecutus-fuisti nos; interfecisti, non commiseratione-motus-fuisti.*

44 *Cooperuisti in nube tibi de transire interpellationem.*

45 *Peripsēma & pericharma posuisti nos in intimo populorum.*

46 *Aperuerunt super nos os suum omnes maleuolentes nostri.*

47 *m Pauor & n fouea fuit nobis, o obruitio, & contractio,*

m Terror
n hiatus
o ruina

48 *p Dispartitiones aquarum descendet oculus meus super contractionem filia populi mei.*

p Diuergia,
pelagos

49 *Oculus meus tractus-fuit & non filebit, de non intermissionibus.*

50 *Vsq̄ ad prospiciet, & vidit IHVH de cælis.*

51 *Oculus meus dehonestauit animæ meæ de omnibus filiabus vrbis meæ.*

52 *Venari venati-fuerunt me sicut passerem maleuolentes mei gratis.*

S A D E.

53 *Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.*

S A D E.

54 *Inundauerunt aqua super caput meum: dixi: Perij.*

C O P H.

55 *Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo.*

C O P H.

56 *Vocem meam audisti: ne auertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus.*

C O P H.

57 *Appropinquasti in die, quando inuocaui te: dixisti: Ne timeas.*

R E S.

58 *Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.*

R E S.

59 *Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum.*

R E S.

60 *Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.*

S I N.

61 *Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.*

S I N.

62 *Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.*

S I N.

63 *Seditionem eorum, & resurrectionem eorum vide; ego sum psalmus eorum.*

T H A V.

64 *Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum.*

T H A V.

65 *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.*

T H A V.

66 *Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub cælis Domine.*

53 ⁹ *Constrinxerunt in cisterna vitas meas, & iacient lapidem in me.*

9 Coarctauerunt i vel icceris

54 *Fluctuauerunt aquæ super caput meum, dixi: Decisus fui.*

55 *Vocaui nomen tuum I H V H de cisterna¹ subterioritatum.*

1 inferioritatum. ut Psalm. 87.7.

56 *Vocem meam audiuisti, non abscondes aurem tuam respirationi meæ, vociferationi meæ.*

57 *Appropinquasti in die vocaui te: dixisti, Non timebis.*

58 ¹ *Litigauisti A DONAI lites animæ meæ, redemisti vitas meas.*

1 Contendisti contentiones

59 *Vidisti I H V H^u prauitatem meam: iudica iudicium meum.*

u curuitatem, distortiorem peruersitatem

60 *Vidisti omnem vindictam eorum, omnes excogitationes eorum mihi.*

61 *Audiuisti probum eorum I H V H, omnes excogitationes eorum super me.*

62 *Labia surgentium meorum, & meditationem eorum super me omni die.*


63 *Sedere eorum & surgere eorum respice; ego pulsario-musica eorum.*

64 *Reuertere-facies eis retributionem, I H V H, secundum facturam manuum eorum.*

65 *Dabis eis circummunitamentum cordis, adiurationem tuam eis.*

66 *Persequeris in naso^x & aboleuisti eos de sub cælis^y I H V H.*

x vt aboleas, dissipes, extirpes y Genitiuus



COMMENTARIA.

VERS. I.



GO VIR VIDENS PAVPERTATEM MEAM.] Alij: Ego vir ille sum, qui experitur afflictionem. Huius Capitis in vniuersum partes præcipuæ sunt tres: ex postulatio de perpeffionibus grauißimis, quæ Iudæis obuenerunt, versibus octodecim, deinde narratio spiritualium certaminum & felicitis victoriæ quam reportat pius animus ex certaminibus per

fidem, inde ad versum 42. vsque: postremò oratio piorum ex certaminibus suis fide emergentium, ad finem vsque Capitis. Est autem ex postulatio figurata, scaten allegorici: in qua totus populus Iudæorum specie vnius hominis narrat perpeffiones suas.

IN VIRGA INDIGNATIONIS-ELVS.] Alij: 1. virga furoris illius, videlicet Dei, vt docent sequentia. 2. per baculum excandescens, seu excessus ira eius.

ME MINAVIT ET ADDUXIT IN TE- VERS. 2. NEBRAS.]

NEBRAS.] Alij : 1. *Me egit ac adduxit sed in tenebras.* 2. *Me ducit & agit in tenebris.* nempe densissimarum afflictionum, ac omni prosperitate arentium.

VERS. 3. TANTVM IN ME VERTIT, ET CONVERTIT MANVM SVAM TOTA DIE.] Alij: *Tantum, profecto, mihi aduersans, obuertit manum suam toto die.* id est, hinc inde continenter verberat.

VERS. 4. VETVSTAM FECIT.] Hebr. *veterascere-fecit.* & per metalepsin, *computrescere-fecit, tabefecit, corruptit, trinit.*

VERS. 5. AEDIFICAVIT IN GYRO MEO, &c.] Alij hunc versum reddunt, 1. *Aedificauit contra me, circumuallauit me felle & lassitudine.* 2. *Extruxit contra me, & cingit cicuta & molestia.* id est, obsidet me circumquaque & circumuenit molestiis amarissimis, tanquam militibus oppugnantibus me.

ET CIRCUMDEDIT ME FELLE ET LABORE.] Quidam Hebraeorum vertunt: & *circumdedit caput meum, & suspendit ipsum.* quod à verbis Hebraicis non abludit. Passim tamen reddunt: & *circumdedit capite,* seu *toxico, veneno primario, capitali.* vide in Ierem. 8. 14. & *defatigatione molestia, lassitudine.* quod est aptius.

VERS. 6. IN TENEBROSIS COLLOCAVIT ME, &c.] Hunc versum Hebr. totidem verbis conceptum habes Psalm. 142. 3.

VERS. 7. AGGRAVAVIT COMPEDEM MEVM.] Hebr. *aggrauauit es* seu *chalybem meum.* id est, vincula mea ex ære, aut chalybe scilicet facta. Alij: 1. *aggrauat, Chalybeam numellam meam:* vide Iudic. 16. 21. 2. & *pediculas meas degrauauit.*

VERS. 9. LAPIDIBVS QVADRIS.] Hebr. *caisione, caesura, vulsione.* id est, lapide secto, caeso, dolato, polito: vide in Exod. 20. 25. id est, infractis, & inextuperabilibus impedimentis.

VERS. 11. SEMITAS MEAS SVBVERIT.] Hebr. *vias meas discedere-faciens.* vel *peruertens.* Alij: *vias meas vagas efficit.* vel *vagas reddidit vias meas.* id est, instabiles, errantes.

ET CONFREGIT ME.] Alij: 1. *scidit me.* 2. & *frustratus est me.* 3. & *discerpit me.* vt ouem vagam versus aut leo, cuius meminit superiore versu. Verbum propriè significat, *concidit, discidit, dilaniat, dimembrauit, in frustra-difsecuit:* vt I. Samuel 15. 33.

VERS. 13. FILIAS PHARETRÆ SVÆ.] Hebr. *filios pharetra sua.* id est, prodeuntes à pharetra, quos pharetra veluti parit & emittit. hoc est tela, sagittas.

VERS. 14. CANTICVM EORVM TOTA DIE.] Alij: *carmen, seu modulatio istorum toto die.* id est, hostium.

VERS. 15. REPLEVIT ME AMARITVDINIBVS.] Alij: *Satiat me summa amaritudine.* nam numerus pluralis auget significatum.

VERS. 16. ET FREGIT AD NUMERVM DENTES MEOS.] Alij: 1. *Et labefactauit silice dentes meos.* 2. *Contudit lapillo dentes meos.* 3. *Et comminuit in scrupis dentes meos, deprimit me in cinere.* id est, tanta vi deturbat me ac prosternit in terram, vt elisi dentes comminuantur scrupis, & os repleatur cinere. Hebr. ex verbo: *Et excussit in lapillo, scrupo, calculo,*

vt Prouerb. 20. 17. *dentes meos.* Noster dixit, *ad numerum,* quia olim lapillis seu calculis numerabant.

CIBAVIT ME CINERE.] Verbum *צב* *caphasch* quod hinc in Hiphil ponitur, alibi in Scriptura non extat, varie itaque reddunt, *operuit, inuoluit, sœdauit, versauit, cumulauit me cinere.* vel *depressit, deiecit, subegit, demersit, fecit me labi in cinerem.* id est, depressit me volutatum in cinere. aut *inquinauit, poluit me cinere.*

ET REPVLSA EST A PACE ANIMA MEA.] Alij: *Adeo reiecis à pace animam meam.* Apostrophe ad Deum exaggerans præcedentem expostulationem, & transitum comparans ad secundam partem capitis. Futurum *תונח* *thiznach* potest esse secunda persona masculina: *Et remouisti à pace,* id est, prosperitate, felicitate, *animam meam.* vel, tertia feminea, *Et remouit se à pace anima mea.* Sed illud est aptius.

ET DIXIT, PERIIT FINIS MEVS, &c.] Alij: *Et dixi, Periit robur meum, & spes mea à Iehoua.* id est, Prope in desperationis abyssum corruui. Forsterus exponit: *Et dixi, Alata est excellentia mea.* id est, diuitiæ, potentia, gloria, & pulcherrimus status cum Ecclesiæ, tum politia. Possis reddere. *Ablata est victoria mea, triumphus meus.* quo quondam tot victoriis partis, tot spoliis, & opibus comparatis triumphabam.

RECORDARE PAVPERTATIS, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Recordando afflictionis mea, & ploratus seu planctus mei, absinthij & cicuta.* de quibus supra vers. 5. & 15. Secunda pars capitis primùm narrat certamen piorum, tribus versibus, deinde victoriam, vsque ad vers. 40. ac postremò hortationem, v. 40. & 41. *זכור* *zechor,* potest esse infinitum, *recordari,* seu *recordando,* & imperatiuus, *recordare.* *מרודי* *merudi,* à *מרד* *marad,* *defectionis, rebellionis, discessionis, apostasia mea:* à *רוד* *rud* verò, *planctus, ploratus mei.*

MEMORIA MEMOR ERO, &c.] Alij: *Plane inquam recordando meditatur apud me anima mea.*

TABESCET.] *תשיח* *thasiach* scribitur in textu: quidam cum *scin* sinistro legunt à *שיח* *siach,* *meditabitur, confabulabitur, colloquetur, conferet.* Plerique cum *scin* dextro, quod in margine legitur, *תשיח* *taschoach,* à *ששח* *schachach,* *incuruabitur, humiliabitur, procumbet, consternabitur, prostrabitur in me anima mea.* vide Thesaurum Sanctis, colum. 2925. & 2926. id est, affligetur.

HÆC RECOLENS IN CORDE MEO, IDEO SPERABO.] Alij: *Hoc reuoco in animum meum, ac propterea spero.* Nescio an ad institutum magis congruat: *idcirco dolere-faciam, seu egrotare-faciam.* subaudi, *cor meum.* vt Ierem. 4. 19.

MISERICORDIÆ DOMINI, &c.] Hunc versum alij exponunt, 1. *Quod misericordia Iehoua non deficiunt, & quod miserationes eius non cessant.* Iungunt superiori vexlui, *ideo ad spem redeo, Quod misericordia, &c.* 2. *Benignitatum Iehoua est, vel summa benignitatis Iehoua,*

bona, est, quod non sumus absumpti, quod non finimur misericordie eius. id est, perstant erga nos. Nobilissima hæc victoriæ prædicatio exponitur per ethopæiam, cuius argumenta omnino sunt quatuor: primum est, conscientia benignitatis Dei ab experientia ipsa in mediis malis, his tribus versibus: secundum est, exemplorum gratiæ Dei erga omnes humiles fide perferentes mala, vsque ad vers. 31. tertium est, naturæ Dei & voluntatis gratiosæ erga suos, vers. 31. & duobus sequentibus; & alienæ ab iniustitia aduersariorum tyrannia, inde ad vers. 37. quartum est, omnipotentia Dei, quæ alterum est fulcrum fidei nostræ, sine qua nihil fit, & per quam quidquid nobis fit mali, iuste fit propter peccata nostra, vsque ad vers. 40. Conscientia porro benignitatis Dei ex re præsentate confirmatur, hoc modo: tanta est peccatorum nostrorum grauitas, tanta pœnarum acerbitas, vt si summo iure ageretur, iam millies actum esset de nobis infirmissimis homuncionibus: atqui seruamur à peccatis, & in mediis pœnis nostris: hoc ergo non virtutis nostræ est, sed infinitæ benignitatis Dei, quod adhuc viuimus, vt Iesai. 1. 9.

VERS. 23. NOVI DIE VCULO.] Alij: 1. *Quod noua sint quotidie.* scilicet, misericordie & bonitates. 2. *Noua sunt singulis matutinis.* videlicet benignitates Iehouæ.

MULTA EST FIDES TVA.] Alij: *amplissima, seu ingens fides tua.* id est, promissorum tuorum ex fœdere constantia, certitudo, veritas, firmitas. Verissimus es ac certissimus in præstandis promissis.

VERS. 25. BONVS EST DOMINVS SPERANTIBVS IN EVM, &c.] Alij: *Bonus est Iehoua expectantibus ipsum, anime requirenti ipsum.* Secundum argumentum, vt diximus in v. 22.

VERS. 26. BONVM EST PRÆSTOLARI CVM SILENTIO SALVTARE DEI.] Alij: 1. *Bonus vii & expectans & silens erit per salutem Iehouæ.* 2. *Bene est & speranti & acquiescenti in salute Iehouæ.*

VERS. 27. BONVM EST VIRO, &c.] Alij: *Bene est viro huic, quum tulerit iugum in pueritia sua.* id est, iugum videlicet crucis à Deo impositæ, vt dicitur sequente versu.

VERS. 28. SEDEBIT SOLITARIVS ET TACEBIT, QVIA LEVAVIT SVPER SE.] Alij: 1. *Solus sedet & tacet, quia proiecit super ipsum.* scilicet, Dominus iugum. q. d. non desperat, sed patienter fert iugum tibi à Deo impositum, paratus semper ad maiora ferenda. 2. *Qui sedens solitarius acquiescit, quod imposuerit ipsi Deus.* 3. *Sedebit solus & domabitur à se ipso, qui tulit super se iugum Domini.* Possis reddere: quia protelauit super ipsum. id est, quia longè à se eum proiecit Deus. vel quia longè super ipsum proiecit iugum Deus. hoc est, quia grauissimo & amplissimo iugo presit eum Iehoua.

VERS. 29. PONET IN PVLVRE OS SVVM, SI FORTE SIT SPES.] Alij: 1. *Ponet os suum in puluerem an forte sese offerat spes.* id est, demissè & modestè de se sentit ac loquitur, si fortè hac eius patientia delectatus Deus auferat illi iugum. 2. *Qui indit pulveri os suum, Maluenda, In libr. Threni.*

id est, habens reuerentiam Deo, & prostratus in terra conticescit, vt loquitur Apostolus 1. Corinth. 14. 25. *dicens, Fortè est expectatio.* sic excludi solet in Scripturis diffidentia, vt Iosue 14. 12.

DABIT PERCVTIENTI SE MAXILAM, &c.] Alij: *Præbet, exhibet, percipienti se genam, satiatur opprobrio.*

QVIA NON REPELLERET IN SEMPITERNVM DOMINVS.] Alij: *Nam non reiecit, seu deserit, in sæculum Dominus.* Tertium argumentum ethopæia, vt diximus in v. 22.

QVIA SI ABIECIT, ET MISEREBITVR, &c.] Alij: 1. *Quin si affligit, pro abundantia bonitatis sue miseretur.* 2. *Nam quum affecit mœstitia, etiam miseretur præ amplitudine benignitatum suarum.*

NON ENIM HVMLIAVIT, &c.] Alij: 1. *Quia non affligit, neque dolore afficit filios hominum de corde suo.* 2. *Non enim affligit ex animo suo, mœstitiaque afficit filios viri.* q. d. contra animum suum, & quodammodo inuitus facit Pater miserationum, vt affligat suos.

VT CONTERAT SVB PEDIBVS SVIS OMNES VINCTOS TERRÆ.] Alij: *Conterere sub pedibus suis omnes vinctos terræ.* Exponunt, non ex animo conterit vinctos & obnoxios peccato. Nonnulli iungunt hos tres versus, cum verbis illis vers. 36. *Dominus non probat.* q. d. facta iniusta, & tyrannicas oppressiones Dominus non probat.

VT DECLINARET IVDICIVM VIRI IN CONSPECTV VULTVS ALTISSIMI.] Alij: 1. *Vt peruertat iudicium viri coram facie Altissimi.* id est, sua vt loquatur de Deo. 2. *Deflectere, vel detorquere ius viri coram facie superioris.* subaudi, non probat Dominus. è versu sequente. *וַיִּלְךָ גְּהֶלְסוֹן*, potest hic esse vel proprium attributum Dei, vel commune cuius superiori.

VT PERVERTERET HOMINEM IN IVDICIO SVO, DOMINVS IGNORAVIT.] q. d. nescit Dominus interuertere per fraudem aut calumniam causam vllius: non sunt hæc eius artes. Alij: 1. *Per calumniam opprimere hominem in causa sua Dominus non nouit, vel non vidit.* hoc est, ne cogitauit quidem. 2. *Peruertere hominem in causa sua Dominus non videt, seu non probat.* vt Deuter. 12. 13.

QVIS ISTE QVI DIXIT VT FIERET, DOMINO NON IVBENTE?] Alij: 1. *Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod Dominus non præcipiat?* 2. *Et quo dicente existit aliquid, si Dominus non præceperit.* Quartum ethopæjæ argumentum, vt in vers. 22. obseruauimus.

EX ORE ALTISSIMI NON EGREDIENTVR NEC MALA NEC BONA] Alij: *Ex ore Excelsi an non prodit malum quodque & bonum?* q. d. aduersa æque & prospera fiunt iubente Deo.

QVID MYRMVRAVIT HOMO VIVENS, VIR PRO PECCATIS SVIS?] variè alij ex Hebr. 1. Kimchius: *Quid vanitati & prauitati additum se facit homo viuens, vir propter peccatum suum.* Aptæ sane interpretatio. 2. Sanctes in Thesauris: *Quid mentietur, vel iugebit homo viuens, &c.* Quidam exponunt, *ZZzz* *Quid*

Quid mentitur, id est, inique secum cogitat, tollens Dei prouidentiam, homo uiuens, vir super peccato suo. quasi eius peccato nulla sit à Deo pœna futura. 3. Sanctes, Vatablus: *Cur dolet homo quandiu uiuit, vir super peccato suo?* q. d. infani sunt, qui peccando, sibi crucem adsciscunt; quin potius inuestigent uiam suam & reuertantur ad Dominum, ut sequente versu dicitur. 4. Leo Iudæ: *Cur igitur afflicta se homo uiuens, quum fortiter insistit peccato suo.* Mirabilis profecto sententia! quam ingens saxum uoluant in ardua mortales instar Sisyphi obnixè peccatis insistendo. 5. Forsterus: *Quid concupiscet homo unusquisque super errato suo?* ut sit illud Pauli: *Quem fructum habuistis tunc in illis, de quibus nunc erubescitis?* Romanor. 6. 21. Equidem nihil est in peccato quod dignum sit concupisci. 6. Marinus: *Quid peruersum, se reddet homo uiuens, vir super peccato suo?* 7. Auenarius: *Quid indolescit homo uiuens, unusquisque contra peccatum suum.* 8. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *Cur quiritaretur homo uiuens, vir propter pœnas peccatorum suorum?* Peccatum pro pœna peccati passim in sacris litteris: quasi dicat, nihil est quod conqueratur homo de pœnis sibi ob peccatum inflictis, nam iustissime eas in se, peccando accepit. Verbum in *Hithpabel* quod hîc ponitur *הִתְפַּאֵל* hithonen varie exponunt, nam alij ab *אָנָה* anah; alij ab *אָנָה* anah, seu *אָנָה* auen deducunt; vide Numer. II. v. 1.

VERS. 40. SCRUTEMUR VIAS NOSTRAS, ET QUÆRAMVS, &c.] Alij: 1. *Peruestigemus potius uias nostras*, id est, quomodo uixerimus, easque scrutemur, & reuertamur ad Dominum. 2. *Perscrutemur uias nostras, & peruestigemus*, atque reuertamur usque ad Iehouam. Hortatio, ut diximus in ver. 22. ad tertiam Capitis partem metabatica, siue transitoria.

VERS. 41. LEUEMVS CORDA, &c.] Alij: *Attollamus animum nostrum cum manibus ad Deum fortem in celis*, dicentes.

VERS. 42. NOS INIQUE EGIMVS, &c.] Quidam reddunt, 1. *Nos prauaricati fuimus, & desciuimus, & tu non fuisti propitius*, 2. *Nos defecimus & rebellauimus, tu non condonas.* Tertia hæc pars Capitis, Oratio Ecclesiæ continet primum confessionem peccati, hoc versu; cum amplissima expostulatione malorum expectatis aduenientium, usque ad v. 55. deinde verò postulata salutis ad populum Dei peruenturæ, & iudiciorum in aduersarios, ad finem usque Capitis, *tu non condonas.* id est, ac proinde nos flagellas defectio- num nostrarum ac rebellionum nomine.

VERS. 43. OPERVISTI IN FVRORE, &c.] Alij: 1. *Vmbra- culum obtendisti in ira.* q. d. Posuisti tentoriū furoris tui ne uideremus iram tuam uenientem, quasi tentorio absconditam. Vel posuisti iram tuam tanquam interstitium inter nos & te, ut non licuerit in nostris flagellis ad te confugere: & persequutus es nos, trucidasti, & non pepercisti. 2. *Obtegis ira & persequeris nos, interficis, non uteris clementia.* id est, Obru- is nos ira, & opprimis.

VERS. 43. OPPOSVISTI NUBEM TIBI, NE TRANSEAT. ORATIO.] Alij: *Obtegis nube te. ne*

pertransseat oratio. q. d. nube quasi scuto te obtegis ne ad te nostra oratio penetret,

ERADICATIONEM.] *יָדַעְתִּי* sechi, exponunt, **VERS. 44.** *abrasionem, sordes-abrasas, purgamentum, lustramentum, exuerras*, ut Latini antiqui dicebant: *peripsema* disertissime vertit Paulus 1. Corinth. 14. 13. Vide Com. in eum locum. Quidam hîc *nuseam* reddunt.

ET ABIECTIONEM.] *מַאֲסָא* maos, nomen Infinitum, propriè fastiditionem, abominationem, fastidium, reprobationem, spresionem, rejectionem, rejectamentum. Nec dubitet. eruditus Paulum eodem loco pluraliter reddisse *pericatharmata*, id est, purgamenta seu lustramenta: nam ad hunc locum respexisse, hincque uerba sua, inuerso ordine, desumpsisse Apostolum luce meridiana fulgentius est. Ergo uersum hunc ex Heb. exponunt. 1. *abrasionem & abiectionem posuisti nos in medio populorum.* id est, rejectos & contemptos reddidisti nos inter populos. 2. *purgamentum & rejectamentum status nos in medio istorum populorum.*

APERVERVNT SVPER NOS OS SVVM.] **VERS. 46.** Alij: *Dilant, seu diducunt contra nos os suum.* Vide supra Cap. 2. 16.

FORMIDO ET LAQUEVS, &c.] Alij: *Pauor & fovea euenit nobis, vastatio & conquassatio.* id est, more paudentium fugientes incidimus in foueam, vastationem, conquassationem. 2. *Pauor & fovea adest nobis, vastatio & fractura, seu comitio.*

DIVISIONES AQUARVM DEDVXIT OCVLVS MEVS.] Heb. *Diuergia*, vel pelagos aquarum descendet. vel descendere faciet. Vide de hac loquutione supra Cap. 1. 16. Alij: *Riuus*, vel *riuulis aquarum descendit*, seu *desluit*, aut *perfluit oculus meus*, propter fracturam filie populi mei. 2. *Riuos aquarum dimanat oculus meus propter afflictionem filie, &c.* 3. *Riuus aquarum descendunt ex oculo meo, &c.* 4. *In riuos aquarum descendit*, id est, soluitur oculus meus, &c.

OCVLVS MEVS AFFLICTVS EST, &c.] **VERS. 49.** Alij: *Oculus meus desluit, nec quiescit*, seu, *desistit ex eo quod nulla sunt intermissiones.* 2. *Oculus meus extractus est, & non cessauit*, seu, *non quiescit, neque intermissiones.* sunt ei. q. d. extrahitur, euellitur mihi oculus præ fletu sine vlla intermissione: ut supra Cap. 2. 18.

DONEC RESPICERET, ET VIDERET DOMINVS DE CÆLIS.] Alij: *Donec prospiciat, & videat Iehoua è celis*, id est, opere demonstret se prospicere: humanitus dictum. De verbo *שָׁכַף* schakaph, *prospexit*, Vide Deuter. 26. 15.

OCVLVS MEVS DEPRÆDATVS, &c.] **VERS. 51.** Alij: *Oculus meus dolore-affecit animum meum propter cunctas filias urbis mee.* 2. *Oculus meus causa-fuit anima mea ab omnibus filiabus urbis mee: Oculus meus vindemiât animam meam, vel dolorem-facit anima mea supra omnes filias ciuitatis mee.* q. d. plus fleui, quam omnes filie populi mei. 4. *Oculus meus afficit*, seu *conficit animam meam propter omnes filias ciuitatis mee:* 5. *Oculus meus deracinauit, debonestauit, incommodauit anima mea de omnibus filiabus urbis mee.* Vide de hoc verbo supra cap.

Cap. I. v. 23. & 2. v. 20. *filiis civitatis suæ vocat, aut minora oppida regni sub metropoli, aut mulieres ciues Ierololymitanas, quæ majori commiseratione dignæ esse solent.*

VERS. 52. VENATIONE CEPERVNT ME, &c.] Alij: *Omnino venantur me tanquam auculam, inimici mei, gratis, seu immerito, sine causa.*

VERS. 53. LAPSA EST IN LACVM VITA MEA, &c.] Alij: *Oppresserunt in puteo vitam meam, & iecerunt lapidem in me. 2. Excidentes deiciunt infoveam vitam meam, & projiciunt lapides in me.*

VERS. 54. INVUNDAVERVNT AQVÆ, &c.] Alij: 1. *Frustraverunt, operuerunt, aquæ super caput meum, dixi, Decisus sum. 2. Fuderunt aquas super caput meum, dixi, Abscessus sum. id est, actum est de me. 3. Exundantibus aquis supra caput meum, dico, Succisus sum. vt Psalm. 123. 4. & 5.*

VERS. 55. INVOCAVI NOMEN TVVM DOMINE DE LOCIS NOVISSIMIS.] Alij: 1. *Inuocabam nomen tuum, Iehoua, de altissimo puteo, seu è lacu interiorum. hoc est profundissimo. 2. Inuocaui nomen tuum, Iehoua, è cisterna inferorum locorum, seu è fovea infima. Vt Psalm. 87. 7. Secundum orationis membrum, vt diximus in vers. 32. comprehendit postulata duo causis coniuncta, vnum est, salus piorum, cum propter fidem & antegressam beneficiorum Dei experientiam, hoc versu, & tribus sequentibus; tum propter inimicorum perueritatem, vers. 59. alterum est, excidium & vitio inimicorum propter improbitatem cogitationum, sermonum, & factorum, cuius illi sunt rei coram Deo, vsque ad vers. 65. quæ duo summam repetuntur, duobus reliquis versibus.*

VERS. 56. VOCEM MEAM AVDISTI, &c.] Alij: 1. *Vocem meam audisti, ne abscondas aurem tuam ad respirationem meam, seu ad suspirium meum. 2. Vocem meam exaudisti, ne occultes aurem tuam ad respirationem meam, in vociferatione mea, id est, vt clamore meo obtineam respirationem, refocillationem, refrigerium.*

VERS. 57. APPROPINQVASTI IN DIE, &c.] Quidam: *Appropinquans, quo die inuocabam te, dicebas, Ne timeo.*

VERS. 58. IUDICASTI DOMINE CAVSAM ANIMÆ MEÆ, REDemptor vitæ meæ,] Alij: 1. *Litigasti, Adonai lites anima mea, redemisti vitas meas. 2. Defendisti Domine causam anima mea, afferuisti vitam meam, id est, liberaisti me à morte. 3. Agens Domine causas anima meæ, vindicabas vitam meam. 4. Rixatus es Adonai rixas anima meæ, &c.*

VERS. 59. VIDISTI DOMINE, &c.] Alij: 1. *Vidisti Iehoua, calumniam meam, id est, quam hostes mihi struunt, iudica iudicium meum, id est, asserere, defende, age causam meam. 2. Vides, ô Iehoua, peruersitatem meam, id est, quæ exercetur in me, &c. 3. Forsterus. Vidisti, Iehoua, curuationem meam, vel mei, id est, qua me curuant & opprimunt.*

VIDISTI OMNEM FVROREM, &c.] Alij: *Vides totam ultionem istorum, id est, studium nocendi mihi, omnes cogitationes istorum contra me.*

AVDISTI OPPROBRIVM EORVM.] Alij: *Audis probrum istorum, quo scilicet me afficiunt.*

LABIA INSVRGENTIVM, &c.] Quidam: *Sermones insurgentium in me, & meditationem istorum aduersum me tota die, id est, quæ garrunt aduersarij mei ac demurmurant aduersum me iugiter.*

SESSIONEM EORVM, &c.] Alij: *sedere istorum & surgere istorum intueere: vt Psalm. 138. 2. me esse modulationem istorum, vt supra vers. 14.*

REDDIS EIS VICEM, &c.] Alij: *Redde eis retributionem, Iehoua, secundum opus manuum ipsorum, vt Psalm. 27. 4. & 93. 2.*

DABIS EIS SCVTVM CORDIS,] *מגהינאב, à מגן miggen exponunt, circumclusionem, clausuram, circumcinctiorem, compressionem, traditionem, abiectiorem cordis, vt cor tradant, abiciant & perdant מגן a ghanan, verò, circummunimentum scutum, clypeum, compactionem, tegumentum, obtegumentum, obturationem, duritiem cordis. Confer cum 2. Corinth. 3. v. 14. & 15. vbi dicitur καλυμμα Velamen.*

LABOREM TVVM.] Transpositis litteris legit *תלהאב thelaab, laborem, defatigationem molestiam. Sed scribitur תלהאב theaalab, adiurationem, execrationem, imprecationem, maledictionem. vnde versum variè reddunt. 1. Sanctes: Dabis eis dolorem cordis maledictionem tuam eis. 2. Leo Iudæ: Dabis eis circumcinctiorem cordis, & execrationem tuam dabis eis. 3. Varabius: Dabis eis clypeum cordis, id est, vallabis eos afflictionibus. 4. Dabis eis obtegumentum cordis vel obturationem cordis, id est, cor durum, obuelatum & cæcum, vt 2. Corinth. 3. v. 14. & 15. Ita Auenarius, Schindlerus, Buxtorfius. 5. Forsterus: Dabis eis circumcincturam, seu clausuram vel, compressionem cordis, imprecationem tuam illis, id est, vt medici vocant, cardiacam passionem, qua cor quasi obtegitur, clauditur, constringitur, & veluti suffocatur. Hispani dicunt, *Cubrirse el corazon.* Hispanicus Interpres: *Dales ansia de corazon, dales tu maldicion.**

Hunc & sequentem versum Tremellius & Iunius ita exponunt: *Indito illis abiectiorem animi, execrationem tuam ipsis.* Id est, humilis & deprime illos quocunque modo. Hanc interpretationem confirmant sequentia.


Persequere irâ, & perde eos, ne sint sub calis Iehoua. Amplificatio per antithesin insolentissimæ hostium arrogantiz, qui non modo terram, sed ipsum quoque cælum) cuius aerem viris omnibus communem esse natura docet) sui iuris esse confidunt, ac proinde non dubitant bonis eripere, quos hæredes cæli & terræ constituit Dominus.

CAPVT IV.

Vulg.

Malu.

ALEPH.

1  Vomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?

BETH.

2 Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt, in vasa testea, opus manum figuli?

GHIMEL.

3 Sed & lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

DALETH.

4 Adhasit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

HE.

5 Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

VAU.

6 Et maior effecta est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, qua subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.

ZAIN.

7 Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

HETH.

8 Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhasit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.

TETH.

9 Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terra.

IOD.


10 Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum, in contritione filia populi mei.

CAPH.

11 Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis sue: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED.

12 Non crediderunt reges terræ, & uni-

1  Vomodo populabitur aurum, mutabitur massa bona? effundere - sese facient lapides sanctitatis in capite omnium platearum?

1 Filij Tzizonis pretiosi, strati in auro solido, quomodo excogitati fuerunt lagenis testæ, factura manuum formantis?

3 Etiam draco extraxerunt mammam, sugere fecerunt catulos suos: filia populi mei, crudeli sicut struthiones in deserto.

4 Agglutinata fuit lingua sugentis ad palatum eius in siti: paruuli eius postulerunt panem; & expandens non eis.

5 Comedentes voluptatibus afflati fuerunt in plateis: crediti super vermiculo, amplexi fuerunt fimeta.

5 Et grandefacta fuit prauitas filia populi mei, de errato Sedomi: veria secundum rigorem; & non dolorem intulerunt in ea manus.

7 Mundati fuerunt Neziræi eius de niue limpidi fuerunt de lacte: rubuerunt offe de margaritis, sapphirus decisio eorum.

8 Obtenebratum fuit de nigrore lineamentum eorum; non agniti fuerunt in plateis: coniugata fuit pellicis eorum super ossum eorum, siccata fuit, sicut lignum.

9 Boni fuerunt violati gladij de violatis famis; quod ij fluent trans fossi de prouentibus agri.

10 Manus mulierum inuiscerantium coxerunt natos suos: fuerunt carpellis eis, in contritione filia populi mei.

11 Consummauit IHVH ardorem suum effudit ardorem nasi sui: & conflagrare fecit ignem in Tzizone, & comedit fundamenta eius.

12 Non crediderunt reges terræ, & omnes

a passine, populati fiet

b vicorum, forancoium

c datius. in lugenas, hydras. vide 1. samuel. 1. v. 24.

d plastæ

e quisque

draconu vel

dracones

fin crudelē,

feruam, feracem

g datius ad

voluptates

h stupende-

deloati

i vicis, foraneis

k educti,

nutriti alici

l cocco, coc-

cino. vide

Exod. 25 4.

m stequi-

linia

n curuitas.

distortio,

perueritas

o præ peccato,

delictio

p sicut, quasi

momento

ipso

q præ. sic

statum

r consolidati-

one, robor-

re, substantia

s præ nigredine

t forma, species,

delineatio

u vr. v. 1.

x copulata,

coniuncta

y confossi,

perfossi, sauci-

ciati nomi-

natus plu-

ralis

z genitiuus

singularis

a transixi

b frugibus

c visceribus-

misericordie prædi-

tarum

d assauerit

e æstum. iræ,

excandescen-

uersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem. *M E M.*

13 Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

N V N.

14 Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine: cumque non possens, tennerunt lacinias suas.

S A M E C H.

15 Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite: abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt, & commoti dixerunt inter Gentes: Non addet ultra, ut habitet in eis.

P H E.

16 Facies Domini diuisit eos, non addet ut respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

A I N.

17 Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem, que saluare non poterat.

S A D E.

17 Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

C O P H.

19 Velociores fuerunt persecutores nostris aquilis cali: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

R E S.

20 Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In umbra tua uiuemus in Gentibus.

S I N.

21 Gaude, & lætare filia Edom: qua habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

T H A V.

22 Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra ut transmigret te: uisitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

omnes habitatores orbis, quia uenit coangustans, & maleuolens in portis Ierusalaim.

13 De erratis prophetarum eius, prauitatibus sacerdotum eius effundentium in intimo eius sanguinem iustorum.

14 Moti fuerunt cæci in plateis, uoluntatione-contaminati fuerunt in sanguine: in non poterunt, tangere in iudumentis eorum.

15 Discedite taminatus, ^f clamabunt ^f uocabunt eis, Discedite, discedite, non tangetis; quia auolarunt, etiam moti-fuerunt: dixerunt in gentibus: Non addent ad ^g trahere.

^g peregrinari

16 ^h Facies IHH dispertiuit eos; non addet ad respicere eos: facies sacerdotum non leuauerunt: senes non ⁱ gratificauerunt.

^h plurale quæque facierum ⁱ gratiam fecerunt, profecti sunt

17 Adhuc nos, consummabuntur oculi nostri ad adiutorium nostrum uanitatem: in speculatione nostra speculationimus ad gentem non saluabit.

18 ^k Veniti-fuerunt incessus nostros de ambulare in plateis nostris: appropinquauit extremitas nostra, impleti-fuerunt dies nostri, quia uenit extremitas nostra.

^k Insidiati

19 Leues fuerunt persecutores nostri de aquilis cælorum: super montes exarserunt nos; in deserto insidiati-fuerunt nobis.

20 Spiritus narium nostrarum Unctus IHH captus-fuit in ^l perditionibus eorum ^m quem diximus, In umbra eius uiuemus in gentibus.


^l corruptio nibus ^m cui

21 Gaude & lætare filia ⁿ Edom habitans in terra Ghutz: etiam super te transibit calix; inebriaberis, & denudare-tete-facies.

ⁿ Edomæ

22 Consummata-fuit ^o prauitas tua, filia Tzizonis; non addet ad deuoluer-facere te: uisitauit prauitatem tuam filia Edom, deuoluit super errata tua.

^o ut v. 6. sic paulo post



COMMENTARIA.

VERS. I.



VOMODO OBSCVRATVM EST AVRVM?] Quidam reddunt: *Quomodo obscuratur aurum, &c.* Huius inquirunt, Capitis summæ partes sunt tres, prima est erotemata ex postulatio de rebus omnibus diuinis & humanis euerfis sæuiente gladio & fame, vsque ad vers. II. secunda est, hypophora, seu subiectio, aut responsio causas & rationes calamitatum illarum explicans, vsque ad vers. 21. tertia est denuntiatio iudicij hostibus euenturi, & salutis Ecclesiæ, duobus vltimis versibus.

OBSCVRATVM EST.] Futurum *עֲנִיגְהָם* ex Hophal hæc omnia continet; abscondi fiet, tegi, operiri, obumbrari, latere, obruifiet. & coniugatio significatum intendit. Nos ex *G H A M*, *populo*, deriuata notione haud absurde reddemus, *expopulatum*, *depopulatum est*, vel *populatum est*, passiuæ significatione. id est, à *populo* ablatum, ereptum: nam & verbo actiuo, *populo*, vtitur non semel Virgilius: & à *populo* dictum videtur, quasi passim & *populatum* diripere. Vide Nonium cap. 7. §. 26.

MVTATVS EST COLOR OPTIMVS.] Alij ex Hebr. 1. *mutabitur massa-auri bona*. 2. *mutatur insigne-aurum præstantissimum*. *כֶּתֶם* cerberem, *massa*, seu portio auri purissimi, & mundissimi. Vide in Iob 28. 16. Quidam exponunt, id est, res pretiosæ ministrantes sacris exolefcunt & pereunt, tanquam si res claræ nitorem suum amitterent.

DISPERSI SVNT LAPIDES SANCTVARIJ IN CAPITE OMNIVM PLATEARVM.] Alij: 1. *disiecti sunt lapides sanctuarij ad compita omnium platearum?* Nonnulli allegoricè, *per aurum principes, per lapides pretiosos sanctuarij*, sacerdotes & Leuitas intelligunt, qui dispersi & disiecti à templo erant. 2. *diffunduntur lapides sanctitatis in capite omnium vicorum?* id est, abrepti è loco sacro ab impurissimis hostibus, & profusè vlturpantur, & nefariè disiciuntur, perinde ac si res nihili essent: sic in sequentibus. Verbum ex Hithpahal ingentem effusionem & disiectionem denotat.

VERS. 3.

FILIJ SION INCLYTI.] Alij: *Filij Tzijo-nis pretiosissimi*.

ET AMICTI AVRO PRIMO.] Alij: 1. *astimati auro puro*. 2. *qui taxandi essent auro purgatissimo*. 3. *equiparati, comparati, auro optimo*. 4. Forsterus: & *strati cum auro mundissimo*. id est, collati. vide notionem verbi *כֶּתֶם* *sala*, in Iob 28. 16. Possis accipere: *strati in auro solido*. hoc est, ornati, amicti. vel quorum strata erant ex auro purissimo.

QUOMODO REPUTATI SVNT IN VASA TESTEA, &c.] Alij: *Quomodo reputantur pro viribus testaceis, opere manuum figuli?*

SED ET LAMIÆ NVDAVERVNT VERS. 3.

MAMMAM, &c.] *תַּנִּין* *thannim*, vel *תַּנִּיִּים* *thannim*, propriè singulare: plurale *תַּנִּיִּים* *thannim*, vel *תַּנִּיִּין* *thannin*, quod etiam contractè *תַּנִּין* *thannin* pluraliter dici volunt, vniuersè *dracones serpentes*, vel terrestres, vel aquaticos esse aiunt: vide in Genes. 1. 21. Hunc versum ita exponunt Tremellius & Iunius: *etiam phoca exiunt mammam*, translatum à mulieribus lactantibus, pro, *præbent mammam, lactant catulos suos: quomodo filia populi mei propter crudelem inimicum est similis vlulis in deserto?* [*Amplificatio calamitatis grauissima, à comparatione animantium: ipsi, inquit, vituli marini, (quos vocant phocas, ait Plinius lib. 9. cap. 7. extremo) liberè ad litus accedentes fetus suos educant mammis, & locum receptus habent ubi contineant fetus suos, donec in mare deducantur, & assuciant in eo: huius verò populi mulieres tantum abest ut liberos suos lactare possint sine impedimento, ut contra omnibus odio sint (tanquam auibus vlula) ipsa, & ipsarum quoque paruuli ab omnibus infestentur, & ipsæ alendi partus suos commoditate careant. Vox quidem THANNIN lacæ patet, significans serpentes & reptilia magna, siue terrestria siue aquatica: sed cum non omnium reptilium sint mamma, neque aquaticorum sint ij, quos propheta vocat, catulos, necesse fuit hunc locum ad phocas, id est marinos vitulos accommodari, qui à natura sunt quasi amphibij: vide Plinium lib. 9. Natural. Hist. cap. 13. Nam draconibus accommodari non potest, cum voluorum solus vesperilio mammæ habeat: serpentium terrestrium nulla species mammata est; ac proinde hæc ad marinum istud genus referri debent.] Hactenus illi. Sed & de Phocis seu vitulis marinis, de eorum mammis, catulis, partu, educatione catulorum; vide etiam Aristotelem lib. 6. Historiæ Animalium, cap. 11. vel 12. & Ælianum lib. 9. cap. 9. At certè vanam & futilem hanc phocarum ad hunc locum accommodatorem existimamus. Aptius balænis, quibus potius vox THANNIN conuenit, accommodaueris, de quibus Aristoteles lib. 3. Histor. Anim. cap. 20. vel 16. [*Qua lac habent, ea omnia ipsum in mammis continent. Mammæ autem habent quæcumque & concipiunt animal & pariunt: qualia sunt pilis prædita omnia, ut homo & equus: præterea cetæ, ut delphin, phoca, seu Vitulus marinus, balæna; quibus omnibus, & mammae sunt & lac.*] Plinius lib. 11. cap. 40. extremo: [*Et balæna autem, vitulique marini mammis nutriunt fetus.*] Hebræi constanter hunc locum de draconibus terrestribus accipiunt, quibus inesse mammæ thecis quibusdam inclusas, & lac ad alendos catulos affirmant, quod satis cum doctrina Aristotelis conuenit, & Plinius lib. 25. cap. 2. catulos draconi assignat. Noster lamias dixit, de quibus vide Isai. 34. v. 24. Sed hic pro quibusvis feris & trunculentis bestiis accepisse videtur,*

videtur, quæ quantavis crudelitate efferentur, catulos tamen suos benigne lactant, & educant.

CRUDELIS.] construi non potest cum filia nam est masculinum. Heb. est dativus, crudeli, scilicet, hosti tradita est, vel, propter crudelem inimicum.

QVASI STRUTHIO IN DESERTO.] Heb. *דגנן* *ieghanim*, plurale *struthiones*: vide de hac voce in Leuit. 11. 16. q. d. pati coacta est ab inimico, qualia struthio pati solet à venatoribus in deserto. Confer hunc locum cum Iob. 39. v. 17. 18. 19. & 20. adhibitis nostris Notis.

VERS. 4. AHÆSIT LINGVA LACTENTIS, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Quomodo adhaeret lingua lactentis palato ipsius præ siti; parvulis ipsis perentibus panem, qui partitur nemo est?*

VERS. 5. QVI VESCEBANTUR VOLUPTVOSE, &c.] Alij: hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Qui delicatissimis vescebantur, vastati sunt in plateis, & qui in purpura educati fuerunt, amplexati sunt sterora.* 2. *Qui comedebant in deliciis, quomodo desolantur per vicos? quomodo qui nutriebantur in coccino, amplexantur sterora?* id est, in fimetis victum quæritant præ inopia, vt solent extrema mendicabula? 3. Forsterus: *Qui comederunt de delicatissimis, sedent tristes in plateis vel qui comederunt delicatissima, afflati sunt in plateis, id est, afflabantur.* Hoc verbo Christus haud dubiè vsus est, Matth. 12. (*Omne regnum in se diuisum, afflabitur.*) educati, seu nutriti super vermiculo, sicut coccino aut purpura, amplexi sunt fimeta.

VERS. 6. ET MAIOR EFFECTA EST INIQUITAS POPVLI MEI PECCATO SODOMORVM, QVÆ SVBVERSA EST IN MOMENTO, &c.] Alij ex Heb. 1. *Maiores itaque reputata est iniquitas filia populi mei præ peccato Sedom, quæ subuersa est quasi momento, vel peccato Sedomæ momento euersa, neque in deditionem accepta vel & non adhibita sunt ei manus vel & non castrametata sunt contra eam castra.* q. d. maior culpa fuit Iehudæ, quam Sedomæ, nam non habuit prophetas, vt Iehudah, qui eos admonerent, & à peccatis retraherent: etiam pœna Sodomorum fuit leuior, quod non fuerint excarnificati longa obsidione, vt Iudæi, sed momento absorpti. *Manus*, pro copiis militaribus, vt etiam Latinis, Virgilius. 2. *Aeneidos:*

Hic Delopum manus, &c. —

2. *Et maior est iniquitas filia populi mei; quam peccatum Sedomi, vel, Et maior est pœna filia populi mei, supplicio Sedomi; de quo Genes. 19. iniquitas, & peccatum, pro pœna & supplicio passim in Scriptura, vt supra Cap. 3. v. 39. quo euerso quasi momento, non manserunt in eo manus, videlicet, quæ diutius affligerent, postquam momento euersum fuit cum ciuitatibus cæteris.*

ET NON CÆPERVNT IN EA MANVS.] Haud absurde legerem in Nostro cum dyph-tongo. *Et non cæperunt, incæperunt*, ex notione verbi *חלל* *chalal*, nam confunduntur formæ diuersarum Radicum, *חל* *chul*, *CHALAL*, *חלה* *chalab*, & *חלל* *jachal*, & significata fere communicant. Possis reddere, & non

Violantur in ea manus, vel non incæperunt in ea manus quod elegantissimo Valentiniismo dicimus: y no la encetaren; vide in Genes. 9. v. 20. Alij verbum חלל *chalu*, ex *CHVL* exponunt: & non manserunt, seu permanserunt, aut resederunt in ea manus. Quidam: & non resederunt cum dolore in ea manus. Ex verbo: & non dolorem intulerunt in eam manus. Hebræi fermè exponunt: & non castrametata sunt contra eam castra. Ego exponerem: & non doluerunt in ea manus, id est, non laborarunt in ea euertenda humanæ manus.

CANDIDIORES NAZARÆI EIUS NIVE, VERS. 7. NITIDIORES LACTE.] Alij: 1. *Mundiores erant Naziræi eius præ niue, canduerunt præ lacte.* 2. *Puriores erant Naziræi illius niue, nitidiores, seu candidiores, limpidiores lacte.* Amplificatio calamitatis à constitutione Naziræorum, seu Separatorum, qui dum tenebantur voti, sancti & religiosi censebatur olim ex Lege Numeror. 6. per anthitheses hyperbolicas.

RUBICVNDIORES EBORE ANTIQVO.] Heb. *rubuerunt osse præ margaritis.* Alij: 1. *rubebant specie præ margaritis.* 2. *rubuerunt specie supra margaritas, vel præ corallis.* 3. *rubebant corpore, substantia, hypostasi, magis quam carbunculi.* De voce פנינים *pheninim*, quam margaritas reddimus, vide in Iob. 28. 18. hinc nonnulli potius rubinos, pyropos, carbunculos, aut coralia exponunt, quod dicantur rubere, cum margaritarum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore &c. sit auctore Plinio lib. 9. cap. 35. sed addit ibidem Plinius, [*Eas celo gaudere, sole rubescere, Candoremque perdere, vt corpus humanum, quare præcipuum, inquit, custodiunt pelago altius mersa, quam vt penetrent radij.*] Et paulo inferius addit: *In nostro mari reperiri solebant, crebrius circa Bosphorum Thracium, rufi ac parui in conchis quas myas appellant.*] Et sanè propheta rubrum appellat colorem illum subfuscum & pellucidum quem vniones quos vocant orientales, à colore orientis solis, referunt.

SAPPHIRO PVLCHRIORES.] Alij ex Heb. 1. *sapphirus erat excisio eorum.* id est, ac si fuissent excisi ex sapphiro ob multam eorum politiem, & puritatem. 2. *sapphirus dispositio eorum.* 3. *polities eorum sapphiro similis erat.* 4. *sapphirus decisio eorum.* id est, ordo eorum distinctus ab aliis instar Sapphiri lapidis. 5. *Aucnarius: rubuerunt ossa præ gemmis, quasi sectio eorum esset ex sapphiro.* 6. *Hispanicus Interpres: su compostura, vel su cuerpo, mas encendida que las piedras preciosas cortadas del sapphiro.* 7. *Sapphirina polities eorum.*

DENIGRATA EST SVPER CARBONES VERS. 8. &c.] Hunc versum alij ex Heb. 1. *Nunc forma eorum nigredine ipsa obscurior est, non sunt agniti in plateis: agglutinavit se pellis eorum; aret, ac riget vt lignum.* 2. *Quomodo obscurior est nigredine forma eorum, non agnoscuntur in vicis: concreta est cutis eorum cum osse ipsorum; aret, est similis ligno?*

MELIVS FVIT OCCISIS GLADIO, &c.] VERS. 9. Alij ex Heb. 1. *Feliciores fuerunt interfecti gladio, quam qui fame perierunt, quod is fluxerunt transfixi propter fructus agrorum. id est, propter defectum*

defectum fructuum agrorum. q. d. illi subito transfossi gladio expirarunt; ij verò longa famis tabe sensum & cum diurno labore solvuntur. 2. *Quomodo melius habent confossi gladio, quam confossi fame: melius qui perficiunt transfixi, id est, quorum sanguis effunditur, quam à prouentibus agrorum meorum.* Elliptica loquutio, pro, *quàm destituti prouentibus agrorum meorum?* Nihil necesse est שדאי *sadai* exponere, *agrorum meorum*, cum sapius ponatur pro שדאי *sadeh*, *He*, mutato in *Iod* mobile: Vide Thesaurum Sanctis, Colum. 2863.

VERS. 10

MANVS MULIERVM MISERICORDIVM COXERVNT FILIOS SVOS &c.] vt eis interminatus fuerat Deus Deuteron. 28. 53 & sequentibus. Sic supra cap. 2. 20. Exempla nefarii huius flagitij apud Iudæos, extant, 2. Reg. 6. 28. & 29. & referente Iosepho lib. 7. Belli, cap. 8. Apud alias gentes, vt Calaguritatorum, prodit Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. recentiora Florimundus Remundus lib. de Antichristo, cap. 7.

VERS. 11.

FACTI SVNT CIBVS EARVM.] Heb. fuerunt לברות *lebaroth* eis. ברות *baroth* potest esse infinitiuus Pihel: *ad carpendum, decerpendum, comedendum eis.* vel nomen singulare: *in carpellum, morsellum, cibum, edulium delicatum & resocillans, seu recreatiuum:* vide in 2. Samuel 13. 5. aut plurale: *in morsella, carpella, &c. eis.*

VERS. 12.

IN CONTRITIONE FILIÆ POPVLI MEI.] id est, quum sæua calamitatis & famis necessitate premeretur. Quidam hunc versum reddunt: *Quomodo manus mulierum misericordium, id est, quæ à natura ferè sunt misericordes, & indulgentiores liberis, coquunt natos ipsarum; sunt alimento ipsis in contritione filia populi mei?*

COMPLEVIT DOMINVS FVROREM SVVM &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt. *Consummat Iehoua excandescientiam suam, effundit æstum iræ suæ: & accendit ignem Tzijone, qui exedat fundamenta eius.* Hypophora, vt diximus in vers. 1. qua propheta respondet æumnas istas à Deo esse supra omnem expectationem hominum, duobus versibus; & quidem irato propter peccata Iudæorum, cum præterita, quæ ipsi hostes damnant, atque viciscuntur. vsque ad vers. 17. tum etiam præsentia, quæ documenta sunt obstinatissimæ Iudæorum perniciæ, quatuor versibus.

VERS. 13.

PROPTER PECCATA PROPHE TARVM EIVS, ET INIQUITATES SACERDOTVM EIVS, &c.] ac multo magis cæterorum ordinum: vide 2. Chronicor. 36. 14. & sequentibus.

VERS. 14.

ERRAVERVNT CÆCI IN PLATEIS, &c.] Hunc versum variè ex Hebr. explanant: 1. *Vacillarunt, vt cæci, in plateis, polluti sunt sanguine, vt non possint accedentes contingere vestimenta eorum.* nimirum, præ sanguine & contaminatione. 2. *Qui euagantibus cæcis pernicos, contaminatis sanguine; quem non possunt quin tangant vestimenta suis.* Exegesis præcedentis, dicti de peccatis prophetarum, sacerdotum, totiusque populi, quibus cum eos, qui in Iudæa supererant, tum deportatos exules corrumpebant, duobus versibus. *Cæcis per*

nicos, &c. vt Isaiæ 42. vers. 18. & sequentibus. *quem non possunt, &c.* prout narratur de temporibus Menaschis, 2. Regum 21. 16. cui coniungendum est quod scribitur 2. Reg. 23. 36. & cap. 24. 3. & 4. 9. & 19. *polluti sunt sanguine.* De verbo נגהו *neghoalu* composito ex *Niphal*, & *Pual*, vide in Isai. 59. 3.

VERS. 15.

RECEDITE POLLVTI, CLAMAVERVNT AD EOS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. interpretantur: *Recedite impurus quisque, proclamant eis, recedite, recedite, ne attingitote: quum auolant, etiam euagantur:* id est, quamuis miseri non ambulent, non currant, sed præcipites fugiant quàm longissime, ne rebus illis contaminentur: *dicunt in gentibus, Non amplius commorabuntur.* id est, Iudæis, qui iam ad Ægyptios & Chaldæos fuerant deportati prædicebant liberationem ex animo suo breui affuturam esse: vt exemplum extat Iirme. 28. 2. & sequentibus. Nostræ Translationis hîc est sensus, Puri & fideles serui Dei proclamabunt impuris & contaminatis prophetis, & sacerdotibus, & reliquis ordinibus populi, *Discedite omnino polluti, ne attingitote nos, ne nos etiam contactu vestro contaminemur: qui puri fideles quàm celerrimè auolarunt & sese quàm longissime subdixerunt, ab illis impuris prophetis & sacerdotibus: qui falsò Iudæis persuadebant, nequaquam eos ad gentes deportandos, aut breui ex eis liberandos.* Alias explanationes non referimus, quòd hanc non æquent.

VERS. 16.

FACIES DOMINI DIVISIT EOS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Vultus Iehoua relegauit eos, vel separauit, hoc est, disjecit & dispersit in varias regiones. nec ultra eos respiciet, quia nec ipsi vultus sacerdotum reueriti sunt, nec senum miseri.* 2. *Irata facies I. h. uia dispertiet eos, non est intuitura in eos amplius: hostes faciem sacerdotum non suscipient, seu rationem Sacerdotum non habebunt, senibus non facient gratiam.*

FACIES IHVH DISPERTIUIT EOS.] *Facies* est plurale. id est, Tres diuinæ Personæ cum verbo singulari ob vnitatem essentia.

FACIES SACERDOTVM NON ERVBVERVNT.] Hebr. *non leuauerunt.* De qua loquutione, quia passim obuia, vide Dictionarium Forsteri, pag. 522.

VERS. 17.

QVVM ADHVC SVBSISTEREMVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. explanant: 1. *Hucusque nobis, vel adhuc nobis subaudi, expectantibus auxilium ab Ægyptiis, Ierem. 37. 5. & sequentibus. Aut Adhuc nobis integris, deficiente oculi nostri intenti ad vanum auxilium nostrum, id est, ad Ægyptios. dum anxie expectamus gentem, qua seruare nequit.* 2. *Et adhuc nos, oculi nostri consumuntur ad auxilium nostrum, seu desiderio auxilij nostri, vt Psalm. 118. 81. & 82. vanitatem, seu vanissimi: speculatione nostra speculamur versus gentem non seruaturam.* Secundus peccatorum gradus, obstinatio, vt diximus in vers. 12. quod videlicet Iudæi, Deo infensò, & potentibus rerum hostibus, adhuc obfirmatè confidunt rebus inanibus, nempe exteris Ægyptiorum aliorumque copiis auxiliariis (vt apparet ex Iirme. 27.)

item

item fugā, ac denique regi suo quasi non potuisset sibi regnum illud Davidis temporarium eripi verbis quatuor.

VERS. 18. LUBRICAVERUNT VESTIGIA NOSTRA, &c.] Alij: *Venantur gressus nostros, ne easmus per plateas nostras.* nimirum extractis contra urbem propugnaculis, ex quibus plateæ vrbis obseruabantur, & in prætereuntes tela iaciebantur, 2. Regum 25. vers. 1. *appropinquauit finis noster, implentur dies nostri, imò aduenit finis noster.*

VERS. 19. VELOCIORES FVERUNT, &c.] Quidam reddunt: *Leuiore sēnt, qui persequuntur nos, aquilis cœli: in ipsis montibus insectantur nos, in ipso deserto insidiantur nobis.* id est, omnibus ex partibus sunt deprehensuri nos. vide 2. Reg. 25. 5.

PERSEQUVTI SVNT NŌS.] Propriè, exarserunt in nos, ardenti & infesto animo insectati sunt nos: vt Genes. 31. 36.

VERS. 20. SPIRITVS ORIS NOSTRI.] Alij: *Spiramentum narium nostrarum.* Notant, quum nomen נַחַשׁ *ruach*, spiritus, iungitur cum נַחַשׁ אֶפְסוֹ *naso*, vel *naribus*, tunc significat *flatum, anhelitum, respirationem* qua respiramus, quæ passim per nares emittitur & affluit.

CHRISTVS DOMINVS.] Hebræi statu syntactico constanter legunt, *Messias, Christus, Vnctus, Iehoua.* Et intelligunt vel Iosiam interfectum armis Ægyptiacis, vel Tzidkijam captum & excæcatum à Nebuchadnetzare. Alij, vniuersè regem & regnum Iehudæorum. Noster excellenti mysterio diuinitatis Christi eisdem omnino litteris statu absoluto legit, *Christus Iehoua.* Sacramentum passionis Christi & Salutis humanæ his verbis contineri demonstrans. Alij reddunt: 1. *Spiritus narium nostrarum Vnctus Iehoua captus est in retibus eorum.* 2. *Spiramentum narium nostrarum Vnctus Iehoua capitur in foueis istorum.* id est, rex noster è posteritate Davidis, quo freti saltem nobis datur aliqua interspirandi occasio in quibuslibet angustiis: nam præsidebant Iudæi dignitati illius regni, tanquam si purè & per se ipsum fuisset stabile: non autem spectabant Christum, qui finis est, & complementum illius typi, neque conditiones sibi imperatas. *Spiramentum narium nostrarum.* id est, per quem spiramus, & vitæ halitum trahimus, per quem viuimus, qui nos tuetur, & in vita ac pace conseruat. Insigne epithetum regum, quod veris Christo Moarchæ generis humani conuenit.

CAPTVS EST IN PECCATIS NOSTRIS.]

TRIS.] Hebr. *captus est in perditionibus, corruptionibus, retibus, laqueis, foueis, eorum.* scilicet, hostium.

CVI DIXIMVS, IN VMBRA TVA VIVEMVS IN GENTIBVS.] Alij: *de quo dicebamus, In umbra eius nos victuros inter gentes.* id est, adiuumento eius tanquam umbraculo recreati, ne deficiamus aut exarescamus, velut astu, malorum nostrorum amplitudine: metaphora, cuiusmodi est Daniel. 4. 92.

GAVDE ET LATARE, &c.] Tertia pars capituli, vt diximus in vers. 1. cuius membrum prius exprimitur per ironiam.

FILIA EDMOM.] id est, inimici omnes, per synecdochen: qui duabus gentibus hîc exprimuntur Iudææ propinquissimis & infestissimis, in Edomæa & Syria sitis: vide Iirnei. 49. 7.

QVÆ HABITAS IN TERRA HVVS.] Alij: *ô que habitas in terra Hutzî.* de qua vide in Genes. 10. 23. & Iob 1. 1.

AD TE QVOQVE PERVERNIET CALIX.] Quidam: *etiam ad te transiturum est poculum.* vide Ieremi. 25. 15. & sequentibus.

INEBRIABERIS ATQVE NVDABERIS.] Alij: 1. *inebriaberis & euacuaberis.* id est, euomes. 2. *inebriabis te, & nudabis te.* nimirum dementata potu, quem præbiturus est Dominus: vt faciunt qui inebriantur vino: sicut exemplum habetur in Noacho Genes. 9. 2. Quidam Hebræorum allusum putant ad Psalm. 136. 7. de Edomæis dicentibus: *[Nudate nudate usque ad fundamentum.]* vt reddat eis talionem. vide Iirnei. 49. 10.

COMPLETA EST INIQUITAS TVA FILIA SION.] Exponunt, id est, pœna iniquitas, Aliqui reddunt: *Consumpta iniquitate tua, ô filia Tzizonis, non perget in deportatione derelinquere te.* id est, exactis annis septuaginta, quibus statuit Deus non intueri te supra vers. 16: reducet te ex deportatione. Alij exponunt: *non ultra te ducet in captiuitatem.*

VISITAVIT INIQUITATEM TVAM, FILIA EDMOM.] verbum *visitavit* est masculinum, scilicet Deus, & *filia* est in vocandi casu. Alij: *animaduertet, puniet castigabit Deus iniquitatem tuam, ô filia Edomi.*

DISCOOPERVIT PECCATA TVA.] Alij: 1. *peccata tua reteget.* 2. Tremellius & Iunius: *denoluet, deportabis propter peccata tua.* vt prædictum est Iirnei. 49. vers. 7. & sequentibus. Hoc autem verbum hac coniugatione *Pihel* ita interpretantur, vt passiuum illius nempe *Pihal*, Nachum 2. 7.

Maluenda, In libr. Threni.

AAAAA ORATIO



ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT V.

Vulg.

- 1 **R**ecordare Domine quid acciderit nobis: intueri, & respice opprobrium nostrum.
- 2 Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostra ad extraneos.
- 3 Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.
- 4 Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus.
- 5 Ceruicibus nostris minabamur, lasis non dabatur requies.
- 6 Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane.
- 7 Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
- 8 Serui dominati sunt nostri non fuit qui redimeret de manu eorum.
- 9 In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto.
- 10 Pellis nostra quasi libanus exusta est à facie tempestatum famis.
- 11 Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.
- 12 Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.
- 13 Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.
- 14 Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium.
- 15 Defecit gaudium cordis nostri versus est in luctum chorus noster.
- 16 Cecidit corona capitis nostri: & nobis, quia peccauimus.

Malu.

- 1 **R**ecordare IHVH, quid fuit nobis, respice, & vide probum nostrum.
- 2 Hæreditas nostra versa fuit^a alienis; domus nostræ^b nothis.
- 3 Orphani fuimus, & non pater; matres nostræ sicut viduæ.
- 4 Aquas nostras in argento bibimus; ligna nostra in pretio^c venient.
- 5 Super collum nostrum persecutionem passi fuimus, & laborauimus, & non deponi factum fuit nobis.
- 6 Ægypto dedimus manum, Assur ad saturari pane.
- 7 Patres nostri errauerunt, & non ij & nos^e prauitates eorum baiulauimus;
- 8 Serui dominati fuerunt in nobis; abrumpens non de manu eorum.
- 9 In anima nostra venire faciemus panem nostrum, de faciebus gladij deserti.
- 10^f Pellis nostra sicut fumus crematæ fuerunt, de faciebus adustionum famis.
- 11 Mulieres in Tzijone afflixerunt, virgines in vrbibus Iehudah.
- 12 Principes in manu suspensi fuerunt; facies senum non^g decoratæ fuerunt.
- 13^h Electos molere leuauerunt, & excussi in ligno impeerunt.
- 15 Senes de portis cessauerunt, electi deⁱ pulsatione musica sua.
- 15 Cessauit gaudium cordis nostri, versus fuit luctu chorus noster.
- 16 Cecidit corona capitis nostri; oi,^k obsecro, nobis quia errauimus.

17 Super

^a exteris, extraneis
^b alienigenis

^c obueniunt, veniunt, veniunt

^d defatigati, lassati sumus

^e curuitates, distortionem, perversitates

^f quævis pellium nostrarum, vel tota pellis

^g ornate, honoratæ

^h lectissimos iuuenes. sic v. 14.

ⁱ modulatione sua, cantica

^k euge, nunc iam ciam

17 Propterea mæstum factum est cor nostrum, idè contenebrati sunt oculi nostri.

18 Propter montem Sion quia disperiit. vulpes ambulauerunt in eo.

19 Tu autem Domine in æternum permanes, solium tuum in generationem & generationem.

20 Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

21 Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: in noua dies nostros, sicut à principio.

22 Sed proiciens repulisti nos, iratus contra nos uehementer.

17 Super istud fuit languens cor nostrum; super ista obtenebrati fuerunt oculi nostri.

18 Super montem Tzizonis, qui afflatus fuit; vulpes ambulauerunt in eo.

19 Tu, IHVH^o æterno sedebis; solium tuum generationi & generationi.

20 Ad quid victoria obliuisceris nos, derelinques nos longitudine dierum?

21 Reuertere fac nos, IHVH, ad te, & reuersi fuimus: in noua dies nostros sicut ante.

22 Quia si fastidire fastidiuisti nos, efferbuisti super nos usque ad valde.

languidus, debilitatus


in quod n̄ stupens desolatus

o datus in æternum, in sæculum

p̄ in omnem generationem

q̄ datus in victoriam,

in perpetuum, omnino, pernitus & reuertetur



COMMENTARIA.

VERS. 1. RECORDARE DOMINE QUID ACCIDERIT NOBIS, &c.] Alij: Recordare, Iehona, quid sit nobis, &c. Postremum, inquit, hoc caput libellum oratione terminat: cuius membra sunt tria: primum, pathetica expositio, usque ad versum 16. secundum, confessio peccatorum, & promeritæ pœnæ, usque ad versum 19. tertium, petitio misericordiæ, inde ad finem capituli. Dicuntur autem hæc verba humanitus, recordari, intueri, & aspicere, ut sæpe dictum est.

VERS. 2. HEREDITAS NOSTRA, &c.] Alij: Possessio nostra auersa est, vel deuoluta est ad extraneos; domus nostra ad alienigenas.

VERS. 3. ABSQVE PATRE.] Hebr. & non pater. Alij: pater orbat, vel nullo patre. amisso rege, & regno.

VERS. 4. AQUAM NOSTRAM PECVNIA BIBIMVS.] Hebr. Aquas nostras pecunia bibimus. id est, utcumque iuris nostri sunt, cogimur tamen redimere.

VERS. 5. CERVICIBVS NOSTRIS MINABAMVR.] Hebr. Super collum nostrum persecutionem passi sumus. Alij: 1. Inimici ceruici nostra persecutionem. 2. Ab imminentibus, vel incumbenibus collo nostro persecutionem patimur. id est, inimicis insolentibus, quibus non satis est, quod infident nobis, agunt nos tanquam iumenta vectaria, nisi etiam indefinenter exigent, quod ne suis quidem iumentis facient. Contrariam allegoriam vide Hoseæ II. 4.

LASSIS NON DABATUR REQUIES.] Verbum חנך hunach est Præteritum Hophal, plerique cum Nostro à חנך nuach deducunt: 1. laboramus nec permittitur, quies nobis. Ex verbo: nec quiescere factum est nobis. 2. à חנך Ianach, Fortiterus: de saugati sumus, & non est facta remissio nobis. id est, nihil de labore & lassitudine remissum est. 3. laboramus quidem sed nihil deponitur, aut relinquitur, seu dimittitur nobis, vel reliquum fit nobis. subaudi, co-Maluenda, In libr. Threni.

rum, quæ nostro labore paramus: omnia enim nobis vi hostium auferuntur.

ÆGYPTO DEDIMVS &c.] Quidam: Agyptio porrigimus manum, Assyrio, ut satiemur pane. id est tanta seruitute à Chaldæis pressi, ne tenuissimum quidem alimentum pro officiis nostris consequimur, sed mendicare cogimur apud hostes ipsos alienos, & miserrime victum quærere.

PATRES NOSTRI, &c.] Aliqui hunc versum exponunt: Patres nostri peccauerunt, & non supersunt: nos verò pœnas eorum ferimus. Amplificatio calamitatis, à comparatione, ut supra Cap. 4. vers. 6. & 9. Melius (inquit) actum est cum patribus nostris quam agitur nobiscum: nam peccauerunt illi quidem, sed breui supplicio de peccatis suis affecti sunt: nos verò eò sumus infeliciores, quòd eorundem peccatorum rei pœnas diuturnas ferre compellimur, quibus foret iuuentius semel emori, quam vitam inuitam viuere. Peccata pro pœnis peccatorum, ut supra cap. 3. 39. & 4. 6.

SERVI DOMINATI SVNT NOSTRI &c.] Alii: Serui dominantur in nos, asserente nemine è manu illorum. id est, non tantum imperia à dominis; sed etiam à conferuis sordidissimis ferre cogimur, & mediastinos agere ad libidinem domesticorum omnium. Alii, seruos, Hammonitas, & Moabitas, & alios vicinos hostes accipiunt.

IN ANIMABVS NOSTRIS &c.] Heb. In anima nostra &c. Alii hunc versum explanant: In, vel pro anima nostra, seu periculo, vel cum discrimine vita nostra. ut 2. Samuel. 23. 17. & 1. Paralip. 11. 19. afferimus panem nostrum propter gladium deserti. id est, propter inimicum, qui agrum totum obtinet: synecdochè. Non tam rectè alij: pro siccitate deserti.

PELLIS NOSTRA QVASI CLIBANVS &c.] Alij: 1. Pelles nostra quasi clibanus denigrata sunt, vel incaluerunt propter exustiones, seu

horrores, terrores, tremores, famis. Quidam: *propter afflictiones famis.* 2. Forsterus: *Citis nostra sicut clibano accensa est, vel sicut in clibano, aut furno adusta est, propter adustiones famis.* 3. *Pelles nostra ut furnus atrata sunt propter procellas famis.* id est, famem vehementissimam, qua tanquam procella exagitamur omnes, atque consumimur. De voce מוֹפֶטֶחַ *zalphathoth.* vide in Psal. 10. 6. *adustiones, preseres, procellas,* exponunt.

VERS. 11. MULIERES IN SION HVMILIAVERUNT.] Siue, *affixerunt, oppresserunt, compresserunt, constiprauerunt, subagitauerunt.*: sic verbum istud sumitur Genes. 3. 4. 2. Deuteron. 2. 1. 14.

VERS. 12. PRINCIPES MANU SUSPENSII SVNT, &c.] Alij ex Heb. *Principes manu istorum scilicet, hostium suspenduntur, facies senum non afficiuntur honore.*

VERS. 13. ADOLESCENTIBVS IMPVDICE A BVSI SVNT.] Hebraei *exponunt, iuuenes molam bāiularunt.* Comminiscuntur enim quod cum Babylone deessent molæ, Chaldæos eas iuuenibus Israelitis imposuisse, vt eas Babylonem portarent. Alij: *Iuuenes ad molere, vel ad molendum, seu vt molerent tulerunt.* Nonnulli: *Iuuenes ad molendum portant, id est, ad officium quodque vilissimum & abjectissimum:* Vide Exod. 11. 5. & 12. 29. cum seruitutis inter alia genus grauissimum fuerit molas trusatiles agere. Sed *molendi* verbum Hebraeis & Latinis in obscæna interdum significatione vsurpari, pluribus docuimus in Iudic. 16. 21. & in Iob. 31. 10.

ET PVERI IN LIGNO CORRVERVNT.] Exponunt, *baculis & fustibus cæsi expirant.* Alij: *Sub fascibus & oneribus lignorum, quæ hostibus comportare cogebantur, quod supra vires eos onerarent, corruerunt.* Quidam: *& pueri ad ligna corruunt.* id est, à minimis & infirmis exiguntur ministeria supra ipsorum vires, ad eam læua est barbaries in hostibus nostris.

VERS. 14. SENES DE PORTIS DEFECERVNT.] Vel *de portis cessant,* id est, cessant à Iudiciis & confessa forensi, quæ olim in portis celebrabantur. Vide Genes. 34. 20.

VERS. 16. CECIDIT CORONA CAPITIS NOSTRI, &c.] Alij: *Cadit corona capitis nostri, v.e iam nobis quod peccauerimus,* id est, Ablata est omnis gloria nostra, tantummodo sumus probro. Vel *extinctum est regnum nostrum, & ad Chaldæos deuolutum propter peccata nostra.* Hinc autem principium ducitur secundi membri, vt dictum est in vers. 1. quo Iudæi singulas hæc calamitates peccatis suis acceptas referunt.

VERS. 17. PROPTEREA MOESTVM FACTVM EST, &c.] Alij: *Propter hoc est languidum cor nostrum,* id est, propter totum hoc, quod supra dictum est, videlicet peccatum, & peccati pœnam: sensus est, infirmamur.

IDEO CONTENEBRATI SVNT OCULI NOSTRI.] Alij: *propter hæc obtenebrati sunt*

oculi nostri, id est vires nos deficiunt: Vide 1. Samuel. 14. 28. vel vi calamitatum penitus obruimur.

PROPTER MONTEM SION, &c.] Alij: VERS. 18. *Propter montem Zionis, qui desolatus est, per quem vulpes eunt liberè, tanquam per locum desertum, quibus hostes Ecclesiæ figurantur, vt Cantico. 2. 15.*

TV AVTEM DOMINE IN ÆTERNVM PERMANEBIS, &c.] Alij: *Tu, Iehoua, in sæculum manes, solum tuum in vnamquamque generationem.* Tertium membrum, vt diximus in vers. 1. continens deprecationum, duobus versibus, & postulatum, duobus alteris. Deprecationis autem argumentum sumitur hoc versu à persona Dei. Vide in Psal. 100. 13. *in sæculum manes,* id est, non tantum natura, sed consilio etiam & voluntate es constantissimus, quam olim nobis explicasti fœdere, vt Galat. 3. 3. 20.

QVARE IN PERPETVVM OBLIVISCERIS NOSTRI?] contra quàm promisisti fœdere, Vide 2. Samuel. 7. 14.

DERELINQVES NOS IN LONGITVDINEM DIERVM?] Alij: 1. *cur nos deseris tanto tempore?* 2. *derelinquens nos, quandiu longa erunt tempora?* vt Plalm. 22. 6.

CONVERTE NOS DOMINE AD TE, ET CONVERTEMVR.] Alij: *Restitue nos, Iehoua, tibi, vt reuertamur,* vt Psal. 79. 4. nam eodem modo accipiendum esse secunda pars versus docet. Sed sacri theologi aptè intelligunt, ad iustificationem impij & gratiam Dei, & liberum arbitrium concurrere, sed gratiam præcedere.

INNOVA DIES NOSTROS SICVT A PRINCIPIO: 1. *instaura dies nostros vt antiquitus, vel olim, seu, quondam.* 2. *innova dies nostros, vt antiquitatis seu, vt prisca diebus:* vt supra Cap. 1. 7. & 2. 17.

SED PROIICIENS REPVLISTI, &c.] Alij: *Quoniam repulisti nos omnino, & iratus es nobis iam plus satis.* Pendet sententia, propterea repeti debet versus præcedens, vt volunt Hebræi. Aliqui exponunt: *Quamuis projeceris nos, tamen satis iam irarum in nos effudisti: satis iam pœnarum expendimus.* 2. *Nam an omninò sperneres nos, efferuesceres contra nos admodum? Ætiologia pathetica,* qua permouetur Deus ad misericordiam ab antegresso fœdere. Has autem, inquit, voces ita reddendas esse, vt fecimus, & sensus loci, & Hebraica distinctio docet, *admodum* id est, supra modulum nostrum, pro, infinita potentia. 4. *Quod si durius repulisti nos, id fecisti quod contra nos iratus esses vehementissimè.* 4. *Quinimo fastidiendo fastidisti nos,* id est, summo fastidio tibi fuimus: *ira efferbuiisti, spumavisti, ebulliuisti,* id est, ingenti ira exarlisti. *contra nos super modum.* q. d. perstas in exequendis tuis iudiciis in nos acerrimè, & effundis in nos immensam vim iræ tuæ.

Valentiæ 21 Decembris, Festo S. Thomæ Apostoli, 1627, ætatis meæ 62. intermisso opere nouem dies, quibus acutissimo dolore nephritico laborauimus.



PROPHETIA BARUCH.

CAPVT PRIMVM.

Iudæi à Babylone mittunt ad eos qui erant in Ierusalem librum Baruch, vna cum collectis pecuniis, vt oblati holocaustis orent pro ipsis, & pro Nabuchodonosor, filioque eius Balthasar, ac confitentur peccata sua.

S. Hieronymus Præfatione in Ieremiam: [*Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes.*] Verum librum hunc Baruchi diuinum & Canonicum decreuit Ecclesia, nec de eius auctoritate vlli orthodoxo fas est dubitare. Vide Bellarminum lib. 1 de verbo Dei, cap. 8, Coccium Tomo 2 Thesauri catholici, lib. 6. Artic. 11, & innumeros recentiores, præsertim Explanatores Baruchi. Scriptus Græcè tantum habetur.

Vulg.

Malu.

1  *Hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Nerie, filij Maasia, filij Sedecia, filij Sedei, filij Helcia, in Babylonia,*

2 *in anno quinto, in septimo die mensis in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni.*

3 *Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechonia filij Ioachim regis Iuda, & ad aures vniversi populi venientis ad librum,*

4 *& ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.*

5 *Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini.*

1  *Hij sermones libri, quos scripsit Baruch, filius Nerie, filij Maasia, filij Sedecia, filij Afodij, filij Chelcia, in Babylonia.*

2 *In anno quinto, septima mensis, in tempore, quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & incenderunt eam in igne.*

3 *Ec legit Baruch sermones libri huius in auribus Iechonia, filij Ioachim regis Iuda:*

4 *Et in auribus omnis populi venientium ad librum, & in auribus ^a potentium, & filiorum regum: & in auribus seniorum, & in auribus omnis populi, à paruo vsque ad magnum, eorum omnium habitantium in Babylonia super flumen Sud.*

5 *Et fleuerunt, & ieiunauerunt, & orabant orationes in conspectu Domini.*

^a procerum magnatum

6 Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit uniuscuiusque manus,

7 Et miserunt in Ierusalem ad Ioachim filium Helcia filij Salom Sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem:

8 cum acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in Terram Iuda decima die mensis Sivan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosia rex Iuda,

9 posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem.

10 Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerete pro peccato ad aram Domini Dei nostri:

11 & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cæli super terram:

12 & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut viuamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.

13 Et pro nobis ipsi orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro: & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diem.

14 Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die sollempni, & in die opportuno.

15 & dicetis: Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ: sicut est dies hæc omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem,

16 Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris.

17 Peccauimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus diffidentes in eum:

18 & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuius vocem Domini Dei nostri, ut ambularem in mandatis eius, quæ dedit nobis.

19 A die, quæ eduxit patres nostros de Terra Ægypti, vsque ad diem hanc, era-

6 Et congregauerunt argentum, sicut uniuscuiusque potuit manus.

7 Et miserunt in Ierusalem ad Ioachim filium Chelcia, filij Salom sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt apud eum in Ierusalem.

8 In accipere eum vasa domus Domini, quæ ablata fuerant de templo, reducere in terram Iuda, decima Sivanis: vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosia rex Iuda.

9 Postquam domo-transmigrare fecit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & vinctos, & potentes, & populum terræ à Ierusalem, & introduxit eos in Babyloniam.

10 Et dixerunt: Ecce misimus ad vos argentum, & emite argento holocaustomata, & pro peccato, & thus: & facite manna, & afferte super altare Domini Dei nostri.

11 Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & in vitam Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cæli super terram.

12 Et dabit Dominus fortitudinem nobis, & illuminabit oculos nostros, & viuemus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiemus illis dies multos, & inueniemus gratiam in conspectu eorum.

13 Et orate pro nobis ad Dominum Deum nostrum, quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersa ^b ira, & ^c ira eius à nobis vsque in diem istam. ^b exandescencia, furor ^c indignatio

14 Et legetis librum hunc, quem misimus ad vos, ut ^d recitaretis in domo Domini in diebus festiuitatis, & in diebus temporis. ^d pronunticis

15 Et dicetis, Domino Deo nostro iustitia, nobis autem verecundia facierum, sicut dies ista: homines Iuda, & habitantibus Ierusalaim:

16 Et regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & ^e patribus nostris, ^e Majoribus, sic v. 19.

17 Eorum, quæ peccauimus in conspectu Domini, & non credidimus ei.

18 Et non audiuius vocem Domini Dei nostri, ambulare in præceptis eius, quæ dedit secundum faciem nostram,

19 A die, quæ eduxit Dominus patres nostros de terra Ægypti, & vsque ad diem

mus incredibiles ad Dominum Deum nostrum: & dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius.

20 Et adhaeserunt nobis multa mala & maledictiones, quae constituit Dominus Moyse seruo suo: qui eduxit patres nostros de Terra Aegypti dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die.

21 Et non audiuius vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos:

22 & abiuius vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

diem hanc fbimus increduli ad Dominum Deum nostrum, & f extemporanei eramus ad non audiendum vocem eius. f subiti, rultuarij

20 Et adhaeserunt in nos mala, & maledictio, quam constituit Dominus Moyse puero suo in die, qua eduxit Dominus patres nostros de terra Aegypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut dies haec.

21 Et non audiuius vocem Domini Dei nostri, secundum omnes sermones prophetarum, quos misit ad nos.

22 Et ambulauimus vnusquisque in cogitatione cordis sui mali, operari diis aliis, facere mala secundum oculos Domini Dei nostri.



COMMENTARIA.

VERS. 1.

BILII SEDEI.] Graecè filij Afo-
dij. Quidam legunt: filij Afodia.
Alij: filij Chaschabeia. Obseruant,
huius libri inscriptionem nouem
versibus comprehensam tam multis verbis
implicatam esse, vt vix adhuc ipsorum iudi-
cio, fuerit ab vilo explicata. Plerique enim
ad tempora quinti anni post casum Tzidkiiæ,
& excidium vrbs & templi referunt: quod
nobis, cunctis rectè perpensis, non probatur.
verosimilius alij summam ita concipiunt: Ba-
ruchum anno à Iehoiachinis seu Iechoniæ
deportatione quinto versantem in Babylonia,
vt peritus erat scriba, fratribus deportatis
communicato consilio tradidisse exemplum
litterarum, quod ipse exarauerat, vt ad fra-
tres, qui in Iudæa adhuc manserant, mitteretur.
Quarum litterarum summa partibus
duabus comprehenditur: vna est, confessio
peccatorum & deprecatio, à versu 15. huius
Capitis, ad vers. 9. Cap. 3. altera est, officij
ad omnes pertinentis explicatio, ad finem
vsque libri: quæ quidem epistola, eo quòd
longior est, libellus appellatur. Itaque con-
tinentur tria in hoc capite, primum est, in-
scriptio, nouem versibus: secundum, fami-
liare consilium & communicatio deportatæ
multitudinis, versibus quinque: postremum
verò, principium eius libelli, quem Baruch
captiuorum nomine conscripserat.

IN BABYLONIA.] Plerique putant Baruchum abductum in Babyloniã, eo tempore quo Nabuchodonosor quinto anno post deportatum Tzidkiam, & euersam urbem, subacta Cœlesyria, & Hammonitis & Moabitibus perdomitis, Aegyptum hostiliter ingressus repertos ibi Iudæos, inter quos erat Baruch, rursus captiuos Babylonem abduxit, vt narrat Iosephus. 10. Antiquit. 11. Quæ sententia nobis non placet. Franciscus Iunius ait: *Alibi quidem legi non meminimus quando aut quomodo Baruch in Babyloniã profectus sit*

ante deportationem regis Tzidkiiæ: sed tamen si qua coniectura huc afferri potest, probabile est, eum anno quarto regni Tzidkiiæ cum Seraia fratre in Babyloniã profectum esse, sirmeia 51. v. 59.]

IN ANNO QUINTO.] Passim intelligunt, à deportato Tzidkiiæ & excidio vrbs & templi, vt diximus in vers. 1. quod sanè sequentibus non satis conuenit. Rectius alij à deportatione Iechoniæ accipiunt, vt ex illo Ieremiæ loco colligitur: de qua deportatione vide. 2. Reg. 24. 10. & sequentibus.

IN SEPTIMO DIE MENSIS.] Quidam: *Septimo die mensis illius.* Qui mensis fuerit, præcisè ex scripturis statui non potest, sed sequentibus verbis circumscribitur. q. d. præcisè quinto post anno, & eodem tempore, quo capta fuerant Ieruschalaima sub Iechonia. 2. Reg. 24. v. 11. & 12. Aliqui exponunt: *in septimo die mensis primi.*

IN TEMPORE, QVO CEPERVNT CHALDÆI IERUSALEM.] Alij: *eodem tempore quo ceperant Chaldæi Ieruschalaima, nempe sub Iechonia, vt paulo ante dicebamus.*

ET SVCCENDERVNT EAM igni.] Alibi in Scriptura non legitur, quo tempore vrbs à Chaldæis sub Iechonia capta est, ab eisdem fuisse succensam: sed satis superque fuerit diuina Baruchi auctoritas id affirmantis: & planè ita intelligendum erit, ignem quidem à Chaldæis subiectum fuisse, sed eo restincto oppidum conseruatum: alioqui post annos septem arsere Ieruschalaima. 2. Reg. 25. 9. & 2. Paralipom. 36. 19. & Irmei. 52. 13. Nisi quis, inquit, hoc scriptum post deportationem vltimam Tzidkiiæ exaratum putet, & hic per anticipationem ab auctore hanc pericopen positam.

AD AVRES IECHONIAE.] *sive in auribus Iechoniae.* hoc est, audiente Iechonia. Sic deinceps.

VENIENTIS AD LIBRVM.] Graecè *uentis*

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

nientium, seu conuenientium ad *librum*, id est, ad audiendum librum, seu ad lectionem libri.

ET FILIORVM REGVM.] quo nomine principes quoque regiae stirpis appellantur: vt Daniel. 1. 3.

AD FLVMEN SODI.] Graece *super fluium Sad*, vel *Sudi*, Acumen Iunij; *Nisi me, inquit, animus fallit, fluius ille est, qui ex Euphrate deriuatus circumfluit Babyloniam vna ex parte, & in paludes Chaldaicas influit ex quo fluius Sudi tanquam vastati & desolati agri, appellatur: de quo in Genes. 3. ista commentus est: qui Chaldaice dictus est, Nahar-Sares, id est, diductum flumen, sine vt Ptolemaus lib. 5. Cap. 20. vocat, Baar-Sares, Alueus, fossatumue diductum atque distractum, qui Straboni lib. 16. pag. 747. Aborrhias; Ammiano lib. 23. Cap. 21. Marſai; Abydeno apud Eusebium. 4. Preparationis Euangelicae, Cap. 4. Acracanos, quia in paludes abundantes ramis quas *Akrukam* Chaldaei vocant; Plinio denique lib. 6. Cap. 26. Narragas, pro eo quod est *Nahar-ragas*, id est, dimotus & deriuatus fluius. Atque hoc flumen propterea diductum sine diuisum appellatur (id enim sonat *Sares* Chaldaorum lingua) quod in paludes Chaldaicas vniuersim dicitur, deriuatumque huc illuc in eis disperit atque consumitur.] Sed sunt haec omnia nugae, & futiles coniecturae Iunij: quanto satius est, vel ignorantiam fateri, vel ex circumstantiis rerum locorumque existimare *Sud* esse Euphratem, sic dictum, quod vber & plenus mediam Babyloniam permeet, & diductus in fossas operata incolarum agros itriger, & vber reddat, vti Strabo, Plinius, Ammianus eisdem locis tradunt.*

VERS. 5. QVI AVDIENTES PLORABANT, &c.] Alij hunc versum ex Graeco reddunt: 1. *Qui plorabant, ieiunisque vota faciebant Domino.* 2. *Quum flentes ieiunarunt, & voverunt vota coram Domino.*

VERS. 6. ET COLLEGERVNT PECVNIAM, &c.] Alij ex Graeco: 1. *Conferebant autem, prout cuique facultas ad manum erat, argentum.* 2. *Collegerunt pecuniam, prout vniuscuiusque potuit facultas, id est, pecuniam earum oblationum, quae sequentibus verbis exponuntur.*

VERS. 7. ET MISERVNT IN IERUSALEM, &c.] Alij hunc versum ex Graeco reddunt: *Quam miserunt Ierusalaima ad Iehojakimum filium Chulkijae, filij Schallumi sacerdotem, & ad sacerdotes alios, & ad populares omnes, qui praesentes erant cum eo Ierusalaimis.* Hunc Ioacimum quidam sacerdotem summum faciunt, vt fuerat pater eius Chelcias 2. Regum 22. 4. Alij, non summum, sed primarium & principem sacerdotum: nam eo tempore videtur summus Sacerdos fuisse Iehorzadak, 1. Paralipom. 6. 14. 15. vel pater eius Serajah, ibidem, & 2. Reg. 25. 18.

VERS. 8. QVVM ACCIPERET VASA TEMPLI, &c.] Hunc versum sane difficilem, nec satis specie cum historia congruentem quidam ita accipiunt: Postquam Nabuchodonosor Iechoniam & omnes principes Iudae Babylonem adduxisset, vasaque templi aurea abstulisset, 4. Reg. 24. 13. Sedechiam tum Babylone

existentem regem Iudae ab eo creatum; cumque nouus rex in Iehudam rediturus esset, vasa argentea pro aureis in Babylonia fecisset, vt ea secum ad templi ministerium in Ierusalem comportaret. Sensumque versus hunc esse aiunt: Quum accepisset iam ipse Ioacim sacerdos, de quo agebatur, (quem credibile est cum Sedechia Babylone in Iudam rediisse) vasa, quae de templo sublata fuerant, reportanda in Ierusalem: non quidem eadem, neque aurea, qualia abstulerat Nabuchodonosor, sed argentea, qualia fecerat Sedechias. Iunius versusum ita reddidit: *In terram Iehudae die decimo Siuanis, vt accipiens ille restitueret vasa domus Domini, qua elata fuerant e templo, vasa argentea, qua curauit fieri Tzidkija filius Iofchijae rex Iehudae.* [Hic versus, inquit, ex molestissima Synchysi laborat in contextu Graeco, quam nos euidencia causa correximus. Sensus est, deportatos collectam suam Ierusalaima transmisisse, vt sacerdos magnus ex oblatione illa curaret argentea vasa sibi loco aureorum, quae per Nebucadnezarem fuerant exportata, 2. Reg. 24. 13. quod postea auctoritate regis Tzidkijae curatum fuisse dicitur.]

MENSIS SIVAN.] de quo vide in Esther 8. vers. 9.

ET CVNCTOS POTENTES.] Translationem vocum esse volunt, pro, ac potentes quosque vinctos. Legit auctor & vinctos & mihi suspicio incescit ne Graece *desquasat*, legendum sit *diambas*: & dominos & potentes. Quid Graece sit *despota* notum est omnibus. Vide Glossarium Graeco-Barbarum Meursij.

ET DIXERVNT: ECCĒ MISIMVS AD VOS PECVNIAM &c.] Sic alloquebantur deportati Baruchum & legationem totam, quasi cum fratribus, qui in Iehudae erant, egissent coram.

ET FACITE MANNA.] Alij: & conficite munus. illud videlicet, de quo agitur potissimum Leuit. 2: est enim Graece *manna*, pro *minchah*.

ET PRO VITA BALTHASAR FILII EIVS.] id est, nepotis: nam Euilmerodach fuit Nebucadnezaris filius, & huius pater, 2. Reg. 25. 27.

VT SINT DIES ILLORVM, SICVT DIES CAELI SVPER TERRAM.] Quidam: vt sint dies illorum pares diebus caeli independentes terra. Alij: quo atas eorum, euo caeli respondeat in terra. vel traiectione: vt sint dies eorum super terram sicut dies caeli. vide in Psal. 88. 30.

ET INVENIAMVS GRATIAM IN CONPECTV EORVM.] Alij: & consequamur gratiam coram eis. Noto Hebraismo.

ET IN DIE OPTVNO.] Graece, & in diebus temporis. Quidam putant scripsisse Baruchum: & in diebus *WYD moghed*, id est, stationis, stati temporis, solemnitate, vel in diebus solemnibus.

ET DICETIS, DOMINO DEO NOSTRO &c.] Alij hunc versum ex Graeco reddunt: 1. *Ac dicetis, Domino Deo nostro iustitia debetur, nobis autem confusio, seu pudor, vultus, qualis est hodie in homine Iudae, & in incolis Ierosolymae.* 2. *Discetes, Domino Deo nostro iustitia*

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 14.

iustitia, nobis verò confusio vultus inest, prout est hodiernus dies, Iehudeo cuique, & habitatoribus Ieruschalaimorum. Vide similem sententiam Daniel. 9. v. 7. & 8. & infra cap. 2. 6.

VERS. 17. PECCAVIMVS ANTE DOMINVM DEVM NOSTRVM.] Alij ex Græco, Eorum, quæ peccauimus in conspectu Domini. iungendum cum illo vers. 15. nobis autem verecundia facierum, eorum quæ peccauimus. 2. Quia peccauimus, vel propterea quod peccauimus.

ET NON CREDIDIMVS DIFFIDENTES IN EVM.] Alij: morem non gessimus ei. vel, & fuimus ei immorigeri.

VERS. 18. ET NON FVIMVS SVBIECTIBILES ILLI.] Hæc in Græcis non habentur. Quidam hunc versum ex Græco reddunt: Neque auscultauimus voci Domini Dei nostri, ut ambularem in præceptis eius, quæ exposuerat in conspectu nostro.

VERS. 19. ERAMVS INCREDIBILES AD DOMINVM DEVM NOSTRVM, & DISSIPATI RECES- SIMVS NE AUDIREMVS VOCEM IPSIVS.] Alij ex Græco: 1. repugnauimus Domino Deo nostro, & quo minus ei dicto essemus audientes, oblectati sumus. 2. fuimus immorigeri erga Dominum Deum nostrum, eumque paruifecimus, ut non auscultarem voci illius. 3. rebelles fuimus aduersus Dominum Deum nostrum. vel contumaces: ut Daniel. 9. 9. eiusque vocem audire pro nihilo duximus. Verbum *ἠεὶ*

ἠεὶ variè hic exponunt, & vagabamur, negligentes fuimus, parui fecimus, leue duximus leues eramus: temere, improuide, inconsiderate egimus. quod, quæ ex tempore, & tumultuariè fiant, eiusmodi esse soleant.

ET ADHÆSERVNT NOBIS MVLTÀ MALA.] VERS. 20. Græcè: Et adhaeserunt, impacta sunt, agglutinata sunt, in nos mala: Vide Daniel. 9. 11. Quidam reddunt: Quamobrem impacta sunt &c. Alij, Et quamuis adhaeserint &c. Sic infra cap. 3. 4.

SICVT HODIERNA DIE.] Alij: 1. quemadmodum constat hodierno die. 2. ut liquido constat hodie. 3. ut hodierno die. nempe adhuc possidemus beneficio Dei. Nam hæc dicuntur in persona eorum, qui remanserant Ieruschalaimis sub regno Tzidkijæ. Quidam exponunt: sicut est hodierno die. scilicet, lacte & melle manans.

ET ABIVIMVS VNVSQVISQVE IN SENSVM &c.] Hunc versum, alij ex Græco explanant. 1. Sed sui quisque cordis prauis commenta, diis alienis operando, malisque ante oculos Domini Dei nostri perpetrando, sequi sumus. 2. Sed ambulauimus vnusquisque in cogitatione cordis sui nequam, colendo deos alios, & faciendo, quæ mala videntur in oculis Domini Dei nostri. 3. Sed quisque cordis sui prauis cogitationem sequutus est, ut alienos coleremus deos, malaque in oculis Domini Dei nostri committeremus.

CAPVT II.

Iudæi in captiuitate confitentur propter peccata sua contigisse sibi mala quæ Deus per prophetas suos fuerat comminatus: fufis ergo precibus petunt misericordiam, quam per Moysen fuerat pollicitus se resupiscentibus daturum.

Vulg.

Malu.

1 **P**ropter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt Israel, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel, & Iuda:

2 ut adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem secundum quæ scripta sunt in lege Moysi,

3 ut manducaret homo carnes filij sui, & carnes filie suæ.

4 Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro, in improberium, & in desolationem in omnibus populis, in quibus nos disperfit Dominus;

5 Et facti sumus subtrus, & non supra: Maluenda, in libr. Baruch.

1 **T** statuit Dominus verbum suum quod loquutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt Israel: & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad hominem Israel & Iuda:

2 Adducere super nos mala magna, quæ non sunt facta sub omni cælo, sicut factum est Ierusalem, secundum perscripta in Lege Moysi.

3 Comedere nos hominem carnes filij sui, hominem carnes filie suæ.

4 Et dedit eos sub manum omnibus regnis, quæ in circuitu nostro, in opprobrium, & in inuium in omnibus populis, qui in circuitu nostro, quod disperfit eos Dominus illic.

5 Et facti sunt subtrus & non supra: quia

^a desertum, sic v. 23.

BBBBB

quia peccauimus Domino Deo nostro non non obaudiendo voci ipsius.

6 Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hac.

7 Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hac, qua uenerunt super nos:

8 & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, ut reuerteremur unusquisque nostrum à uitiis nostris pessimis.

P Et uigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis, qua mandauit nobis:

10 & non audiuius uocem ipsius ut iremus in præceptis Domini, qua dedit ante faciem uestram.

11 Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de Terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in uirtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste.

12 peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis.

13 Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, ubi dispersisti nos.

14 Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educa nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:

15 ut scias omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius.

16 Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos.

17 Aper oculos tuos, & uide quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à uisceribus suis, dabunt honorem iustificationem Domino:

18 sed anima, qua tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino.

19 Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster:

20 sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in

quia peccauimus Domino Deo nostro ad non ^b audiendum uocem eius.

^b auscultandum uoci

6 Domino Deo nostro iustitia, nobis autem & patribus nostris uerecundia facierum, sicut dies ista.

7 Quæ loquutus est Dominus super nos, omnia mala ista uenerunt super nos.

8 Et non deprecati sumus faciem Domini, reuerti unumquemque à cogitationibus cordis nostri mali.

9 Et uigilauit Dominus super mala, & superinduxit Dominus super nos: qua iustus Dominus super omnia opera sua quæ præcepit nobis.

10 Et non audiuius uocem eius, ut ambularemus in præceptis Domini, quæ dedit secundum faciem uestram.

11 Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu potenti, & in signis, & in portentis, & in uirtute magna, & in brachio excelso: & fecisti tibi nomen, sicut dies ista.

12 Peccauimus, impiè egimus, iniuste fecimus, Dominus Deus noster, super omnibus iustificationibus tuis.

13 Auertatur ira tua à nobis, quia derelicti sumus pauci in gentibus, ubi dispersisti nos illic.

14 Exaudi Domine orationem uestram, & extrahe nos propter te, & da nobis gratiam secundum faciem domo abducentium nos.

15 Ut cognoscat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster: quia nomen tuum inuocatum est super genus eius.

16 Domine respice de domo sancta tua, & cogita in nos: inclina Domine aurem tuam & audi.

17 Et aperi Domine oculos tuos, & uide quia non mortui in inferno, quorum acceptus est spiritus eorum à uisceribus eorum, dabunt gloriam & iustificationem Domino.

18 Sed anima ^c dolens super magnitudine, quæ uadit curua, & ^d debilitata, & oculi eclipsantes, & anima esuriens dabunt tibi gloriam & iustitiam, Domine.

^c moerens, afflicta ^d infirma, languens, defecta uisceribus

19 Quia non super iustificationes patrum nostrorum, & regum nostrorum nos ^e fundimus misericordiam uestram secundum faciem tuam Domine Deus noster.

^e proiciamus, abiicimus

20 Quia immisisti indignationem tuam, & iram tuam in nos, sicut loquutus

manu puerorum tuorum prophetarum, dicens:

21 Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & cervicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris.

22 Quod si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babylonis: defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & a foris Ierusalem,

23 & auferam a vobis vocem incunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio, ab inhabitantibus eam.

24 Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua, qua locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo.

25 & ecce proiecta sunt in calore Solis, & in gelu noctis & mortui sunt in doloribus pessimis in fame: & in gladio, & in emissione.

26 Et posuisti templum, in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hac dies: propter iniquitatem domus Israel, & domus Iuda:

27 Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:

28 Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi in die, qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,

29 dicens: Si non audieritis, vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam inter Gentes, quò ego eos dispergam:

30 quia scio quòd me non audiet populus. populus est enim dura ceruice: & conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis sue.

31 & sciens quia ego sum Dominus Deus eorum, & dabo eis cor, & intelligent: aures, & audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis sue, & memores erunt nominis mei.

32 Et auertent se à dorso duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscuntur viam patrum suorum, qui peccauerunt in me.

33 Et reuocabo illos in terram, quam iuravi patribus eorum, Abraham, Isaac,

Maluenda, In libr. Baruch.

tus^l es in manu^f seruatorum tuorum prophetarum, dicens:

21 Sic dixit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & operamini regi Babylonis, & sedete super terram, quam dedi patribus vestris.

22 Et si non audieritis vocem Domini, operari regi Babylonis;

23 & Eclipsim faciam de ciuitate Iuda, & de foris Ierusalem vocem lætitiæ & vocem gaudij, vocem sponsi, & vocem sponsæ: & erit omnis terra^b in inuium ab inhabitantibus.

24 Et non audiuimus vocem tuam, operari regi Babylonis: & statuisti sermones tuos quos loquutus es in manibusⁱ puerorum tuorum prophetarum, vt transferri ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco eorum.

25 Et ecce sunt proiecta^k caumati diei, & glaciei noctis: & mortui sunt in^l doloribus malis, in fame, & in rhomphæa, & in^m emissione.

26 Et posuisti domum tuam, vbi inuocatum est nomen tuum in ea, sicut dies hæc, propter malitiam domus Israel, & domus Iuda.

27 Et fecisti in nos, Domine Deus noster secundum omnem moderationem iuris tuam, & secundum omnem miserationem tuam magnam.

28 Sicut loquutus es in manu pueri tui Moysi, in die præcipiente te ei scribere legem tuam in conspectu filiorum Israel, dicens.

29 Si non audieritis vocem meam: profecto bombitatio hæc magna, & multa ista conuertetur in paruam in gentibus, vbi dispergam eos ibi.

30 Quia cognoui quòd non audient me, quia populus duræ ceruicis est:

31 Et conuertentur ad cor suum in terra domo-abductionis eorum; & cognoscent, quia ego Dominus Deus eorum, & dabo eis cor, & aures audientes:

32 Et laudabunt me in terra domo-abductionis eorum, & recordabuntur nominis mei.

33 Et auertent se à dorso suo duro, & à malitiis negotiorum suorum: quia recordabor viæ patrum suorum peccantium in conspectu Domini.

34 Et reuertere-faciam eos in terram, quam iuravi patribus eorum, Abraham,

BBBbb 2 ham,

federorum

g Defectio-
nem, defectū

h hæc vestig-
gio

i vt v. 20.

x calori.
æstui, ardori


l in labori-
bus labo-
riosis
m captiui-
tate

& Iacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

34 Et statuam illis testamentum æternum sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum, filios Israel, à terra, quam dedi illis.

ham, & Isaac, & Iacob, & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35 Et statuam eis testamentum æternum, esse me eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo ultra populum meum Israel à terra, quam dedi eis.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



PROPTER QVOD STATVIT DOMINVS &c.] Alij ex Græco: 1. Quapropter re comprobauit Dominus sermonem suum, quem aduersum nos, indicesque nostros, qui iurisdictionem exercuerunt inter Israelitas, tum aduersum reges, & principes nostros, singulosque Israelitas & Indæos pronuntiauit. 2. Ideo præstitit Dominus verbum suum, quod proloquutus erat contra nos, & contra indices nostros, qui indicabant Israelem, & contra reges nostros, & contra principes nostros, denique contra Israelitas, & contra Iehudæos, vide Daniel. 9. v. 12.

VERS. 2.

VT ADDVCERET DOMINVS SVPER NOS &c.] Alij: 1. Eo quod mala magna immisit nobis &c. 2. Se adducturum contra nos mala magna &c. 3. Vt nobis importaret mala magna &c. Vide Daniel 9. 12.

SECYNDVM QVÆ SCRIPTA SVNT IN LEGE MOYSI.] Quidam: quæ planè responderunt iis, quæ scripta sunt in Lege Moysi. Sic Daniel 9. 13. nimirum aduersus eos, qui legem non seruant, Deuteronom. 28. v. 54. & sequent.

VERS. 3.

VT MANDVCARET HOMO &c.] Alij: 1. adeo, ut carnem filiorum suorum & filiarum suarum quidam ex nostris hominibus comederent. 2. Tescituros nos quemque carnibus filij sui, & quemque carnibus filia sua. Vide Lamentation. 2. 20. & 4. 10.

VERS. 4.

ET DEDIT EOS SVB MANV REGVM OMNIVM &c.] Alij: 1. Et reddidit eos subiectos omnibus regnis circumstantibus nos &c. 2. Præterea reddidit eos obnoxios omnibus regnis, quæ circumiecta sunt nobis. 3. Præterea dedit eos in manum seruitutemque regnorum omnium vndique nobis conterminorum. 4. Et dedit nos mancipia omnibus regnis, quæ in circuitu nostro &c.

IN IMPROPERIVM ET IN DESOLATIONEM.] Græcè: in opprobrium & in iniuriam. seu in desolationem iniuriam, inaccessam, in qua nullus aditus accessusque hominibus relictus sit. Quidam reddunt: in errationem, id est, vagi, errantes, palabundi, seu palantes. Sic infra vers. 23.

VERS. 5.

ET FACTI SVMVS SVBTVS ET NON SV-DRA.] Alij: 1. Depressique sunt, nedum euecti. 2. Fueruntque inferiores, ac non superiores.

VERS. 6.

DOMINO DEO NOSTRO IUSTITIA &c.] vide de hoc versu supra cap. I. v. 15.

VERS. 7.

QVIA LOQVTVS EST DOMINVS SVPER

nos &c.] Hunc versum alij ex Græco reddunt: 1. Quæ prædixit nobis Dominus mala, nobis euenerunt omnia. 2. Quæ eloquutus fuerat Dominus contra nos, omnia mala ista superuenerunt nobis.

EI NON SVMVS DEPRECATI FACIEM DOMINI &c.] Alij ex Græco hunc versum conuertunt: 1. Non enim precati sumus faciem Domini, ut auerteret unumquemque à cogitationibus cordis sui nequam. 2. Nec tamen precibus iram Domini placauimus, ita ut à prauis quisque cordis sui cogitationibus conuerteretur. Vide Daniel 9. v. 13.

ET VIGILAVIT DOMINVS IN MALIS &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Idcirco inuigilauit Dominus malis istis, quæ adduxit Dominus super nos. Nam iustus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandauit nobis. 2. Et cum euigilaret Dominus in malis illis, de quibus ad nos mandata dedisset (quia factis suis omnibus iustus est Dominus: dictis tamen eius non auscultauimus, &c. ut sententia cadat in sequentem versum, vide Daniel. 9. v. 14.

ET NON AVDIVIMVS VOCEM IPSIVS, &c.] Alij: Nos verò non auscultauimus vocem eius, ut ambularem in præceptis Domini, quæ exposuerat in conspectu nostro. vide Daniel. 9. vers. 10.

ET FECISTI TIBI NOMEN SICVT EST HODIE.] Alij: 1. & comparasti tibi ipsi nomen prout est hodie. 2. nomenque tibi, quale apparet hodie, peperisti. Vide Daniel. 9. vers. 15.

PECCAVIMVS, IMPIE EGIMVS, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. Et nos quidem, Domine Deus noster, peccauimus, & impie egimus, atque in iuis omnibus iudiciis scelerate-versati sumus. Vide Daniel. 9. vers. 5. Eadem verborum congeries habetur Psalm. 105. 6. quæ, mire exprimit dolorem animi detestantis peccatum. 2. Peccauimus, impie fecimus, iniusti-fuimus, Domine Deus noster, in omnibus statutis tuis. 3. Peccauimus quidem, & impie iniusteque versati sumus in iustis constitutionibus tuis omnibus, Domine Deus noster.

AVERTATUR IRA TVA A NOBIS, &c.] Alij: Auertatur indignatio tua à nobis, quandoquidem reliqui sumus, vel relictus sumus pauci in gentibus, ubi disseminauisti nos. Sic Daniel. 9. 16.

ET EDVC NOS PROPTER TE.] Alij: Et libera

VERS. 8.

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

libera nos, vel extrahere nos propter te. nempe à misera ista captiuitate, & seruitute, in qua sumus. 2. Tuæque causa nos asserere.

VERS. 15. ET DA NOBIS INVENIRE GRATIAM ANTE FACIEM, &c.] Alij: 1. & da nobis gratiam in conspectu eorum, qui nos domo abduxerunt. 2. Gratiamque nobis concilia apud eos, qui nos à patria abduxerunt. 3. Et redde nos gratiosos, apud eos qui nos abduxerunt. 3. Et redde nos gratiosos, apud eos qui nos abduxerunt. 4. Et inde nobis gratiam in conspectu eorum, qui deportauerunt nos.

ET QVIA NOMEN TVVM INVOCATVM EST SVPER ISRAEL, & SVPER GENVS IPSIVS.] Alij: & de nomine tuo vocari Iisraelem, & genus illius. Sic Daniel. 9. 19.

VERS. 16. RESPICE DOMINE DE DOMO SANCTA TVA, &c.] Alij: Respice nos Domine ex ade sanctuarij tui. Hinc patet hæc scripta esse stante adhuc templo, ante casum Tzidkijæ. Nam alia forma loquitur Daniel 9. 17. de euerfo templo.

ET INCLINA AVREM TVAM.] omisit ante hanc, vnam clausulam quam Græca habent. & cogita in nos, vel & cogitationem aduerie in nos. seu atque ad nos atende, inclina, Domine, aurem tuam. id est, suscipe curam & cogitationem nostri. Vide Daniel. 9. 18.

VERS. 17. APERI OCYLOS TVOS.] Sic Daniel. 9. 18.

QVIA NON MORTVI, QVI SVNT IN INFERNO, &c.] Alij: 1. quoniam non mortui, qui sunt apud inferos, quorum assumptus est spiritus ipsorum ex visceribus eorum. siue quorum visceribus euocatus est, seu ablati sunt spiritus eorum, gloriam, laudemque iustitia Domino tribuent. 2. Non enim, qui mortui sunt in sepulcro, quorum receptus est spiritus ex visceribus ipsorum, ij tributuri sunt gloriam & laudem iustitia Domino. 3. neque enim mortui apud inferos, quorum visceribus ademptus est spiritus, gloriam aut iustitiam tibi tribuerint. Hæc sententia habetur Psal. 6. 6. & 113. 26. & Isaia 38. 18.

VERS. 18. SED ANIMA QVÆ TRISTIS EST, &c.] variè hunc versum ex Græco reddunt: 1. Sed super magnitudine corporis, que magnitudo incurua debilitataque incedit, animus mæstus, & oculi deficientes, animaque esuriens gloriam & iustitiam, Domine, tibi dabunt. 2. Sed super magnitudine, qua declinans & labescens abit, id est, super magnificentia & decore Israeli-tico, quod periit, mæstus animus, oculique deficientes, & esuriens anima gloriam tuam, Domine, pradicarint & iustitiam. 3. Sed anima dolens de magnitudine depressa & infirma. seu de magnitudine depressionis & infirmitatis, in qua ambulat; & oculi deficientes, animaque famelica cedent tibi gloriam, & iustitiam, Domine. Quidam hunc sensum ex Græcis eiciunt: Sed animus mærens hominis, qui staturâ ipsa & magnitudine sua corporis, incuruus & debilitatus incedit, nempe vi malorum oppressus & oculi deficientes, &c.

VERS. 19. QVIA NON SECYNDVM IYSTITIAS PATRYM NOSTROYM, &c.] Hunc versum alij ex Græco reddunt: Neque enim recte factis patrum, regumque nostrorum freti, Domine,

apud te supplices, miserabileque preces nostras effundimus. 2. Non enim rectè factorum à maioribus nostris, regibusque nostris nomine effundimus nos miseram deprecationem nostram in conspectu tuo, Domine Deus noster. Vide de hoc versu Daniel. 9. 18.

INCLINATE HVMERVM VESTRYM.] **VERS. 21.** Ita rectè correctiora Græca exemplaria: quædam habent. Inclinate legem vestram. non tam rectè.

ET OPERA FACITE REGI BABYLONIS.] Græcè, operamini. Plerique: seruite. Vide similem sententiam Ieremiæ 27. 11. & 12. Sic vers. 22.

ET SEDEBITIS IN TERRA, QVAM DEDI PATRYBVS VESTRYS.] Quidam: & sedes terra, quam maioribus vestris tradidi, retinebitis. Alij: & confidete in terra, quam dedi maioribus vestris. id est, si non deficientis ab obsequio regis Babylonis, estote certi vos minimè deportatum iri: sed in hac terra vestra cum bona regis venia per mansuros: sic Genes. 20. 7.

QVOD SI NON AVDIERITIS, &c.] **VERS. 22.]** Hos duos versus alij ex Græco reddunt: 1. Sin & 23. est, ut dicto mihi non sitis audientes, ad seruiendum regi Babylonia; abolebo vocem letam & iucundam, vocem sponsæ, sponsæque ex urbibus Iudaicis ac Ierosolymis, terraque tota deserta erit habitatoribus. 2. Quod si non auscultaueritis voci Domini, seruiendo Regi Babylonia; faciam ut deficiat ex ciuitate Iebuda, & extra Ierusalaima, vox letitiae & vox gaudij, vox sponsæ & vox sponsæ, sitque tota terra inuisa, deserta habitatoribus. Vide Ierm. 7. 34.

VT OPERARENTVR REGI BABYLONIS.] Alij: 1. seruiendo Regi Babylonia. 2. ut obsequium seruitiumque regi Babylonia præstaremus. **VERS. 24.]**

ET STATVISTI VERBA TVA.] Alij: 1. itaque re ipsa verba tua comprobasti. vel confirmasti. 2. præstitisti verba tua. VI. 1.

VT TRANSFERRENTVR OSSA REGVM NOSTROYM, &c.] Alij: 1. adde ut ossa regum & maiorum nostrorum locis suis sint eruta. 2. videlicet ut ossa regum, patrumque nostrorum suo ex loco translata aliò deportarentur. 3. fore ut efferrentur ossa regum nostrorum, & ossa maiorum nostrorum, è suo loco. Vide Ieremiæ 8. 1. & 2.

ET ECCE PROIECTA SVNT, &c.] **VERS. 25.]** Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Nam ecce sunt proiecta ad æstum diei & gelu noctis, & mortui sunt in laboribus grauissimis, fame, gladio, atque dissectione. 2. Nam ecce æstui dirino, pruinaque nocturna iacent exposita, & illi per labores diros, per famem, per gladium, perque exilium mortui sunt. 3. En eadem ad ardorem solis glaciemque noctis proiecta iacent: id est, sunt insepulta. illique acerbissimis doloribus, fame, gladio, atque exilio interierunt.

ET IN EMISSIONE.] seu dispersione, dissectione, exilio, captiuitate. quod Ieremias 34. 17. ait, (in commotionem.) nam ad illum Ieremiæ locum respicere hîc videtur Baruch.

ET POSVISTI TEMPLVM, &c.] Alij **VERS. 26.**

hunc versum ex Græco conuertunt. 1. *Domum autem tuam, in qua inuocatum est nomen tuum, redegisti in eum statum, quem hac dies ostendit, propter prauitatem domus Israel & domus Iuda.* 2. *Templum autem de nomine tuo dictum redegisti, quò res declarat hodie, propter domus Israëlita Iudaicæque malitiam.* 3. *Et posuisti domum tuam, qua vocatur de nomine tuo, prout est hodie, propter improbitatem domus Israëlitis & domus Iehude.*

VERS. 27. SECUNDUM OMNEM BONITATEM TVAM.] Græca vox hæc omnia continet: secundum omnem moderationem, benignitatem iuris tuam; secundum omnem aequitatem, clementiam, lenitatem, indulgentiam tuam.

VERS. 29. MULTITUDO HÆC MAGNA CONVERTETUR IN MINIMAM, &c.] Alij ex Græco: 1. sanè magnum hoc examen & frequens ad paucos redigetur inter gentes, quo illos dispersurus sum. 2. utique examen illud magnum ac multum illud conuertetur in numerum paruum, in gentibus, ubi disseminabo eos. 3. profecto turba hæc, vel hæc tanta hominum multitudo, qua quasi examen apum bombat: vox Græca βόμβη, proprie dicitur examen apum à sono, seu bombo quem edit. Festus: [Bombitatio est sonus apum, ab ipso sonitu dictus: sicut mugitus bouum, hinnitus equorum.] ad summam paucitatem redigetur inter gentes, ad quas ego eos dispergam. vide Deuter. 4. 27. & cap. 28. vers. 62.

VERS. 31. ET CONVERTENTUR AD COR SVVM, &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. *Vt respiciant vel in terra peregrinitatis suæ, & me Dominum Deum suum agnoscant: tunc cor dabo eis, ut intelligant, & aures attentas.* 2. *Sed si reuersi ad se ipsos in terra deportationis suæ, agnouerint me esse Dominum Deum ipsorum, me indente ipsis cor, & aures audientes.* Volunt pendere sententiam vsque ad vers. 34. quo & sequente completur.

ET LAUDABUNT ME, &c.] Hunc versum alij ex Græcis reddunt: *Et laudauerint, seu prædicauerint me in terra deportationis suæ, recordantes nominis mei.* 2. *Vt me prædicent in terra exilij sui, ut celebrent nomen meum.*

VERS. 33. ET AVERTENT A DORSO SVO DVRO, &c.] Ex Græco hunc versum conuertunt: 1. *Atque illud suum contumax deponent dorsum, improbaque facinora abiicient, quum in memoriam reuocabunt viam patrum suorum, qui coram Domino peccauerunt.* 2. *Vtque dorsum illud suum contumax deponant, unà cum prauis facinoribus: recordabuntur enim quò euaserint patres eorum, qui peccauerunt in Dominum.* 3. *Et reuersi fuerint ab auersatione humeri sui obdurati, & ab improbitatibus actionum suarum, eo quod recordati fuerint via maiorum suorum, qui peccauerunt coram Domino.*


VERS. 34. ET REVOCABO ILLOS, &c.] Alij hunc versum ex Græco exponunt: 1. *Etiã reducam eos in terram, quam iuratus promisi maioribus ipsorum, Abrahamo, Iuzchako, & Iuhakobo, ut darentur ei; & multiplicabo eos, ac nullo pacto minuentur.* 2. *Et reducam eos in terram, quam iureiurando pactus sum maioribus eorum, Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, ut ea portiantur: tum etiã multiplicabo eos, ut ne diminantur.*

VERS. 35. ET STATVAM ILLIS, &c.] Alij hunc versum ex Græco transferunt: 1. *Fædusque perpetuum inibo cum ipsis, ut ego Deus sim ipsorum, & ipsi mihi populus: nec postea pellam populum Israëliticum à terra, quam ei tradidero.* 2. *Denique constitutam, stabitam, firmabo, eis fædus æternum, me fore ipsis Deum, ut ipsi mihi sint populus; neque amonebo populum meum Iisraelem à terra, quam dederò eis.* Hæc proprie ad Euangelium pertinent: vide Ier. 31. vers. 31. & sequentibus.

CAPVT III.

Perseuerant confiteri peccata sua & patrum suorum, obsecrantes Deum pro misericordia: Israel in captiuitatem ductus est, eò quod dereliquerit viam sapientiæ qua non inuenitur à potentibus, diuitibus, aut gigantibus: sed populo Israel tradita fuerat à Deo, cui omnes suæ creature obediunt: additurque de Christi aduentu in carnem.


Vulg.

1  Tunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te.

2 Audi Domine, & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: quia peccauimus ante te.

3 Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in animum?

Maln.

1  Omne omnipotes Deus Israel, anima in angustiis, & spiritus graui mœrore-affectus clamat ad te.

2 Audi Domine, & miserere, quia Deus misericors es: & miserere, quia peccauimus in conspectu tuo.

3 Quia tu sedens in æuum, & nos pereuntes in æuum.

4 Domine

4 Domine omnipotens, Deus Israël, audi nunc orationem mortuorum Israël, & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, agglutinata sunt nobis mala:

5 Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto:

6 Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine:

7 Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & ut inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te.

8 Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quæ nos disperxisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum secundum omnes iniquitates patrum nostrorum, qui recesserunt à te Domine Deus noster.

9 Audi Israël mandata vitæ: auribus percipe, ut scias prudentiam.

10 Quid est Israël quod in terra inimicorum es?

11 Inueterasti in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendens in infernum.

12 Dereliquisti fontem sapientiæ.

13 Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna.

14 Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax.

15 Quis inuenit locum eius? & quis intravit in thesauros eius?

16 Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?

17 Qui in aëribus celi ludunt,

18 Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum.

19 Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt.

20 Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem disciplina ignorauerunt,

21 Neque intellexerunt semitas eius, neque filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longè facta est:

4 Domine Omnipotens, Deus Israël, audi iam orationem mortuorum Israël, & filiorum peccantium in conspectu tuo, qui non audierunt vocem Domini Dei sui, & adhæserunt nobis mala.

5 Ne recorderis iniustitiam patrum nostrorum, sed recordare manus tuæ, & nominis tui in tempore hoc.

6 Quia tu Dominus Deus noster, & laudabimus te, Domine.

7 Quia propter istud dedisti timorem tuum in cordibus nostris, ut inuocemus nomen tuum, & laudemus te in a domo-abductione nostra, quia conuertimus super cor nostrum omnem iniustitiam patrum nostrorum b peccantium in conspectu tuo.

8 Ecce nos hodie in domo-abductione nostra, quo disperxisti nos ibi, in opprobrium, & in maledictionem, & in c debitionem, secundum omnes iniustitias patrum nostrorum, qui apostatauerunt à Domino Deo nostro.

9 Audi Israël d præcepta vitæ, auribus percipite cognoscere prudentiam.

10 Quid est Israël, quia in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena?

11 Coinquinatus es cum mortuis, reputatus es cum iis qui in inferno.

12 Dereliquisti fontem sapientiæ.

13 Via Dei si ambulauisses, habitasses in pace æuum.

14 Disce ubi est prudentia, ubi est fortitudo, ubi est intellectus, ut scias simul ubi est longæuitas, & vita, ubi est lumen oculorum, & pax.

15 Quis inuenit locum eius, & quis introiit in thesauros eius?

16 Vbi sunt principes gentium, & dominantes bestiis e quæ super terram?

17 In aëribus celi illudentes, & argentum thesaurizantes, & aurum cui considerunt homines, & non est finis acquisitionis.

18 Quia argentum fabricantes, & sollicitè-curantes, & non est inuentio operum eorum.

19 Et f conspectu-ablati sunt, & in infernum descenderunt, alij surrexerunt pro eis.

20 Iuniores viderunt lucem, & habitauerunt super terram: viam autem g scientiæ non agnouerunt.

21 Neque intellexerunt semitas eius, neque susceperunt eam: filij eorum à via eius h longè facti sunt.

a transmigratione. sic v. 8.

b qui peccauerunt

c debitum

d mandata, iusta

e terrestribus

f Delecti, obscurati, obliterati, deformati sunt

g peritiæ artis

h pond

22 Non est audita in Terra Chanaan neque visa est in Theman.

23 Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, qua de terra est, negotiatores terra, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentia, & intelligentia: viam autem sapientia nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.

24 O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!

25 Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus.

26 Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum.

27 Non hos elegit Dominus, neque viam disciplina inuenerunt: propterea perierunt.

28 Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.

29 Quis ascendit in calum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus?

30 Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & attulit illam super aurum electum?

31 Non est qui possit scire vias eius: neque qui exquirat semitas eius:

32 Sed qui scit vniversa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia sua: qui praparaui terram in aeterno tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus.

33 Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, obedit illi in tremore.

34 Stella autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatae sunt:

35 Vocatae sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum incunditate, qui fecit illas.

36 Hic est Deus noster, & non aestimabitur alius aduersus eum.

37 Hic adinuenit omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo.

38 Post hac in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

22 Neque audita est in Chanaan; neque visa est in Theman.

23 Neque filij Hagar exquirentes intelligentiam^k qui super terram, mercatores Meran, & Theman, & mythologi, & examinatores, intelligentia: viam autem sapientia non agnouerunt, neque recordati sunt semitas eius.

24 O Israel; quam magna domus Dei, & oblongus locus possessionis eius?

25 Magnus & non habet finem, excelsus & immensus.

26 Illic fuerunt gigantes nominati à principio existentes permagni, scientes bellum,

27 Non istos elegit Deus, neque viam scientia dedit eis, & perierunt eo quod non haberent prudentiam: perierunt propter consilij-inopiam eorum.

28 Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus?

29 Quis transiuit trans mare, & inuenit eam, & afferet eam auro electo?

30 Non est cognoscens viam eius, neque qui consideret semitam eius.

31 Sed sciens omnia, cognoscit eam, adinuenit eam intelligentia sua qui praparaui terram in æuiternum tempus, adimpleuit eam iumentis quadrupedibus.

32 Qui mittit lucem & proficiscetur: vocauit eam & obediuit ei tremore.

33 Stellæ autem splenduerunt in custodiis suis, & lætatae sunt.

34 Vocauit eas, & dixerunt, Adsumus: splenduerunt cum lætitia facienti eas.

35 Iste Deus noster, non aestimabitur alius ad eum.

36 Inuenit omnem viam scientia, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo.

37 Post istud in terra visa est, & in hominibus conuersata est.

ⁱ Hagareni
^k eorum,
que

^m incogitantiam, impudentiam, imeritatem, amentiam, stultitiam

ⁿ auri electi

^o animaduertens
^p comparauit

^q reputabitur, ratiocinabitur.

^r passiuè

^s seruo



COMMENTARIA.

VERS. 1.



NIMA IN ANGVSTIIS.] Alij: *anima in angustiis posita, seu versans: Quidam: animus contractus.*

ET SPIRITVS ANXIVS.]

Græcè, & *Spiritus graui mœnore, seu angore & sollicitudine affectus, siue laborans.*

VERS. 3.

QVIA TV SEDES IN SEMPITERNVM, ET NOS PERIBIMVS IN ÆVVM?] Alij: *Tu enim degis ævum, nos verò vitam auertimus. 2. Tu enim sedes, in sæculum, nos verò an periemus in sæculum? 3. Tu enim in æternum permanes, nos verò perimus in perpetuum.* Hæc, inquit, ratio fragilitatis humanæ, mortalitate cum æternitate Dei comparata maximam ad orandum habet vim Itaque in Plalmis, atque aliis locis Scripturæ ea adhibetur: habet enim humilem confessionem humanæ conditionis.

VERS. 4.

AVDI NVNC IN ORATIONEM MORTVORVM ISRAEL.] Alij: 1. *Exaudi quæso preces mortuorum Israelitarum. 2. Exaudi iam orationem mortuorum Iisraelitarum.* Nempe in peccatis, vt loquitur Apostolus Ephesior. 2. 1. quod sequentium verborum exegesis docet: nam de his, qui vita functi sunt, accipiendum negat ipse Baruch, supra cap. 2. 17. Vel *mortuorum*, id est versantium in morte præsentissima, vt infra vers. 11. Sed aptè & verè possit accipi de mortuis Sanctis Patribus, qui pro populo in altera vita orabant: vt 2. Machabæor. 15. 14. Sed Caluinistæ Iunio Catholica expositio non congruebat: vide Ierem. 15. v. 1.

ET FILIORVM IPSORVM, QVI PECCAVRINT ANTE TE.] Quidam: & *filiorum eorum, qui peccant coram te.* Hæc posterior clausula: *qui peccant coram te*, potest referri & ad patres, & ad filios: quod est iectius: Alij: & *filiorum, qui peccauerunt in te.* Nonnulli: id est, *filiorum, qui peccant coram te.*

ET NON AVDIERVNT VOCEM DÛMINI DEI SVI.] Alij: 1. *qui non auscultauerunt voci Domini Dei sui. 2. monitisque Domini Dei sui non paruerunt.*

ET AGGLVTINATA SVNT NOBIS MALA.] Alij: & *impacta sunt &c. 2. vnde nobis adherent hæc mala. 3. quamobrem malis sumus implicati.* Vide supra cap. 1. 20.

VERS. 5.

SED MEMENTO MANVS TVÆ.] id est, virtutis & potentia,

VERS. 7.

QVIA PROPTER HOC DEDISTI &c.] Alij hunc versum è Græco reddunt: 1. *(Nam propterea indidisti cordibus nostris timorem tui ad innocendum nomen tuum) & laudabimus te in loco deportationis nostræ, quandoquidem reuocauimus in animum nostrum totam iniquitatem maierum nostrorum, qui peccauerunt coram te.* Hæc omnia respiciunt ad promissionem; quæ ex Deuteronomio posita est supra cap. 2. 29. & sequentibus. 2. *Nam ideo terrore tuo corda nostra perculisti, vt nomen tuum*

Málnenda, in libr. Baruch;

inuocaremus, & te laudaremus in exilio nostro vt qui omnem iniustitiam parentum nostrorum qui in te peccauerunt, animo recoluerimus.

ET ECCE NOS IN CAPIVITATE NOSTRA SVMVS HODIE, &c.] Alij ex Græco hunc versum efferunt: 1. *Ecce nos in exilio nostro sumus hodie, quò nos dispersisti, opprobrio, maledictis, & debitis-obnoxios, iuxta omnem iniustitiam patrum nostrorum, qui à Domino Deo suo defecerunt. 2. Ecce nos hodie in deportatione nostrâ, vbi disseminavisti nos, probro, & execratione, ac exactione infesti sumus, secundum omnes iniquitates maiorum nostrorum.*

AVDI, ISRAEL, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. *Audi, Israel, præcepta vitæ, atque ad prudentiam cognoscendam aures præbete. 2. Audi, ô Israelita, præcepta vitalia, auresque adhibete percipiendæ sapientiæ. 3. Audi, Israel, mandata vitæ, auribus percipite, vt cognoscatis prudentiam.* Altera pars litterarum seu libelli huius, vt diximus supra cap. 1. v. 1. qua Iisraelitis gratia à Deo oblata exponitur, hoc capite & principio sequentis: deinde ad obsequium & fidem reuocantur; reliquo libello.

QVID EST, ISRAEL, QVOD &c.] Alij: 1. *Vnde est, Israelita, quòd in hostili terra degis, quòd in peregrina regione consenuisti? 2. Quid est, Iisrael, cur verferis in terra inimicorum, consenueris in regione aliena?*

COINQVINATVS ES CVM MORTVIS &c.] Alij: 1. *Quòd mortuorum commercio pollutus es, quòd inferos petentibus es annumeratus? 2. inquinatus, contaminatus, habearis cum mortuis, reputeris inter eos, qui sunt in sepulchro?* Fuit enim in illa captiuitate quasi mortuus, & in Babylonia quasi in sepulchro quodam. Hac forma loquendi solent Hebræi significare extremas calamitates, & quasi desperatam salutem.

DERELIQVISTI FONTEM SAPIENTIÆ.] Nempe Deum, seu legem Dei, ex qua sapientia in homines erat manatura vt ipse narrat toto capite reliquo, & concludit disertis verbis principio capitis 4.

IN PACE SVPER TERRAM.] Sic olim legebatur; iam nunc Ecclesiæ auctoritate restituta est vera lectio, *in pace sempiterna.* alij: *in pace aterna.* id est, prosperitate, felicitate &c.

DISCE VBI SIT PRVDENTIA &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: *Disce vbi sit prudentia, vbi sit robur, vbi sit intelligentia, vt cognoscas pariter, vbi sit longanitas ac vita, vbi sit lux oculorum, & pax.* Ergasia præcedentis sermonis de præceptis vitæ & prudentiæ ad vitam consequendam, quasi dicat, iam ex tuis calamitatibus cognosce, non esse vitam, prudentiamque in manu aut industria hominum; neque in corporum vastitate: sed à Deo accipiendam esse: ac non esse quidem in manu hominum industriaque, ostenditur vsque ad

CCCC

vers. 24

vers. 24. non esse penes homines proceros, usque ad vers. 3. sed penes Deum esse docetur, sequentibus. Vtrique autem prudentiæ, inquam, ac vitæ adiunguntur attributa duo, hoc versu; ad exornationem pertinentia.

VERS. 15.

QVIS INVENIT LOCVM EIVS &c.] Alij hunc versum exponunt, *Quis inuestigavit sedem eius? aut quis in thesauros ipsius penetravit? Nempe, quis hominum: qui aut potestate freti sunt, vers. 16. & tribus sequentibus; aut exemplis, vers. 20. 21. aut industria & arte, vers. 22. & 23.*

VERS. 16.

QVI IN AVIBVS CÆLI LVDVNT &c.] Quidam hunc versum reddunt, 1. *Qui aues cæli ludos faciunt, qui recondunt thesauros argenti & auri, quo fidunt homines, nec acquirendi finem faciunt.* 2. *Qui volucris cæli illudunt & argentum recondunt atque aurum, cui confidunt homines, quorum denique non est finis possessionis. seu, innumera est possessio.* 3. *Qui aibus cæli ad ludos iocosque suos abutuntur, qui recondunt thesauros argenti atque auri, quo homines maxime confidunt, nec vllum acquirendi finem faciunt. Qui in aibus cæli ludunt. Alij: Qui aibus cæli illudunt, scilicet aucupio capientes eas, vel ipsas captas in deliciis habentes. earum cantu, vel forma, vel raritate sese oblectantes: vt passim facere videmus potentes.*

VERS. 18.

QVI ARGENTVM FABRICANT, &c.] Hunc & sequentem versum coniungunt, redduntque: 1. *Nam qui argentum fabrefaciunt, & curant sollicitè, & quorum non est peruestigatio operum, siue & quorum opera non possunt peruestigari, deleti sunt, & in sepulcrum descenderunt, aliique extiterunt pro eis.* 2. *Nam argenti fabricatores illi studiosissimi, nondum confectis operibus suis extincti sunt, & inferos petierunt, exortis in locum eorum aliis.*

Qui argentum fabricant, id est, vel congerunt, comparant, corradunt, vt diuites, vel ex eo varia opera fabrefaciunt, nempe diuersa vasa & instrumenta ex argento. vel ex argento monetam vel pecuniam cudunt. Quidam reddunt: Argenti enim pecuniaque fabricatores.

ET SOLICITI SVNT.] Græcè. & curantes-sollicitè, vel anxie. Aliqui reddunt: *qui ea summa cura sollicitudineque parant.*

NEC EST INVENTIO OPERIS ILLORVM.] Variè aliq ex Græco: 1. *nec est exco-gitatio, seu animi comprehensio operum ipsorum. vel & non est peruestigatio operum eorum, seu & quorum opera non possunt peruestigari.* 2. *que nec cogitatione quidem comprehendi possunt. q.d. tanta est amplitudo diuitiarum opumve eorum, vt nemo eam animo suo complecti queat.* 3. *nec est inuentio operum illorum. id est, non amplius inueniuntur opera eorum, sed dispereunt & è medio abeunt.* 4. *& non est lucrum, emolumentum operum illorum. id est, nihil lucri aut emolumentum ex operibus suis percipiunt. Sic enim vocem Græcam interdum vsurpari notant, nam quod inuenitur, in lucro ponitur.* 5. *nondum confectis operibus suis. & cum sequentibus neclunt, Extincti sunt, & cætera.*

VERS. 19.

EXTERMINATI SVNT, &c.] Alij hunc

versum reddunt, 1. *Iam euauerunt, ad inferosque descenderunt, aliique in eorum locum successerunt. quod reipsa fieri videmus.* 2. *Extincti sunt, & inferos petierunt, exortis in locum eorum aliis.* 3. *Deleti sunt, & in sepulcrum descenderunt, aliique extiterunt pro eis.*

VERS. 20.

IVVENES VIDERVNT LVMEN, &c.] Alij ex Græco hos duos versus elucidant, 1. *Iuniores lucem quidem aspexerunt, id est, iuniores: qui extinctis illis, de quibus superiore versu, successerunt, hanc quidem vitam vixerunt, vt Iob 3. vers. 16. & 33. vers. 28. & terram incoluerunt; sed ignorauerunt viam scientiæ: Non obseruauerunt semitas ipsius, nec eam exceperunt, filiique ipsorum procul abfuerunt ab itinere eius.* 2. *Iuvenes quidem hanc lucem aspexerunt, atque habitaueruntque super terram: viam verò scientiæ non cognouerunt: Neque intellexerunt semitas eius, nec filij eorum eam sunt amplexi, longè ab ea abfuerunt.* Commemorati quidam hinc putant aliud genus hominum à superiore, qui nimirum suauiter hac vita perfruuntur, sed sapientia iucundissima animi luce destituuntur. 3. *Iuniores viderunt lucem habitantes in terra, sed viam scientiæ non agnouerunt: Neque intellexerunt calles eius, neque susceperunt eam filij eorum; à via eius procul abfuerunt.* Ac si dicat, nihilo meliores fuerunt iuniores, qui superioribus illis successerunt. Quidam postrema verba cum vulgato Interprete ex Græcis ita restituant: *à via eorum procul facta est. scilicet, scientiæ.*

VERS. 22.

IN TERRA CHANAAN.] Chanaanos, seu Syro-Phœnices intelligunt, primos litterarum & theologiæ inuentores, apud Eusebium lib. 1. Preparationis Euangelicæ. lib. 7. & lib. 10. cap. 2.

IN THEMAN.] Themanitæ olim celebres sapientiæ nomine fuere: vide Ieremiæ 49. v. 7. Sic versu sequente.

FILIJ AGAR.] De quibus vide in Psal. 82. 7. & in Genes. 37. 25. VERS. 23.

NEGOTIATORÈS MERRHÆ.] Græcè. mercatores Meran. Variè explanatores diuinant de hoc loco. Aiunt esse vel regionem, aut oppidum, vnde ortus fuit Iechdejahu Merobites, 1. Paralipom. 27. 30. & Iosue 11. 5. vel Maara Sidoniorum, de qua Iosue 13. 4. quod Sidonij insignes negotiatores essent. Sed mirum est hinc Sidonios cum Themanais iungi. Iunius insita audaciâ in Græcis pro Meran, Medan, seu Midjan substituit, redditque: mercatores Medanai. de quibus Genes. 37. 28. & 36. Sane Hebræis Daleih & Resch propter similitudinem facile permutantur. vt Medan, Meran: vide 1. Palip. 1. v. 6.

ET FABVLATORÈS.] Græci. & mythologi. id est, fabularum enarratores, interpretes, explanatores, elucidatores, vel scriptores, qui morales fabulas ad informandam hominum vitam vel componebant, aut compositas explicabant, qualis Æsopus fuit, aut quisquis earum fabularum, quæ nomine eius circumferuntur, auctor extitit. Nam ij non solum sapientes, sed etiam theologi habebantur: vnde genus illud theologiæ, apud veteres natum est, quod mythologicum, id est, fabulosum appellabant, quo rerum diuinarum expositiones fabulis

fabulis adumbrabant, de quo Plutarchus lib. 1. de Placitis philosophorum, cap. 6. Eusebius lib. 3. Præparationis Euangelicæ, cap. 2. & 3. & in Præfatione lib. 4. & fusè S. Augustinus ex Varrone, lib. 6. de Ciuitate Dei, cap. 5. 6. & 7. Hinc Mythologica Palæphatj & Fulgentij, quæ hodieque extant. Iunius solemnè sua argutia reddit: & rhetores. [Sic interpretamur, inquit, Græcam Mythologorum vocem, ex antiqua significatione μῦθος, id est, verbi, sermonis, dicti; nam Themanci ubique in Scriptura Sapientia nomine celebrantur, quæ ex Philosophorum omnium consensu, in verbis & rebus sita est.]

ET EXQUISITORES INTELLIGENTIÆ.] Alij ex Græco: 1. caterique prudentia conquistores. 1. & scrutatores intelligentiæ. 3. prudentia licet exploratores. Vox Græca propriè est. examinatores, probatores, tentatores, exquisitores, scrutatores, peruestigatores, exploratores, æstimatores, comparatores.

NEQUE COMMÉMORATI SVNT SEMITAS EIVS.] Alij: 1. neque recordati sunt calles eius. 2. haud callium eius meminerunt. 3. nec in memoria semitas eius habuerunt. Vox Græca propriè significat semitam à viatoribus tritam, callem.

VERS. 24. ET INGENS LOCVS.] Græcè. & oblongus, prolixus, procerus, amplus, longè patens, spatiosus locus, &c.

VERS. 25. MAGNVS EST, ET NON HABET FINEM, &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Locus magnus est & infinitus, excelsus atque immensus. 2. Quam amplus est & infinitus, altus & immensus. 3. Magna, adeo ut infinita sit: alta, adeo ut immensa. Nempe dignitate & præstantia, quia in ea solum sapientia & vita emicant, vt ostenditur Deuter. 4. vers. 6. & sequentibus; & 30. 15. Domum & possessionem Dei vocat, vt quidam volunt, vel terram, vel omnem ditionem Dei, in qua imensa & infinita eius sapientia elucet.

VERS. 26. IBI FVERVNT GIGANTES, &c.] Hunc versum variè ex Græco conuertunt: 1. Ibi fuerunt gigantes, homines iam inde ab initio nobiles, sublimes, proceri, seu ingenti corporis magnitudine præditi, reique bellicæ scientissimi. 2. Ibi exiterunt gigantes illi iam inde ab initio nobiles, ingentes, artisque bellicæ periti. 3. Illic fuerant gigantes illi nominati, qui principio erant permagni, periti rei militaris. Alter locus amplificationis ab hominum magnitudine, vt dictum est in vers. 14. de quibus Genes. 6. simile argumentum vide Iob 28.

VERS. 27. INTERIERVNT PROPTER SVAM INSIPIENTIAM.] Quidam reddunt: perierunt propter vacuitatem consilij, ex qua laborabant.

VERS. 28. ET ACCEPIT EAM.] Alij: & comprehendit illam? 2. eamque adeptus est? Confer hunc locum cum Deuter. 30. 12. Ibi dicitur diuina sapientia seu doctrina captu facilis, Dei gratia. hic difficilis, viribus humanis.

VERS. 29. QVIS TRANSFRETAVIT MARE, &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Quis traiecit mare, qui inuenit eam, auroque puro comparavit? vel, vt inde eam potius quam aurum electum asporret? 2. Quis traiciens mare inuenit eam, & allaturus est eam pro auro lectissimo?

Maluenda, In lib. Baruch.

NEQUE QUI EXQUIRAT SEMITAS EIVS.] Alij ex Græco: 1. non, qui animum adneriat ad callem eius. 2. haud, qui callem eius perpensum habeat. 3. nec, qui animo semitam illius comprehendat. Verbum Græcum propriè significat, in animo versare, volutare, animo-concipere, animaduertere, considerare, expendere, reputare.

SED, QUI SCIT VNIVERSA, NOVIT EAM, &c.] Alij hunc versum è Græco edunt: Sed, qui nouit omnia, vel cui nota sunt omnia, is cognoscit eam, inuenit eam intelligentia sua: qui comparauit, seu stabiluit terram in æternum tempus, qui impleuit eam inmentis quadrupedibus.

QUI EMITTIT LVMEN ET VADIT, &c.] Hunc versum alij ex Græco conuertunt: 1. Qui quum lucem emittit, ea progreditur, quum reuocat eandem, cum tremore ei obsequitur. 2. Quo emittente lumen procedit, vadit, & tremendum obsequitur reuocanti. 3. Quo mittente lucem abit, reuocante obsequitur ei tremens.

STELLÆ AVTEM, &c.] Hunc versum ex Græco reddunt, 1. stella verò suis in stationibus. vel in custodiis suis. id est, locis, vnicuique tanquam militi, assignatis: sunt enim à Deo ordinatæ, & quasi milites in statione ita collocatæ vt ad imperium summi ducis Dei præsto sint: vnde passim in Scriptura militia, seu exercitus cælorum appellantur. luxerunt, latatæque sunt. 2. stella ipse splenduerunt in stationibus suis; latantes. 3. stella vero relucentes in stationibus suis hilares fuerunt.

VOCATÆ SVNT, &c.] Alij hunc versum reddunt, 1. Simulatque ab eo sunt vocatæ, dixerunt, Præsto sumus: ac cum letitia suo luxerunt creatori. 2. Quas si vocet, Adsumus, aiunt: suoque creatori fulgent cum letitia. 3. Quo vocante dixerunt, Adsumus: splenduerunt cum letitia coram factore suo.

HIC EST DEVS NOSTER, &c.] Alij: 1. Hic est Deus noster, neque est alius, qui cum ipso comparetur. 2. Hic est Deus noster, cui non est comparandus alius. 3. Is Deus noster est, non æstimatur alius cum ipso comparatus.

ADINVENIT OMNEM VIAM DISCIPLINÆ, &c.] Hunc versum nonnulli accipiunt de lege & doctrina Dei populo Israëlítico à Deo data in monte Sinai, quæ veram sapientiam & scientiam Dei contineret. Alij, vniuersè de vera scientia & cognitione Dei hominibus à Deo inspirata.

POST HÆC IN TERRIS VISVS EST, ET CVM HOMINIBVS CONVERSATVS EST.] Græca possunt referri masculinè ad Deum, Post hoc in terris visus est, & inter homines conuersatus est. vel femininè ad Sapientiam Dei: Postea in terra visa est, & inter homines ea conuersata est. vel quæ deinde comparuit in terra, & egit inter homines. Quidam istud de lege data in Sinai exponunt. Vnde Hispanicus Interpres: Despues que el dio se ley y palabra à su pueblo, hay sabiduria entre los hombres: antes no. Sed non est dubium, quin Æternum Dei Filium in carne reuelatum intelligat; is enim est Patris Sapientia, per quam & in qua vniuersa sunt condita: qui

postquam Patribus in Sinai legem dedisset, indutus carne humana, & homo factus in mundo visus est, & cum hominibus conuer-

atus est, ab iisque contrectatus Ioan. i. v. erf. 14. & i. Ioan. i. v. 1. Quam explanationem probat Patrum consensus.

CAPVT IV.

Ierusalem suam luget desolationem, hortaturque filios suos vt forti sint animo: nam sicut propter ipsorum peccata Deus eos tradidit aduersariis, ita eis liberatis puniet hostes ipsorum.

Vulg.

Malu.

Ic liber mandatorum Dei, & lex, qua est in eternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem.

2 Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.

3 Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienae.

4 Beati sumus Israel: quia quae Deo placent, manifesta sunt nobis.

5 Anima quior esto populus Dei, memorabilis Israel.

6 Venundati estis Gentibus non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Deum, traditi estis aduersariis.

7 Exacerbastis enim eum qui fecit vos, Deum eternum, immolantes demoniis, & non Deo.

8 Obliti enim estis Deum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem.

9 Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum.

10 Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam superduxit illis aternus.

11 Nutriui enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu.

12 Nemo gaudeat super me viduam; & desolatam: à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei.

13 Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt.

14 Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum, & filiarum

S Liber praeceptorum Dei, & lex^a existens in æuum: omnes obtinentes eam, in viam: & derelinquentes eam morientur.

2 Conuertere Iacob & apprehende eam: ambula ad splendorem in conspectu lucis eius.

3 Ne des alteri gloriam tuam, & conferentia tibi, genti alienae.

4 Beati sumus Israel quia^c placita Deo, nobis cognita sunt.

5 Confidite popule meus, memosynon Israel.

6 Venundati estis gentibus non in perditionem: propterea quod autem irritauistis vos Deum, traditi estis aduersariis.

7 Exacerbastis enim facientem vos, sacrificantes dæmoniis & non Deo.

8 Obliti autem estis generantem vos Deum æternum: dolore affecistis autem & nutrientem vos Ierusalem.

9 Vidit enim aduenientem vobis iram à Deo, & dixit, Audite parœciæ Sion, superinduxit mihi Deus luctum magnum.

10 Vidi enim captiuitatem filiorum meorum & filiarum quam superinduxit eis Æternus.

11 Nutriui enim illos cum læticia, dimisi autem illos cum fletu & luctu.

12 Nemo supergaudeat mihi viduæ & derelictæ à multis, desolata sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei.

13 Iustificationes autem eius non agnouerunt, neque ambulauerunt vias praeceptorum Dei, neque semitas disciplinæ in iustitia eius ascenderunt.

14 Veniant parœciæ Sion, & memorate captiuitatem filiorum meorum,

meorum quam superduxit illis aternus.

15 Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & aliterius lingua.

16 Qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miseri sunt, & abduxerunt dilectos vidua, & à filiis unicam desolauerunt.

17 Ego autem quid possum adiuuare vos?

18 Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum.

19 Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum sola.

20 Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimum in diebus meis.

21 Animaquiores estote filij, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum.

22 Ego enim speravi in aeternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, qua veniet vobis ab aeterno salutaris nostro.

23 Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & incunditate in sempiternum.

24 Sicut enim viderunt vicina Sion captiuitatem vestram à Deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo, qua superueniet vobis cum honore magno, & splendore aeterno.

25 Filij patienter sustinete iram, qua superueniet vobis, persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes.

26 Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis.

27 Animaquiores estote filij, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos.

28 Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.

29 Qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis sempiternam incunditatem cum salute vestra.

30 Animaquior esto Ierusalem, exhortatur enim te, qui te nominauit.

31 Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur.

& filiarum quam superinduxit illis Aeternus.

15 Superinduxit enim gentem super illos è longinquo, gentem impudentem & alienae linguae.

16 Quia non erubuerunt senem, neque puerum miseri sunt: & abduxerunt dilectos viduae & à filiabus vni-desertam fecerunt.

17 Ego autem quid possum adiuuare vos?

18 Qui enim superinduxit vobis mala, ^m eripiet vos de manu inimicorum vestrorum.

19 ⁿ Vadite filij, vadite, ego autem derelicta sum deserta.

20 Exui stolam pacis; indui autem sacco deprecationis meae, clamabo ad Aeternum in diebus meis.

21 Confidite filij, boate ad Deum, & eripiet vos de potentatu, de manu inimicorum.

22 Ego enim iam speravi in Aeterno salutem vestram, & venit mihi læticia à Sancto, super misericordia, quæ veniet vobis in ^o velocitate ab aeterno Salvatore nostro.

23 Emisi enim vos cum luctu & fletu: reddet autem mihi Deus vos cum gaudio, & læticia, in ^p æuum.

24 Sicut enim nunc viderunt parcia Sion vestram captiuitatem sic videbunt in velocitate, quæ à Deo vestro salutem, quæ superueniet vobis cum gloria magna & splendore ^q aeterno.

25 Filij longanimiter ferte à Deo superuenientem vobis iram: persecutus est enim te inimicus tuus, & videbis eius ^r perditionem in velocitate, & super colla eorum ascendes.

26 ^f Delicati mei ambulauerunt vias asperas, sublatis sunt sicut grex direptus ab inimicis.

27 Confidite filij, & boate ad Deum, erit enim vestri ab superinducente memoria

28 Sicut enim fuit cogitatio vestra vt seduceremini vos à Deo, decuplate conuersi quærere eum.

29 ^u Nam superinducens vobis mala, superinducet vobis aeternam læticiam, cum salute vestra.

30 Confide Ierusalem, consolabitur te, qui nominauit te.

31 Miseri, te malo-afficientes, & ^x superlatantes ^y tuæ ruinae.

^m exemptus est

ⁿ Ambulate, abite

^o celeritate sic v. 24. & 25.

^p æternum

^q Aeternità Dei

^r exitium, interitum
^f Deliciae meae
^t scabrosas, confragosas, salebrosas

^u Qui enim superinducit

^x supergaudentes, insultantes ^y tuo casu. sic v. 33.

32 Ciuitates: quibus seruiuerunt filij tui, punientur; & qua accepit filios tuos.

33 Sicut enim ganisa est in tua irruina, & lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione.

34 Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.

35 Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à demoniis in multitudine temporis.

36 Circumspice Ierusalem ad orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem.

37 Ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab oriente usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

32 Misere ciuitates quibus seruiuerunt filij tui: misera quæ accepit filios tuos.

33 Sicut enim lætata est super tua ruina, & oblectata est in casu tuo, sic dolore afficietur in sua ipsius a desertitudine.

34 Et amutabo eius exultationem multitudinis, & b gloriatio eius erit in luctum.


35 Ignis enim superuenit ei ab æterno in dies longos, & cohabitabitur à demoniis multum tempus.

36 Circumspice ad orientem Ierusalem, & vide lætitiā à Deo tibi venientem.

37 Ecce veniunt filij tui quos emisisti, veniunt congregati ab oriente usque ad occidentem, dicto Sancti, lætantes Dei gloria.

a super sic
max
a desolatio-
ne, solitu-
dine

b superbia,
jactantia



COMMENTARIA.

VERS. 1.



IC LIBER MANDATORVM DEI, &c.] Exponunt, id est, sapientia, de qua superiore capite disserui, nihil aliud est quam liber mandatorum Dei, & lex ipsa hominibus à Deo data; vt dicitur Deuteronom. 4. 7. Iunius annotat: [Hac verba omnino cum superioribus coniungenda sunt: vt pessimè distributa sunt per multis locis capita.] Sic iste pessimè solet pro suo iudicio capita dilacerare. Sed hic satis aptè.

ET LEX, QUÆ EST IN ÆTERNVM.] Alij: 1. & lex in æternum duratura. 2. & lex subsistens in saculum.

OMNES QUI TENENT EAM.] Græcè, omnes obtinentes, continentes, valide & firmè prehendentes eam, vel potentes eam.

PERVENIENT AD VITAM.] Alij: 1. vitam ingressi sunt. vel ingredientur. 2. ad vitam pertinent.

VERS. 2.

AMBULA PER VIAM AD SPLENDOREM EIVS CONTRA LUMEN EIVS.] Alij ex Græco: 1. atque ad splendorem in lumine eius ambula. 2. perge obuiam lumini eius ad claritatem. 3. perge ad splendorem coram lumine eius. 4. Hispanicus Interpres: y camina en su luz. al splendor de ella.

VERS. 3.

NE TRADIDERIS ALTERI GLORIAM TVAM, &c.] Alij: 1. Gloriam tuam ne cesseris alijs, nec commoda tua genti alienæ. 2. Ne cedas alteri gloriam tuam, & genti alienæ ea, quæ conferunt tibi. Legem intelligunt, quæ gloria erat & decus, atque vnicum commodum gentis Israëliticæ.

VERS. 5.

ANIMÆQUIOR ESTO POPVLVS DEI, MEMORABILIS ISRAEL.] Alij: 1. Bono este animo populares mei, monumentum Israelis. i. Bono esto animo, popule mi, monumentum Israelis: id est, tenes reliquiæ Israëlitarum,

quæ nunc tantum quoddam veluti monumentum estis, vestigiumque populi, si cum priore frequentia comparemini.

VIDIT ENIM IRACVNDIAM A DEO VENIENTEM VOBIS.] Alij: 1. vidit enim vindictam à Deo importam. 2. vidit enim, qua vos inuasit ira Diuina. 3. videns enim superuenturam vobis iram à Deo, &c. Similem Ecclesiæ profopopœiam vide 4. Esræ 2.

AVDITE CONFINES SIONIS.] Græcè, incolæ, aduenæ, inquilina, vicinæ, iuxta habitantes Sionis. ciuitates Tzijoni subiectas & vicinas intelligunt. Sic infra vers. 14. & 24.

NEMO GAUDEAT SVPER ME VIDVAM ET DESOLATAM.] Alij: 1. Nemo insultet mihi viduæ, & à multis desolate. 2. Ne quis gaudia celebret mihi viduæ & deserte à multis. 3. Nemo latetur de me, quod vidua sum & derelicta à multis.

IUSTITIAS AVTEM IPSIVS NESCIERVNT.] Alij: 1. Iudicia autem ipsius cognouerunt. 2. Et non agnouerunt iura ipsius. 3. Non autem statuta eius agnouerunt.

NEQVE PER SEMITAS VERITATIS EIVS CVM IUSTITIA INGRESSI SVNT.] Alij: 1. nec calles disciplina coniunctæ cum iustitia ipsius institerunt. 2. neque callibus institerunt disciplina tradita iustitia eius.

ADDVXIT ENIM SVPER ILLOS GENTEM DE LONGINQVO, &c.] Hic locus sumptus est ex Deuteron. 28. 49.

GENTEM IMPROBAM.] Græcè, impudentem, inuerecundam, procacem, id est, duram, crudelem, sæuam, quæ nullius ætatis rationem habebit: vide Deuteron. 28. 50.

ET ALTERIVS LINGVÆ.] vel diuersa lingua vtentem, quam non intelligent, barbaram. vide Deuteron. 28. 49. Intelligitur autem Chaldæos.

VERS. 9.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 15.

VERS. 16. ET A FILIIS VNICAM DESOLAUERUNT.] Alij: 1. & à filiabus solam desolauerunt. Quidam legunt: & è filiabus vnigenitam desolauerunt.

VERS. 17. EGO AUTEM QUID POSSVM ADIVVARE VOS.] Alij: 1. Ego autem quid opis possum vobis afferre? 2. Ego verò quid possem adiumenti afferre vobis?

VERS. 18. QUI ENIM ADDUXIT SVPER VOS MALA &C.] Alij hunc versum reddunt: Nam qui induxit vobis mala ista, is vos è manu inimicorum vestrorum exempturus est.

VERS. 19. AMBVLATE, FILII &C.] Alij: 1. Ite, liberi, ite: ego quippe orba relicta sum. 2. Abite, liberi, abite. Ego vero derelicta sum desolata.

VERS. 20. EXVI ME STOLA PACIS &C.] Alij: 1. Exui stolam pacis, & indui cilicium deprecationis mee, in clamaturus, aeternum diebus meis. 2. Habituque prosperitatis exuto, cilicium supplex indui, aeternum illum, quoad viuam, in clamatura.

VERS. 21. ANIMÆQUIORES ESTOTE FILII &C.] Alij ex Græco: 1. Bono animo estote, liberi, & clamores ad Deum tollite, qui vos à potentia, manuque hostium liberaturus est. 2. Bono animo estote, liberi, in clamate Deum, & eximet vos à potestate & è manu inimicorum vestrorum.

VERS. 22. EGO ENIM SPERAVI &C.] Alij hunc versum ex Græco traducunt: 1. Ego enim iam concepì spem in aeterno salutis vestra, aduenitque mihi letitia à Sancto, propter misericordiam quæ vobis euentura est breui ab aeterno, seruatore nostro. 2. Nam ego iam ab aeterno illo sperare cepi salutem vestram, & à Sancto letitia mihi obiecta est, fore ut breui obtingat vobis ab aeterno Seruatore nostro venia. 3. Ego enim iam à Deo sempiterno salutem vestram speravi, letitiaque mihi à Sancto allata est propter misericordiam, quæ ab aeterno Seruatore nostro quamprimum vobis obueniet.

VERS. 25. FILII PATIENTER SVSTINETE IRAM QUÆ SVPERVENIT VOBIS.] Alij ex Græco: 1. Filij, seu 1. liberi, patienter ferse, aquo animo tolerate iram, seu acerbiter, vel vindictam à Deo in vos profectam, immisam, illatam, vel quæ à Deo superuenit vobis.

ET SVPER CERVICES IPSIVS ASCENDES.] Alij: 1. atque impositus cervicibus eius insultabis. 2. calcabisque cervices eorum. 3. & eorum cervicibus supergredieris.

VERS. 26. DVCTI SVNT ENIM VT GREX DIREPTVS AB INIMICIS.] Alij: 1. quasi grex direptus ab inimicis sublatis sunt. 2. & tanquam grex prædâ partus abacti sunt. 3. sublatis sunt tanquam grex direptus ab inimicis.

VERS. 27. ANIMÆQUIORES ESTOTE FILII &C.] Alij hunc versum è Græco reddunt: 1. Bono animo estote, liberi, & in clamate Deum, erit enim recordatio vestri ab eo, qui induxit ista. 2. Bono animo estote, liberi, & Deum innocate, nam in expeditionem egressus memor erit vestri. 3. Confidite filij, ad Deumque clamate, qui enim vos in hanc fortunam conditionemque adduxit, is vestri quoque memoriam suscipiet. id est, is, qui hæc vobis induxit tanta mala, vestri recordabitur, ex eis liberans vos.

VERS. 28. SICVT ENIM FVIT SENSVS VESTER &C.] Alij hunc versum è Græco transferunt: 1.

Nam quemadmodum eò intentum habuistis animum, ut à Deo declinaretis, ita ad eundem conuersi, decies tanto magis ipsum querite. 2. ut enim ad declinandum à Deo intentum vestrum habuistis animum, ita conuersi, decies tanto magis ipsum requirite. 3. Quemadmodum enim fuit vobis animus aberrandi à Deo, nunc conuersi decies amplius requirite eum.

VERS. 29. QUI ENIM INDVXIT VOBIS MALA &C.] Alij: Qui enim hæc mala vobis importauit, is quoque letitiam sempiternam cum vestra salute coniunctam afferet. 1. Nam qui induxit vobis mala ista, inducet vobis aeternum gaudium cum salute vestra. 3. Nam qui mala vobis immisit, idem vos cum salute vestra perfundet incunditate perpetua.

VERS. 30. ANIMÆQUIOR ESTO IERVSALEM &C.] Alij: 1. Bono animo esto, urbs Ierusalaimorum, nominatim vocans te, consolabitur te. 2. Fac adsis animo, Ierusalem, qui te optant nominatim is consolatur te.

QUI TE NOMINAVIT.] id est, qui tibi nomen nouum imposuit Isaia 62. v. 2. vel qua de nomine eius vocaris, quæ diceris ciuitas Dei, ciuitas Sancti &C.

VERS. 31. NOCENTES PERIBVNT &C.] Alij: Miseri, qui te affligunt, & qui latantur de casu tuo.

VERS. 32. QUÆ ACCEPIT FILIOS TVOS.] id est, Babylon, quæ ciues tuos captiuos abduxit.

VERS. 34. ET AMPVTABITVR EXVLTATIO, &C.] Alij: 1. Et amputabo aut rescindam exultationem eius multitudinis. vel atque exultantem eius frequentiam circumcidam. id est, auferam ei eam letitiam & voluptatem, quam ex summa sua frequentia capit, diminuam eam ciuibus, atque ad interitum deducam. & in luctum, ipsius gloriationem conuertam. 2. Exultantem frequentiam eius auferam, & in luctum conuertam gloriationem eius. 3. Quum auferam eius exultationem de frequentia multa, & gloriatio eius vertetur in luctum.

VERS. 35. IGNIS ENIM SVPERVENIET EI, &C.] Hunc versum ex Græco reddunt, 1. Per longos enim dies ignis ab aeterno illo Deo immitteretur in ipsam, plurimoque tempore coletur à demonibus. 2. Ignis enim superueniet ei ab aeterno diutissime, & habitabitur à demonibus per multum tempus. Confer hæc cum Isaia 13. v. 19. & sequentibus, & Ierem. 50. vers. 39. & 40. Obseruant Baruchum hic vocem Hebraicam אש *ijim* exposuisse demonia. alij malunt reddidisse vocem אש *tzijim*, ut solent LXX. Interpretes.

VERS. 36. CIRCVMSPICE IERVSALEM, &C.] Quidam reddunt: Circumspice ad orientem urbs Ierusalaimorum, & vide letitiam tibi euenientem à Deo. Hypotyposis, tanquam si reliquæ Ierusalaimorum spectantes orientem versus obseruarent Iehudæos à Babylonia gloriose reuertentes: quò etiam totum sequens caput pertinere docent verba euidentissime.

VERS. 37. ECCE ENIM VENIUNT FILII TVI, &C.] Alij hunc versum è Græco transferunt: 1. Ecce veniunt filij tui, quos emiseras, vel dimiseras: veniunt congregati ab ortu ad occasum usque, verbo Sancti, & latantes de gloria Dei. 2. Ecce filij tui quos amiseras, adueniunt; adueniunt

veniunt ab oriente & ab occidente usque, verbo Sancti Dei congregati, & ipsius latitudinis gloria. Hæc omnia, ut etiam, quæ sequente Capite, tametsi proprie de restitutione populi è

deportatione Babylonica dicta sunt, alius tamen de spirituali congregatione filiorum Dei è toto orbe in vnam Sanctam Ecclesiam Catholicam proculdubio accipere debemus.

CAPVT V.

Iuberm Ierusalem luctum exuere, eò quòd filij eius cum ignominia ducti in captiuitatem cum gloria sint ad eam reducendi.

Vulg.

Malu.



EXUE TE IERUSALEM stola luctus, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore eius, quæ à Deo tibi est, sempiterna gloria.

2 Circumdabit te Deus dioploide iustitiæ, & impone mitram capiti honoris æterni.

3 Deus enim ostendet splendorem suum in te, omni, qui sub celo est.

4 Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum: Pax iustitiæ, & honor pietatis.

5 Exurge Ierusalem, & sta in excelsis: & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente solè usque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria.

6 Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni.

7 Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in aequalitatem terræ: ut ambulet Israel diligenter in honorem Dei.

8 Obumbraverunt autem & siluæ, & omne lignum sanuitatis, Israel ex mandato Dei.

9 Adducet enim Deus Israel cum incunditate in lumine maiestatis suæ cum misericordia, & iustitiâ, quæ est ex ipso.



EXUE IERUSALEM stolam luctus, & afflictionis tuæ, & indue decorem, à Deo gloriæ in æuum.

2 Circumspice dioploidem à Deo iustitiæ, superpone mitram super caput tuum gloriæ æterni.

3 Nam Deus ostendet quæ sub celo omni tuum splendorem.

4 Vocabitur enim tuum nomen à Deo in æuum, Pax iustitiæ, & gloria pietatis.

5 Surge Ierusalem, & sta in excelsis, & circumspice ad orientem, & vide tuos congregatos filios, à solis occasu usque ad ortum, dicto Sancti, lætantes Dei recordatione.

6 Exiuerunt enim à te pedestres ducti ab inimicis, adducit autem eos Deus ad te sublato cum gloria sicut filios regni.

7 Constituit enim Deus humiliari omnem montem excelsum, & littora perennia, & conualles repleri in coæquationem terræ, ut vadat Israel haurire, Dei gloria.

8 Exultauerunt autem siluæ, & omne lignum i fragrantia, Israeli, præcepto Dei.


9 Adducetur enim populus Israel cum lætitiâ, luce gloriæ eius, cum misericordia & iustitiâ quæ ab eo.

a quæ à Deo
b æternam.
sic v. 4.
c Circundamici, vesti, amplectere
d quæ à Deo
e Æterni illius Dei

f Exurge, excitare
g consiste in edito loco

h tutò, haurire, miter, sine periculo

i boni odoris



COMMENTARIA.

VERS. I.



EXUE TE IERUSALEM, &c.] Hunc versum alij ex Græco reddunt: 1. Exue vestem luctus atque afflictionis tuæ, ô Ierusalem, & indue decorem gloriæ, quam Deus sempiternam tibi tribuit. 2. Exue, vrbs Ierusalaimorum, stolam luctus & afflictionis tuæ, ac indue decorem gloriæ à Deo collatam in sæculum. 3. Exue habi-

tum lugentis & afflictæ Ierusalem, & data à Deo gloria sempiterna decus indue.

CIRCUMDATO TE DIPLOIDE, &c.] Alij: 1. Vesti te diploide iustitiæ tibi à Deo data, capiti tuo impone mitram eius honoris, quo Deus æternus te ornare voluit. 2. Amici diploidem iustitiæ donata à Deo, impone capiti tuo mitram gloriæ Dei Æterni. 3. Vesti te diploide diuina iustitiæ, capiti que tuo mitram gloriæ Æterni

VERS. 2.

Æterni illius impone. Quid sit diplois, & quid mitra, abunde te docebunt post alios Lazarus Baysius, & Carolus Stephanus de re vestiaria.

VERS. 3. DEVS ENIM OSTENDET, &c.] Alij: 1. Deus enim splendorem tuum omni nationi, qua sub calo est, declarabit. 2. Quia Deus splendorem tuum toti subiecta calo terra ostensurus est. 3. Deus enim demonstrabit omni genti, qua sub calo est, splendorem tuum.

VERS. 4. NOMINABITVR ENIM, &c.] Alij: 1. Nam nomen tibi ab eo tribuetur sempiternum, Pax iustitia, & gloria pietatis. 2. Imponetur enim à Deo tibi nomen sempiternum, Pax iustitia, gloriaque pietatis. 3. Nam vocaberis nomine tuo à Deo in saculum, Pax iustitia, & gloria pietatis.

VERS. 5. GAUDENTES DEI MEMORIA.] Alij: 1. memoriaque Dei letabundos. 2. & latantes ad Dei recordationem. 3. memoriamque Dei celebrantes.

VERS. 6. EXIERVNT ENIM ABS TE, &c.] Alij: 1. Nam egressi sunt à te pedites abducti ab inimicis, adducit vero Deus eos ad te, elatos cum gloria ut filios regni. 2. Nam qui ex te pedestres, quum ab hostibus abducerentur, egressi sunt, eos Deus sublimes gloriosè reducit ad te, ut filios regios.

PORTATOS IN HONORE.] αἰρουένος, sublato, euectos, in equis & curribus; vel elatos dignitate & honore. Quædam exemplaria habent. ἐξοικουένος, corroboratos, confirmatos; valentes, robustos, &c.

SICVT FILIAS REGNI.] id est, cum ea gloria, quos filios regum ac principum decet. Alia exemplaria non tam rectè legunt, sicut solium regni.

VERS. 7. CONSTITVIT ENIM DEVS HYMLIARE, &c.] Alij hunc versum ex Græco eferunt: 1. Constituit enim Deus omnes montes excelsos, perennesque scopulos deicere, ac vales complere in aquabilem planitiem, ut Israël tutum iter cum gloria Dei habeat. 2. Constituit enim Deus, ut deprimatur omnis mons excelsus,

scopulique perennes, & vales explere solo addequantur, qua Israëlita procelli gloria Dei intro commeent. 3. Constituit enim Deus deprimi omnem montem excelsum, & litora perennia, atque conualles impleri ad aquandam terram, ut eat Israël secure ad gloriam Dei. Vastum, inquit, erat desertum inter Babyloniam & Iudæam, summaque itineris asperitas ac difficultas, quæ intercludere reditum populi videbatur: itaque vt omnis dubitatio ex piorum animis tollatur, dicit, Deum omnia impedimenta sublaturum, & omnia, quæ aspera esse videbantur, ita commutaturum, & aptaturum, vt ad populi iter plana, & expedita atque accommodata sint: simile est Isaiæ 40. 3. & 4.

ET RVPES PERENNES.] Græcè. & litora semper-fluentia, perennia, perpetuis, seu perennibus aquis vel vndis subierfluentia, subscarruentia. Nam erant illis multa flumina traucienda. Alij, ὄρη, hinc scopulos, rupes, vel cumulos, tumulos reddunt.

OBVMBRAVERVNT AVTEM, &c.] Alij hunc versum ex Græco transferunt: 1. Silua etiam, arboresque odore suauissimo fragantes suam Israëlita umbram præbuerunt, à Deo iussa. 2. Arbustis etiam, omnibusque arboribus odoriferis umbram Israëlita iussu Dei præbentibus. 3. Exilieruntque etiam silua, & omne lignum odoratum coram Israël, præcepto Dei. Exemplaria Græca passim habent ὀμβραύου: Obumbraverunt, Allusum putant ad umbram nubis, Exod. 13. 21. Alia ἐξοικουένος, exultauerunt, exilerunt, vt Psalm. 113. 4.

ADDVCET ENIM DEVS ISRAEL, &c.] Alij: 1. Deducet enim Deus Israëlita cum letitia in lumine gloria sua, cum misericordia & ea iustitia, cuius ipse auctor agnoscatur. 2. Deducetur enim populus Israëlita cum letitia, id est, letus, lumine glorioso ipsius, per misericordiam & iustitiam, qua ab ipso est. 3. Præbit enim Deus Israëlita cum letitia & luce gloria sua, cum misericordia & iustitia, cuius ipse auctor est. Respectum existimant ad columnam ignis, Exod. 13. 21.

CAPVT VI.

Iudæos apud Babylonios captiuos vaticinatur Ieremias post septem generationes liberandos: hortaturque vt sibi caueant ab illorum idololatria, ostendens à plurimis effectibus imbecillia esse idola, penitusque sensu carentia, ac vanissima.

Vulg. EPISTOLA. Malu.



Itemplar epistola, quã misit Ieremias ad adducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annuntiare illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

Maluenda, In libr. Baruch.



Itemgraphum Epistolæ, quam misit Ieremias ad adducendos in Babyloniam à Rege Babyloniorum, b annuntiare eis secundum quod præceptum fuit ei à Deo.

a exemplarij excerptat

b annuntia- ret

DD D d d 2 Prop

2 PROPTER peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, è temporibus longis, usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.

3 Nunc autem videbitis in Babyloniam deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum Gentibus.

4 Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis.

5 Visa itaque turba de retro, & ab antè, adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.

6 Angelus enim meus vobiscum est, ipse autem exquiram animas vestras.

7 Nam lingua ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata, falsa sunt, & non possunt loqui.

8 Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt.

9 Coronas certè aureas habent super capita sua dii illorum: unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in semetipsos.

10 Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant; & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.

11 Hi autem non liberantur ab erugine & tineis.

12 Opertis autem illis veste purpurea extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos.

13 Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit.

14 Habet enim in manu gladium, & securim, se autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit quia non sunt dii.

15 Non ergo timueritis eos. sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & dii illorum.

16 Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere à pedibus introeuntium.

17 Et sicut alicui qui regem offendit, circumsepta sunt ianua; aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur.

2 Propter peccata quæ peccavistis in conspectu Dei adducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonosor Rege Babyloniorum.

3 Ingressi igitur in Babyloniam eritis illic annis pluribus, & tempus longum usque ad generationes septem: post autem hoc educam vos inde cum pace.

4 Nunc autem videbitis in Babyloniam deos argenteos & aureos, & ligneos super humeros sublato, ostendentes timorem gentibus.

5 ^e Religiose caute igitur ne & vos assimilati alienigenis assimilimini, & timor vos capiat in eis. ^e religio vobis

6 Videntes turbam ante & post eos, adorantes ea: dicite iam in cogitatione, Te oportet adorare ^d Despotam. ^d Domine

7 Nam angelus meus vobiscum est, isque exquirens animas vestras.

8 Lingua enim eorum est ^e derasa à fabro-materiaro, ipsaque circumaurata, & circumargentata: falsa autem sunt & non possunt loqui. ^e scalpta, expolita

9 Et sicut virgini amanti mundum accipientes aurum.

10 ^f Instruunt coronas super capita deorum suorum: est autem & quando ^g auferentes sacerdotes à diis suis aurum & argentum in se ipsos ^h consumunt. ^f Fabricant ^g subtrahentes ^h expendent

11 Dabunt autem ex eis, & his quæ sub tecto meretricibus, ornantque eos quasi homines, indumentis, deos argenteos & aureos, & ligneos.

12 Isti autem non persalvantur à rubigine & tineis.

13 Circumamictis eis vestitu purpureo: extergentes faciem eorum propter qui ex domo pulverem qui est plurimus super eos.

14 Et sceptrum habet tanquam homo iudex regionis, qui in se peccantem non interficit.

15 Habet autem ⁱ gladiolum in dextera, & securim, seipsum autem ex bello & latronibus non eripiet: unde cogniti sunt non ^k entes ^l dei. ⁱ pugionem, sicam ^k essentes, existentes ^l dii

16 Ne igitur timueritis eos, sicut enim vas hominis confractum inutile fit, tales sunt dii eorum.

17 ^m Constitutorum eorum in domibus, oculi eorum pleni sunt pulveris à pedibus introeuntium. ^m Constitutis, illis, vel constituti illi

18 Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo.

19 Corda verò eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt, dum comedunt eos, & vestimentum ipsorum, & non sentiunt,

20 Nigrae sunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.

21 Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctua, & hirundines, & aues etiam similiter & catta.

22 Vnde sciatis quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos.

23 Aurum etiam quod habent, ad speciem est. Nisi aliquis exterferit aruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant.

24 Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.

25 Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea.

26 Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur.

27 Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid imperiunt;

28 De sacrificiis eorum facta & menstruata contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dij, ne timeatis eos.

29 Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis:

30 Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbaram rasam, quorum capita nuda sunt.

31 Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cæna mortui.

32 Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt uxores suas, & filios suos.

33 Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre.

Maluenda, In libr. Baruch.

18 Et sicut alicui, qui offendit regem circumsepta sunt atria tanquam ad mortem adducto; domos eorum muniunt sacerdotes, ianisque & clathris, & vestibibus, ut à latronibus non spolientur.

n claustris, vestibibus, re-pagulis
o levis, phaslangis

19 Lychnos accendunt, & plures quam sibiipsis, quorum nullum possunt videre. Est quidem sicut trabs ex domo.

20 Corda autem eorum dicunt elingi, qui de terra serpentibus comedentibus eosque ut vestitum eorum non sentiunt.

21 Nigri facti sunt p facie eorum, à p faciem suam fumo qui ex domo.

22 Super corpus eorum & super caput volant noctuæ, hirundines, & aues, similiter autem & eluri.

g catti, feles

23 Vnde cognoscetis, quod non sunt dij; ne igitur timueritis eos.

24 Nam aurum quod circumiacet ad pulchritudinem, nisi quis exterferit r aruginem, non fulgebunt: neque enim, quando conflabantur, sentiebant.

25 Ex omni pretio empta sunt, in quibus non est spiritus.

26 Sine pedibus super humeros portantur, indicantes suam ipsorum infamiam hominibus: pudefiunt autem & colentes ea.

f inhonorationem, ignominiam, dedecus

27 Propter quod ne forte super terram cadat, perse surgere, neque si quis eum rectum statuerit, per se ipsum mouebitur, neque si inclinatus non rectificabitur: sed sicut mortuis dona ipsis apponunt.

28 Sacrificia autem illorum vendentes sacerdotes, eis abutuntur: similiter autem & mulieres ab eis sale-condita-asseruantes, nihil mendico neque impotenti distribuunt.

29 Sacrificia eorum menstruata, & puerpera tangunt: cognoscite igitur ex his quod non sunt dij, ne timueritis eos.

u lecto decumbens à recente patetu

30 Vnde enim vocarentur dij? quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis.

31 In domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas discissas, & capita & barbaram rasas, quorum capita discooperta sunt.

32 Rugiebant autem boantes in conspectu deorum suorum, sicut quidam in cæna mortui.

33 A vestitu eorum auferentes sacerdotes induunt mulieres suas, & filios.

34 Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit; neque hoc requirunt.

35 Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt.

36 Hominem cæcum ad visum non restituant, de necessitate hominem non liberabunt.

37 Vidua non miserebuntur, neque orphanis beneficient.

38 Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.

39 Quomodo ergo estimandum est, aut dicendum, illos esse deos?

40 Adhuc enim ipsis Chaldeis non honorantibus ea: qui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui.

41 Quasi possint sentire qui non habent motum, & ipsi cum intellexerint, relinquens ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum.

42 Mulieres autem circumdata funibus in viis sedent, succedentes ossa oliuarum.

43 Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proxima sua exprobrat quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.

44 Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo estimandum, aut dicendum est, illos esse deos?

45 à fabris autem, & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes,

46 Artifices etiam ipsi, qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea qua fabricata sunt ab ipsis, esse dij?

47 Reliquerunt autem falsa, & opprobrium postea futuris.

48 Nam cum superuenerit illis praelium, & mala; cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis.

49 Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt:

50 Nam cum sint lignea, inaurata, & inargentata, sciatur postea quia falsa sunt, ab vniuersis Gentibus, & regibus: qua

34 Neque si malum passi fuerint ab aliquo, neque si bonum, poterunt retribuere: neque constituere regem possunt neque auferre.

35 Similiter neque diuitias, neque æs villo pacto possunt dare: si quis eis votum vouens non reddiderit, nullo pacto requirent.

36 De morte hominem non liberabunt, neque ^x minorem à forte villo pacto eripient.

37 Hominem cæcum ad visionem ^y non restituent, in necessitate hominem existentem non eripient.

38 Viduæ nequaquam miserabuntur, neque orphano beneficient.

39 ^z Qui à monte lapidibus assimilati sunt; lignea, & circumaurata & circumargentata: colentes autem ea pudefient.

40 Quando igitur ^a existimandum est, aut ^b vocandum eos esse deos? ^z censendū putandum. sic v. 46.

41 Adhuc autem & ipsis Chaldæis ^c inhonorantibus ea; qui quum viderint mutum non potentem loqui, offerentes Belum petunt loqui.

42 Quasi potente existente eo esse: & non possunt ipsi intelligentes relinquere ea: sensum enim non habent.

43 Mulieres autem ^d circumdata funiculis in viis sedent, ^e suffientes pityra.

44 Quum autem aliqua eorum attracta ab aliquo ^f prætereuntem ^g dormierit, quæ ^h proxime, exprobrant, quod non digna est habita, sicut & ipsa, neque funiculus eius disruptus est.

45 Omnia quæ fiunt in eis sunt falsa: quomodo igitur existimandum est, aut vocandum deos illos esse?

46 A fabris & ⁱ aurificibus ^k præparata sunt, nihil aliud erunt, quam volent artifices ea esse.

47 Ipsique præparantes nequaquam erunt ^l polychronij; quomodo iam debent ab ipsis præparata esse dij?

48 Reliquerunt enim falsa, & opprobria ^m futuris.

49 Quando enim venerit super ea bellum & mala, consiliantur ad eos sacerdotes, vbi simul abscondentur cum illis.

50 Quomodo ergo non est sentire, quod non sunt dij, qui neque saluant se de bello, neque de malis.

manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis.

51 Unde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est?

52 Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabant.

53 Iudicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut cornicula inter medium cali & terra.

54 Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient & liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.

55 Regi autem, & bello non resistent. Quomodo ergo estimandum est, aut recipiendum quia dij sunt?

56 Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati: quibus iniqui fortiores sunt.

57 Aurum, & argentum, & vestimentum, quo operti sunt auferent illis & abibunt, nec sibi auxilium ferent.

58 Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam; aut vas in domo utile, in qua gloriabitur qui possidet illud; vel ostium in domo, quod custodit qua in ipsa sunt, quam falsi dij.

59 Sol quidem, & luna, ac sidera cum sint splendida, & emissiva ad utilitates, obaudiunt.

60 Similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est id ipsum autem & spiritus in omni regione spirat.

61 Et nubes, quibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare vniuersum orbem perficiunt quod imperatum est eis.

62 Ignis etiam missus desuper ut consumat montes, & siluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus vni eorum similia sunt.

63 Unde neque existimandum est, neque dicendum, illos esse deos, quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quidquam facere hominibus.

51 Existentia lignea, & circumaurata, & circumargentata, cognoscetur post hæc, quod sunt falsa, gentibus omnibus & regibus manifesta erunt, quod non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in illis est.

52 ⁿ Cui ergo cognoscendum est, quod non sunt dij?

53 Regem enim regionis ^o non recusitabunt, neque pluuiam hominibus villo pacto dabant.

54 Iudiciumque nequaquam iudicabunt eorum, neque ^p liberabunt iniustitiam, impotentes existentes: sicut enim corniculæ in medium cæli & terræ.

55 Etenim quum ceciderit in domum deorum ligneorum, aut circumauratorum, aut circumargentatorum ignis, equidem sacerdotes eorum fugient, & persaluabuntur; ipsi autem sicut trabes medijs comburentur.

56 Regi autem & bellatoribus ^q non resistent: quomodo igitur ^r existimandum est, aut recipiendum, quod sunt dij?

57 Neque à furibus, neque à latronibus ^l villo pacto persaluabuntur dij lignei, & circumargentati, & circumaurati,

58 Quorum fortes auferentes aurum & argentum, & vestitum circumamictum eis, abibunt habentes; neque sibiipsis auxiliabuntur.

59 Ita vt melius sit esse regem ostendentem suam ipsius virtutem, aut vas in domo utile, super quo vretur possidens, quàm falsi dij: aut & porta in domo persaluans quæ in ea existentia, quàm falsi dij: & lignea columna in Basilicis, quàm falsi dij.

60 Sol quidem enim & luna, & ^r stellæ, existentes splendide, & missæ ad utilitates, ^u obediunt sunt.

61 Similiter & fulgur quum apparuerit, ^x beneuolus est: ipse autem spiritus in omni regione spirat.

62 Et nubibus quum imperatum fuerit à Deo ^y ambulare super totum orbem habitabilem, conficiunt quod imperatum est.

63 Ignis autem emissus desuper desertos facere montes, & siluas, facit quod præceptum est.

ⁿ Quo igitur?

^o nequaquam iniuriam

^p eripit ab iniuria

^q minimè
^r vt v. 40.

^s plane

^r astra

^u bene audiētes

^x conspicuū, perspicuū, aspectabile

^y abire, perambulare

64 *Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos.*

65 *Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.*

66 *Signa etiam in celo Gentibus non ostendunt, neque ut sol lucebunt, neque illuminabunt ut luna.*

67 *Bestia meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum ac prodesse sibi.*

68 *Nulla itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos.*

69 *Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati.*

70 *Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis avis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati.*

71 *A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant, scietis itaque quia non sunt dij: Ipsi etiam postremo comeduntur, & erunt opprobrium in regione.*

72 *Melior est homo iustus, qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobriis.*

64 *Ista autem neque idæis, neque virtutibus eorum assimilata sunt: vnde neque existimandum neque vocandum esse illos deos; non potentibus existentibus eis, neque iudicium iudicare, neque benefacere hominibus.*

65 *Cognoscentes igitur quod non sunt dij, ne timueritis eos.*

66 *Neque enim regibus villo pacto maledicent, neque benedicent.*

67 *Signaque in gentibus in celo non ostendent; neque sicut sol vnuquam splendebunt, neque illuminabunt sicut luna.*

68 *Bestiæ sunt meliores illis, quæ possunt effugientes in protectione sibi ipsis prodesse.*


69 *Secundum nullum igitur modum est nobis manifestum, quod sunt dij: propter quod ne timeatis eos.*

70 *Sicut enim in cucumerario fascinum nihil custodiens, sic dij eorum sunt lignei, & circumaurati, & circumargentati: eodem modo & in horto rhamnus, super quem omnis avis sedet.*

71 *Similiter autem & mortuo proiecto in tenebris assimilantur dij eorum lignei, & circumargentati.*

72 *Aque purpura, & eandem super illos putrefacto cognoscetis quod non sunt dij: eaque ex postremo comedentur, & erit opprobrium in regione.*

73 *Melior igitur homo iustus non habens idola; erit enim longè ab opprobrio.*



COMMENTARIA.

VERS. I.

EXEMPLVM EPISTOLÆ, &c.] Alij hunc versum reddunt, 1. Exemplum epistolæ, quam Ieremias misit ad captiuos Babylonem à Rege Babyloniorum abducendos, ut ipsis exponeret, quæ à Deo mandata habuit. 2. Exemplum epistolæ, quam misit Iirmeja ad eos, qui agendi erant in Babyloniam à Rege Babyloniorum, renuntians eis quemadmodum mandatum acceperat à Deo.

Certum est hanc epistolam à Ieremia Hebraicè conscriptam: nunc autem exemplar eius Græcè tantum, à Barucho, vel LXX. Interpretibus conuersum extare. Haud vanè putant partis huius epistolæ fieri mentionem 2. Machabæorum, 2. vers. 1. & sequentibus. Constat Patres huius epistolæ meminisse, & pro diuina & canonica Scriptura habuisse: vide Explanatores, & supra ad initium cap. I.

VSQVE AD GENERATIONES SEPTEM.]

Iunius: [Id est, decades septem annorum, siue bina lustra: qua quidem significatione in veteri Testamento spondere possumus non accipi generationis vocabulum. Quam ob rem Epistolam hanc, ut alia id genus adulterinam esse confirmamus, etsi rem & argumentum ducimus non esse inutile.] Os impudens hominis, qui & Patribus & Ecclesiæ oblectari audeat! Quale argumentum ut ex singulari vna vocis generationis acceptione, diuinam huius epistolæ auctoritatem infringere audeat! Sed accipe, ut hoc nomen γενεά, generatio, ætas, auctoribus vsurpetur, Plutarchus de Oraculorum defectu: (Ætatem viri triginta annos intelligunt de Heracliti sententia, quod tanto tempore natum genitor gignentem prebet.) Eustathius id temporis spatium triginta annis includit, sequutus forsitan Herodotum in euterpe dicentem, [Tres generationes virorum centum anni sunt. Suidas: γενεά, ætas, secundum quosdam quidem continet septem

septem annos. Vnde etiam medici dicunt, ante duas aetates venam non esse incidendam: intelligentes illum qui natus est annos quatuordecim, quod sanguine adhuc eget, & nondum superfluum sanguinem habeat. Secundum vero nonnullos triginta continet, vnde etiam volunt Nestorem annos nonaginta natum fuisse. Et Trigeron, q. d. Terfenex, qui tres aetates vixit, hoc est, qui nonaginta annos vixit.] Eusebius lib. 10. Præparationis Evangelicæ, cap. 3. (Fuerunt autem ab Inacho ad bellum Trojanum generationes viginti: quare ante Iliacum bellum quadringentis ad minus annis ipsum fuisse concedendum est.] Vides ut generationem spatio viginti annorum definiat. Quæ etiam ratione Herodotus lib. 1. Numero 7. inquit, (Heraclicæ imperium Lydia per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorum aetates tenuerunt.) Censorinus de die Natali, cap. 6. (Hoc enim tempus triginta annorum *ἡεαυ* vocari Heraclicus auctor est, quia orbis aetatis in eo fit spatio: orbem autem vocant aetatis, dum natura humana ad se mentem reuertitur. Hoc quidem *ἡεαυ* tempus, alij aliter definire. Heraclicus annos quinque & viginti scribit dici *ἡεαυ*, Zenon, triginta.] Seruius in illud Georgicor. 3.

Vbi quarta accesserit aetas.

inquit, *Quartus annus.* Nam aetatem plerumque generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore. Quid igitur mirum Ieremiam hinc septem minorum decadas, septem generationes appellasse? Perspicuum enim est, eum dixisse, Iudæos septuaginta annos in captivitate futuros, ut prædixerat, Ieremi. 25. 11. & 12. & cap. 29. 10.

VERS. 4. VIDETE ERGO NE ET VOS &c.] Multifariam hunc versum ex Græco transferunt: 1. caute igitur ne similitudine vos ad exterarum gentium mores ritusque conformetis, eorumque deorum metu terreamini. Sic Ierem. 10. 5. 2. Ergo religiose caute, ne & vos alienigenarum exemplum imitemini, aut metus illorum inceserit vos. 3. caute igitur, ne vos etiam conformati alienigenis conformemini, vel ne vos etiam ullo pacto alienigenis conformemini, qui metum ostentant gentibus.

VERS. 5. VISA ITAQUE TURBA &c.] Alij: 1. A fronte & à tergo turbam adorantium talia videntes: sed animo dicite, Tibi, Domine debetur adoratio. 2. Quum videbitis turbam ante & post eos adorantium eos; sed dicite cogitatione vestra Te oportet adorare, Domine.

VERS. 6. ANGELVS ENIM MEVS &c.] Alij: 1. Nam angelus quidem meus vobiscum est, vestrarum vindex animarum. 2. angelus enim meus presens vobis est, & ipse requirens animas vestras. id est curam earum suscipiet, neque iniurias illatas impunitas esse patietur. Sic Psalm. 9. 13. 3. Nam angelus meus, de quo Exod. 27. 20. vobiscum est, qui idem repositurus est animas vestras.

VERS. 7. NAM LINGVA IPSORVM &c.] Alij hunc versum ex Græco transferunt: 1. Nam lingua istorum ab arifice polita est, ipsaque auro & argento inducta seu obducta sunt: vana verò sunt, & loquendi facultate vacua. 2. Lingua enim illorum est exposita à fabro, ipsaq; idolo deaurata, & argentea: sed falsa sunt, cum loqui non possint.

ET SICVT VIRGINI AMANTI ORNATVM, ITA ACCEPTO AVRO.] Alij: 1. Et sicut virgini ornamentum appetenti aurum sumunt. 2. Et tanquam virgini aut puella ornatum adamanti atque affectanti, ita cultum ornatumque adsciscunt diis suis, quasi hac pulchritudine venustateque delectentur, studiumque puellarum imitentur. 3. Tanquam virgini cupida ornamentorum aurum sumunt. 4. Etiam tanquam virgini amanti mundum accipientes aurum. Est enim *φιλόκοσμος*, qui mundum hunc creatum amat, & qui mundum muliebrem; quam posteriorem interpretationem magis probant sequentia.

FABRICATI SVNT CORONAS &c.] Alij hunc versum ex Græco conuertunt; Coronasque conficiunt, quas suorum capiti imponunt: euenit autem aliquando; ut sacerdotes aurum & argentum à suis diis ablatum in se ipsos consumant. 2. Et coronas concinnant deorum suorum capitibus. Est autem & quum Sacerdotes aurum & argentum à diis suis ablatum, impendant in usum suum. 3. Comparant coronas, imponuntque capitibus deorum suorum: aliquando verò etiam subducentes sacerdotes à diis suis aurum & argentum, in suos usus consumunt.

DANT AVTEM ET EX IPISO PRÓSTITVTIS, &c.] Hunc versum ex Græco reddunt: 1. Aut etiam meretricibus domesticis imperiant: ipsos rursus deos argenteos, aureos, ligneosque, vestimentis quasi homines exornant. 2. Indequæ tecto latentibus imperiant meretricibus: rursusque deos illos aureos, argenteos & ligneos vestimentis ornent ut homines. 3. Dominantque ex illis etiam meretricibus, quæ sub tecto ipsorum sunt: & ornant deos ipsos argenteos, aureosque ac ligneos, tanquam homines, vestimentis.

HI AVTEM NON LIBERANTVR AB ÆRUGINE ET TINEA.] Alij: 1. Non tamen illi vindicantur ab æruginè aut carie. 2. Hi autem ab æruginè & tinea ne vindicare quidem se possunt. 3. Hi autem non seruant eos constanter ab æruginè & tineis.

OPERTIS AVTEM ILLIS VESTE PURPUREA, &c.] Hunc versum ex Græco exponunt: 1. Quamuis veste purpurea eos induant, eorumque faciem extergant propter puluerem, qui è domo copiosus super eos excitatur. 2. Quamuis purpureo sint amicti vestimento, faciesque eorum extergantur à pulvere, qui excitatur è domo, & plurimus ipsis insidet. 3. Quamuis circumamicti sint indumento purpureo, extergentes faciem eorum propter puluerem ex ade, qui plurimus est in eis.

SCEPTRVM AVTEM HABET V T HOMO, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. Hic sceptrum tenet ut rector quispiam regionis, qui tamen peccantem in se non interficit. 2. Ac habet quidem sceptrum ut iudex aliquis regionis, qui tamen illum peccantem in se non sublaturus est. 3. Sceptrum etiam habet in manu ut quidam regionis gubernator, qui tamen in se peccantem non occidit. Quidam hunc concipiunt sensum, Sceptrum habet falsus deus, ut iudex aliquis parvæ alicuius regionis, hoc est, villæ, pagi, seu ut iudex aliquis rusticus & paganus, qui etiam baculum aut virgam quasi sceptrum gesserit.

VERS. 8.

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

gestet, neminem tamen capitis damnare potest. Fere tamen accipiunt, Habet idolum sceptrum ut quisque magnæ regionis præses, sed ipsum idolum nullum in se peccantem interficere potest.

VERS. 14. HABET ETIAM IN MANU GLADIUM &c.] Hunc versum ex Græco alij transferunt. 1. Ille pugionem dextera gerit, aut securim, qui seipsum tamen à bello & latronibus non eripiat. Unde liquet illos non esse deos. 2. Habet quoque gladium in dextera & securim; seipsum vero ex bello & latronibus non eximit; unde perspectum est non esse deos. 3. Præterea pugionem gestat in dextera atque securim, qui se à bello latronibusque non eripiat, quibus ex rebus facile intelligitur, illos non esse deos.

VERS. 15 NON ERGO TIMVERITIS EOS, &c.] Alij: 1. Ne ergo timueritis eos: quemadmodum enim vas hominis comminutum inutile efficitur, ita istorum dij existunt. 2. Ergo ne metuatis eos: nam quale vas hominis, quod contritum, redditur inutile, tales sunt & istorum dij. 3. Ne igitur metuatis ab eis, nam æque ut vas hominis contractum inutile est, eiusmodi sunt istorum dij.

VERS. 16. CONSTITVTIS ILLIS IN DOMO, &c.] Alij: 1. In adibus collocati, quorum oculi opulentur obsiti puluere pedibus ingredientium excitato. 2. Quorum in adibus posteriora oculi puluere pedibus ingredientium excitato sunt obsiti. 3. Quum illic constituti sunt in suis domibus, oculi ipsorum pleni sunt puluere à pedibus ingredientium.

VERS. 17. ET SICVT ALICVI, QVI REGEM OFFENDIT, &c.] Alij ex Græco hunc versum conuertunt: 1. Et sicut cuiquam, qui regem læsit, vel iniuria affecit, atria circumseptæ claudi solent, aut ei, qui ad supplicium capitis ducendus est: ita sacerdotes ades eorum ostiis, claustris, ac vestibis muniunt, ne à latronibus exspolientur. 2. Et ut cuiquam, qui regem offenderit, atria circumcludi solent tanquam ad supplicium abducendo: ita sacerdotes ades eorum muniunt ostiis, claustris, & vestibis ne à furibus compilentur. 3. Et sicut alicui, qui regem offenderit, circumseptæ sunt atria, tanquam in virum qui ad mortem rapiendus est, domos illorum muniunt Sacerdotes ianuis & claustris, & vestibis, ne à latronibus spolientur.

VERS. 18. SVNT AVTEM SICVT TRABES IN DOMO.] Alij: 1. sed instar trabis cuiuspiam sunt in domo. 2. est enim profecto idolum quodque tanquam trabs aliqua earum, quæ in ade sunt. ut Jerem. 10. v. 5.

VERS. 19. CORDA VERÒ EORVM DICVNT ELINGERE SERPENTES, &c.] Alij hunc versum è Græco transferunt: 1. Corda eorum aiunt elingi à natis terræ serpentibus, à quibus ipsi eroduntur cum vestimentis suis, nec sentiunt. 2. Intima verò illorum aiunt elingi terrestribus insectis. id est, ipsa idola testantur & loquuntur se facillimè quasi suctu quodam à tenuissimis vermiculis lingi & erodi in partes intimas usque. comedentia ipsos, & indumentum ipsorum non sentiunt.

VERS. 21. NIGRÆ FIVNT FACIES EORVM, &c.] Alij: 1. Facies eorum nigrescant fumo in adibus orto obscurata. 2. Pra fumo in adibus orto

nigrescunt facies eorum. 3. Attrantur facie sua ex fumo, qui ab ade est.

VERS. 24. EX OMNI PRETIO EMPTA SVNT, IN QVIBVS SPIRITVS NON EST IN IPSIS.] Alij: Summoque empti pretio, spiritum tamen sunt vacui. 2. Omnia pretio empti sunt ea, quibus non inest spiritus. q. d. cum mortua & insensibilia sint, quouis tamen pretio etiam carissimo à suis cultoribus comparantur. Sic Jerem. 10. 14.

VERS. 25. SINE PEDIBVS IN HVMERIS, &c.] Alij hunc versum efferunt: 1. Pedibus destituti portantur humeris hominum suam ipsorum ignominiam hominibus ostentantes: cultores etiam illorum pudore afficiuntur. 2. Inopia pedum gestantur humeris suam ipsorum ignominiam significantes hominibus. 3. Carentes pedibus, humeris feruntur, demonstrantes suam ipsorum ignominiam hominibus. Sic Jerem. 10. 5.

VERS. 26. PROPTEREA SI CECIDERINT IN TERRAM. &c.] Quidam hunc versum ex Græco reddunt: Ne si forte aliquod eorum in terram ceciderit, resurgere non queat: aut si rectum fuerit, se ipsum commouere, aut inclinatum, seipsum erigere non possit: planè tanquam mortuus donaria ipsis apponuntur. Alij postremum membrum superioris versus huic annectunt. 2. Erubescere etiam oportet cultores talium, cum nunquam, si ceciderint, per se queant resurgere, neque si quis erexerit illa, moueri per se ipsa, neque inclinata, se unquam erigere; sed donaria tanquam mortuis apponantur. 3. Pudore etiam vrgentur, qui ministrant eis: quia si quando in terram ceciderit, non exurgit per se, neque si quis eum erectum statuerit, mouetur per se: neque si inclinatus fuerit, unquam erigitur: sed tanquam mortuis palmas eis adhibent. id est, manus, synecdochicè, ad erigenda idola lapsa: hanc enim propriam esse significationem adæ fatentur Græci, & Plinius lib. 35. cap. 14. & Vitruuius lib. 2. cap. 3.

VERS. 17. SIMILITER ET MULIERES FORVM DE-CERPENTES,] Alij: 1. eodem quoque modo mulieres ab eisdem scilicet donariis rebusque oblatis, in penum recondentes atque asseruantes. 2. similiterque & mulieres penum curantes inde. 3. similiterque etiam mulieres ex eis balsamenta facientes. nempe ut condita sibi asseruent ea, quæ in egentes fuissent eroganda.

VERS. 28. DE SACRIFICIIS EORVM FÆTÆ ET MENSTRVATÆ CONTINGVNT.] Alij: sacrificia eorum, quæ ex mensibus laborat, & puerpera contingunt. quod impurum & indecens per se videtur. Hic noster fætæ, non pro grauidis aut prægnantibus, sed pro partu leuatis, seu puerperis accipit. Genes. 33. 13.

VERS. 29. Vnde ENIM VOCANTVR DIJ? &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Nam unde vocentur dij? An quia mulieres ad deos aureos, argenteos, & ligneos donaria deponunt? 2. Vnde enim vocarentur dij? scilicet, quia mulieres offerunt diis argenteis, aureisque, & ligneis?

VERS. 30. ET IN DOMIBVS EORVM SACERDOTES SEDENT HABENTES TVNICAS SCISSAS, ET CAPITA ET BARBAM RASAM.] Quod

Quod sanè indecorum & turpe videtur in cultu religioso: ob idque Deus suis Hebræis prohibuerat Leuit. 10. 6. & cap. 21. 10.

QVORVM CAPITA NVDA SVNT.] Equidem Romanis vsu receptum, vt diis sacrificantes, præterquam Saturno capite obtecto & obuclato essent, reuerentia numinum, auctor Plutarchus in Quæstionibus Romanis, cap. 10. & 11. Macrobius 3. Saturnalior. cap. 6. hæc annotat: [Cornelius Balbus Exegeticôn lib. 18. ita ait: Apud Aram maximam obseruatum, ne lectisternium fiat. Custoditur in eodem loco, vt omnes aperto capite sacra faciant. Hoc fit, ne quis in aede Dei habitum eius imitetur: nam ibi operio ipse capite est. Varro ait Græcum hunc esse morem: quia siue ipse Hercules, siue ab eo relictus, qui aram maximam statuerunt, Græco ritu sacrificauerunt. Hoc amplius addidit C. Bassus, Idcirco enim hoc fieri dicit, quia Ara maxima ante aduentum Aeneæ in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis inuenit.] Et sanè Romani pontifices olim velato capite exprimebantur in Nummis & lapidibus: de quo vide Iacobum Gutherium lib. 1. de veteri Iure Pontificio, cap. 29. Sane morem illum sacrificandi velato capite mirifice tangit Virgilius Æneidos 3.

Purpureo velare comas adopertus amictu. Vide ibi Seruium.

VERS. 31.

RUGIUNT AVTEM CLAMANTES CONTRA DEOS SVOS, SICVT IN CÆNA MORTVI.] Alij: 1. Coramque diis suis tanquam in ferali cæna vociferando rugiunt. 2. Rugiuntque clamantes coram diis suis, vt quidam sotent in epulo ad mortuum factu. nempe vnica voce, silicernio. de qua vide Ieremi. 16. vers. 7. sed cum duplex esset Silicernium, alterum, quod ipsis mortuis exhibebatur; alterum quod viuis in honorem tamen mortuorum dabatur; dubium est, in quo rugiebant & clamabant cœnantes, vt hic dicitur. De priore S. Epiphanius in Anchorato, de Græcorum seu Gentilium consuetudine: [At verò Græci rursus redarguuntur, resurrectionem in totum negantes, deserentes in monumenta cibos & potus. Nam vbi posita sunt corpora defunctorum, accedunt & inclamant, nomina proferentes sepulchrorum mortuorum, Resurge, dicentes, tu comede & bibe, & latare.] De posteriore, fortè alludit ad vltimum vale quod peracto funere, discessuri ter in defunctum inclamabant; de quo ritu vide Kirchmannum lib. 3. de Funeribus Romanorum, cap. 9. vel ad querelas, & conuicia, & maledicta, quæ in funere in deos iaciebant, de quo more idem Kirchmannus lib. 2. cap. 12. vt hic *ἔβριοντο*, synecdochicè ponatur pro apparatu funebri.

VERS. 32.

VESTIMENTA EORVM AVFERVNT SACERDOTES, &c.] Alij: Ex indumento eorum ablato sacerdotes vestiunt uxores suas & liberos.

VERS. 33.

NEQVE SI QVID MALI, &c.] Alij: 1. Neque si malum acceperint a quopiam, aut beneficium, illi possunt rependere: neque dare regnum cuiquam aut abrogare queunt. 2. Neque si malum perficiatur ab villo, neque si bonum, possunt reddere: neque constituere regem possunt, tollere. seu regnum abdicare.

Maluenda, In libr. Baruch.

SIMILITER NEQVE DARE DIVITIAS, &c.] Alij: 1. Neque item diuitias aut as vnquam valent tribuere: quod si quis votum nuncupari ipsis, nec reddiderit, handquaquam id exposcerent. vel illud quidem nunquam requirent. 2. Similiter neque diuitias, neque as villo pacto possunt dare: si quis vbi votum voueris eis, non prestauerit, minime reposcitur sunt.

VERS. 34.

HOMINEM A MORTE NON LIBERANT, &c.] Alij: 1. Hominem a morte non vindicant, nec infirmiore liberant a potentiore. 2. Ex morte quenquam minime liberant, neque inferiorem a potentiore vnquam eripiunt. 3. Periculo mortis hominem nunquam liberant, neque imbecillum a potentiore eripient.

VERS. 35.

HOMINEM CÆCVM AD VISVM, &c.] Alij: 1. Non restituerint homini cæco visum, in necessitate constitutum nequaquam eripuerint. 2. Hominem cæcum ad visum minime reuocant, versantem in necessitate hominem minime eximunt.

VERS. 36.

VIDVÆ NON MISEREBVNTVR, &c.] Alij: 1. Non miseri fuerint vidua, pupillo beneficium non dederint. 2. Vidua non miserentur, neque orphano benefaciunt. vel in pupillum nullum beneficium conferent.

VERS. 37.

LAPIDIBVS DE MONTE, &c.] Alij: 1. Lapidibus è monte petitis similia sunt ista lignea, & aurata, & argentata: qui verò colunt ea, dedecus concipient. 2. Lapidibus erutis è monte similia sunt ista lignea, aurata, argentataque idola: qui verò ea colunt, pudore afficientur. 3. Erutis è monte lapidibus dij similes sunt, idola lignea, & deaurata, & argentea: & qui ministrant eis, pudorem consequentur.

VERS. 38.

ADHVC ENIM IPSIS CHALDÆIS, &c.] Diuersimodè hunc versum ex Græcis reddunt: 1. Quum ipsi quoque Chaldaei dedecus illis concipient, qui, si viderint mutum loquendi facultate destitutum, adhibito Belo, vel admoventes Belum, seu admoto Belo, postulant vt loquatur. 2. Quum ipsi quoque Chaldaei prodant horum ignominiam: qui, vbi mutum viderint sermonis vsu carentem, offerentes Belo, vt loquatur, postulant. 3. Quin etiam ipsi quoque Chaldaei ignominia afficiunt ea, quando viderunt mutum non valentem loqui, ad Belum adducetes, petunt vt loquatur. id est, adducetes eum ad summum deorum suorum Belum, de quo Isaiæ 46. 1. quasi dicat; quum dij minorum gentium curare non possunt, recurrunt ad eum, qui in summa apud Assyrios & Babylo-nios existimatione est.

VERS. 40.

QVASI POSSINT SENTIRE, &c.] Græca hoc versu variant: 1. Quasi ille sensu sit pre-ditus: non tamen possunt re perpensa missa facere talia, vt qua sensu careant. 2. Quasi ille Belus vllum sensum habeat: atque hac, quum ipsi animaduertant, non tamen possunt missa facere, vt qui sensu quoque ipsi careant. Græcè ad verbum: sensum enim non habent. Hoc quidam ad idola referunt: sed aptius alij ad eorum cultores: vt Ierem. 10. 8. & Isai. 44. 19. 3. Tanquam posset illud esse, scilicet, quod Belus curet mutum: nec possunt ipsi percipientes mente relinquere illa: nam sensu carent ipsi.

VERS. 41.

MVLIERES AVTEM CIRCVM DATÆ FVNIBVS, &c.] Impudicum hunc Babyloniarum

VERS. 42.

carum mulierum ritum, quem duobus his versibus describit Baruch, præter Explanatores, alij non pauci peculiaribus etiam editis tractatibus conati sunt ex Herodoto & Strabone elucidare. Sed nos cum cura breuiter expediemus. *Mulieres autem circumdata funibus, seu funiculis, &c.* Herodotus lib. 1. Numero 199. [*Ad templum Veneris sedent nodis corollisque tempora reuincta multa mulieres, è quibus alia accedunt, alia discedunt.*] Strabo lib. 16. pag. 745. [*Omniibus Babyloniorum mulieribus mos est, ex quodam oraculo apud quoddam Veneris sanum cum hospite corpus miscere: cum turba & cultu plurimo ad illud veniunt, qualibet thominge, id est, funiculo coronatur.*] Aut est illud quod Herodotus addit: [*Nam diuerticula vndeunque sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendum.*] Iunius reddit: *Mulieres verò cinctæ funiculis.* [*è iunco, ut vox Græca indicat,*] quia duplicem usum præstabat meretricibus: alter est, quod ex iunco faciebant fucum seu vnguentum, & callopismatâ, id est, exquisitos cultus & ornamenta, seu munditias, vnde schœniculæ Latinis præcis dicebantur: alter verò, quod illâ præcinctione artem suam profitebantur, & facilitatem soluendæ zonæ, vel cesti suæ ac potius frangendæ ostendebant. Mira argutia! De Schœniculis meretricibus vide Varronem lib. 6. de lingua Latina, cap. 3. & Festum, & Iosephi Scaligeri Commentaria in vtrumque.

SUCCEDENTES OSSA OLIVARVM.] Alij: 1. *dolentes fursures,* siue farinæ excrementa seu purgamenta, quæ meretrices diis suis adolebant: hunc fursuraceum odorem illis suauissimum esse existimantes: dignum talibus diis incensum. 2. Iunius: *accendentes acus eorum.* [*Id est, glutinam, paleas, & quifquilias minutas iunci, ex quo sibi funiculos faciebant, quas ad præcinctiorem suam videbant ineptas esse, aut ex virili iunco inter conferendum decidere: quod genus Latini veteres iuuillitium nominabant.*] Leuis & furilis expositio. Fulgentius de Prisco sermone: *Tiuillitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt.* Festus: [*Tiuillitium, nullius significationis est, ut apud Græcos Bliuyri, & Scindapfos. Plantus: non ego istud verbum empstem iuuillatio.*] Caterum *Pityra* esse quoque ossa oliuarum, seu fursures-oliuarum, aut fursuraceas seu contusas oliuas, ostendunt ex Atheno lib. 2. Deipnosophistarum, cap. 15. vbi inquit: *Philemon scribit misellas & improbas oliuas, vel ut alij ex Græco legunt, contritas seu contusas oliuas pityridas nuncupari. Callimachus in Hecate, oliuarum genera recenset gergirimon, & pityrin.* Beroaldus apud Columellam *pityrin* interpretatur *oliua officulinæ.* Columella *sansam,* siue ut quidam codices habent, *Sampsam,* vel *samsam* nuncupat. Quæ voce hodieque in Catalonia officula oliuarum contusa, quæ remanent expresso oleo, vocantur: quæ Valentini appellant *pi. ol.* Fuit fortè muliebris philti, seu amatorij veneficij ritus, quasi illa Pharmaceutria quam Theocritus & Virgilius describunt, edere solebat. Virgilius Ecloga 9.

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Vbi Seruius: [*Verbena dicuntur virgulta, quæ semper virent incundi odoris. Alij, verbenas virgulta religioni apta. Alij propriè oliuarum ramos: nam ideo & pingues ait, quamuis hoc & de palma & de lauro dici possit. Alij rorem marinum dicunt: omnia tamen hæc à viriditate verbenæ dicuntur.*] Et postea idem Maro:

— & fragiles incende bitumine lauros.

Sed Theocritus Eidullio 2. Simetam Daphnidis amore captam, veneficiis magicis operantem inducit: *Nunc sacrificabo pityra.* id est, vel *fursures,* vel *ossa-oliuarum.* Quod genus veneficij se Pharmaceutria ab Assyrio hospite didicisse affirmat: quod huic loco Baruchi ad amussim congruit. Eiusmodi enim in amatorijs philtis accendi solebant.

QVVM AVTEM ALIQVA, &c.] Alij VERS. 43. hunc versum ex Græco exponunt: 1. *Ac quum quæpiam ipsa ab aliquo prætereunte ad stupri consuetudinem adducta, attractaque fuerit, alteri exprobrat, quod non digna, sicut ipsa, habita fuit, nec funiculus eius fuerit diruptus.* 2. *Quumque quæpiam ipsarum ab aliquo prætereuntem attracta, compressaque fuerit, alteri exprobrat, quod non eam, quam ipsa, dignationem consequuta sit, nec funiculus eius fuerit diruptus.* 3. *Sed quando aliqua illarum abstracta ab aliquo vno ex transeuntibus compressa fuerit, propinquam, seu proximam probro afficit, quod non fuerit appetita, sicut ipsa fuit, neque funiculus eius diruptus fuerit.* Hunc versum mirificè illustrat Herodoti narratio, quam totam subiicio: [*Vna iisdem Babylonis lex est omnibus modis fœda, nempe omnibus mulieribus indigenis commune est, semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Caterum, quum pleraque sint diuitiis rumentes, quæ sui copiam facere recusant, hæc vehiculis cameratis vectæ, pro templo consistunt, relicta interim à tergo magna famulij turba. Pleraque etiam hunc in modum faciunt: Ad templum Veneris sedent nodis, corollisque tempora reuincta multa mulieres, è quibus alia accedunt, alia discedunt. Nam diuerticula vndeunque sic funiculis distinguunt, ut aditum præbeant externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit, deligendum. Porro quum semel illic consederint, non prius domum regrediuntur, quam hospitium aliquis pecuniâ mulieri in sinum iniecerit, & cum eadè à fano sersum abducta rē habuerit. Hospitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet. Ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Assyrij Venerem appellant. At verò pecuniam illam, quantulacunque sit, non fas est reticere, siquidem in sacrum conuertitur usum. Neque mulieri etiam permittitur hospitem aliquem repudior: sed quicumque is est, qui pecuniam obiecerit primus, hunc illa sequitur citra delectum. Postremò, vbi iam congressa fuerit cum externo mulier, dea expiata, domum reuertitur. Ac deinde nihil tam magnum est, quo dato potiri illis possit. Iam, quæ forma sunt elegantiores, citius discedunt: quæ verò deformes, diutius coguntur desidere pro templo, antequam legi faciant satis. Fitque interdum, ut vno atque altero anno, aut etiam triennio, atque diutius expectare oporteat miseræ,*

miseras. Alicubi, nempe in Cypro, similis quaedam lex est.) Haecenus] Herodotus: ex quo brevius Strabo: (Omnibus Babyloniorum mulieribus mos est, ex quodam oraculo, apud quoddam Veneris sanum cum hospite corpus miscere, cum turba & cultu plurimo ad illud veniunt, qualibet funiculo coronatur: qui verò ad eam admittitur, posito super genibus eius argenteo quantum convenire videtur, inquit eam longe à fano abductam: id argentum Veneri sacrum est.)

VERS. 48. RELIQUERUNT AUTEM FALSA ET OPPROBRIVM POSTEA FUTVRIS.] Alij: 1. Reliquerunt enim vana & opprobria futuris hominibus. id est, res vanas ac fallaces, dignasque confusione & dedecore. 2. Etenim mendacium posteris, opprobriumque reliquerunt. 3. Reliquerunt enim mendacia & opprobria iis, qui adsunt ad ipsa.

VERS. 47. NAM QVVM SVPERVENERIT ILLIS &C.] Alij: 1. Nam ubi bellum ipsis, malaque ingruerint, consultant apud se sacerdotes, quoniam se abdant cum illis. 2. Nam quum supervenerit eis bellum & mala, ineunt consilium de eis sacerdotes, ubi simul absconderentur cum eis.

VERS. 50. QVOMODO ERGO SENTIRI DEBEANT QVONIAM DII SVNT?] Alij: 1. Quid est igitur, cur non existimemus eos nullo modo esse deos? 2. Quid igitur vetat, quòd dii non sint, intelligere? 3. Quomodo igitur non potest ex sensu cognosci hos non esse deos?

VERS. 50. NAM CVM SINT LIGNEA &C.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. Quae sunt lignea, & deaurata atque argentata, hac cognoscuntur postea à gentibus omnibus esse falsa regibusque manifestum erit non esse Deos, sed opera manuum humanarum, nec ullum Dei opus inesse eis. 2. Nam lignea cum sint, auro argentoque inducta, falsa esse posthac palam erit, liquidaque constabit gentibus omnibus ac regibus non esse deos, sed opera manuum humanarum, quibus nihil inest divini. 3. Nam lignea cum sint, & auro argentoque obducta, ea falsa esse posthac facile intelligitur: omnibus gentibus ac regibus notum erit non esse deos, sed opera manibus hominum effecta, nec ullum Dei opus in his esse.

VERS. 51. VNDE ERGO NOTVM EST QVIA NON SVNT DII.] Alij: 1. Quare igitur cognoscitur quod non sunt dii. 2. Quis nesciat non esse deos illos? 3. Qua igitur re cognoscendum est non esse deos. Græca ex verbo: Cui igitur cognoscendum est, quod non sunt dii? q. d. nullus restat, cui id sit cognoscendum, omnes norunt vel, quis tam hebes, qui id non cognoscat, ut sit edocendus?

VERS. 52. REGEM REGIONI NON SVSCITANT.] vel, à mortuis, vel imponunt. Alij: 1. Neque enim regem regioni alicui proficiunt. 2. Nam regem minime instituunt regioni. 3. Neque enim creavint regioni regem, seu constituent.

VERS. 53. IVDICIUM QVQVE NON DISCERNENT &C.] Alij hunc versum è Græco reddunt: 1. Nec iudicium inter eos constituent, nec, cum sint imbecilles, iniuriam propulsabunt: sunt enim quasi cornicula inter calum & terram pendent. 2. Iudicium inter eos non exercuerint, nec iniuriam propulsarint imbelles: cornicibus enim inter calum & terram pendentibus, siue volantibus sunt similes. 3. Iudiciumque minime faciunt illorum, Maluenda, In libr. Ezechi.

neque liberant ab iniuria, ut qui imponentes sunt: sunt enim quasi cornicula inter calum & terram. quae sunt aues infirmissime, ac seruiunt vanis captandis auguriis, suntque inauspicata.

QVIBVS HI, QVI FORTIORES SVNT, AVRV M ET ARGENTVM &C.] Alij hunc versum è Græco conuertunt: 1. Quum illi istis potentiores, aurum argentum, vestitumque, quo sunt amicti, ablatum habentes secum abeant: nec isti sibi ipsis opera ferant. 2. Quum potentiores ipsis, aurum, argentum, & vestitum, quo sunt amicti, ablatum gerentes, abeant: nec illi opera sibi ferant. 3. Quorum illi valentiores ipsis derabant aurum & argentum, & indumentum, quod circumstat eos, & habentes discedunt quum illi ne seipos adiuverint.

ITAQVE MELIVS EST &C.] Alij hunc versum reddunt: 1. Potior itaque est rex suam declarans fortitudinem, aut vas in domo vile, quod domino sit vsui, quam falsi, fictique dii: potior domus ianua, quae in ea sunt, custodiens, aut columna lignea regiarum, quam dii falsi. 2. Potior itaque rex est probans suam potentiam, aut in domo vas utile, quod Domino sit vsus, quam dii falsi: potior ianua domus, quae in ea sunt, custodiens, quam dii falsi: potiores & columna lignea regiarum, quam dii falsi. 3. Itaque praestat esse regem, qui ostendat suam ipsius fortitudinem, aut instrumentum domui utile, quo utatur possessor, quam falsos deos aut ligneam columnam esse in basilicis, quam falsos deos.

SOL QVIDEM ET LVNA, &C.] Alij: 1. Nam sol quidem & luna, astraque splendens, quum emittuntur ad vsus necessarios, facile parent. 2. Nam sol quidem & luna, & astra, quae splendida sunt, quum mittuntur ad vsu suum, optime auscultant.

SIMILITER ET FVLGVR, &C.] Alij: 1. Similiterque fulgur, quum apparet, perspicuum est, & ipse ventus regione totam perspirat. 2. Similiter & fulgur, quum emicat, perspicuum est, eodem modo ventus regionem omnem perflat.

IGNIS ETIAM MISSVS DESVPER, &C.] Alij: 1. Et ignis demissus supernè ad desolandum montes & silvas, facit, quod imperatum est. 2. Ignis quoque ad montes, arbustaue consumenda desuper demissus inssa perficit.

HÆC AVTEM NEQVE SPECIEBVS, &C. &C.] Alij hunc versum è Græco transferunt: 1. Hæc verò nec formis nec potentiis, aut facultatibus eis sunt similia. vel hæc verò idola nullam neque formam, nec vim habent, ut illis soli, lunæ, astris, nubibus, fulguri, igni, similia videantur: sunt enim idola stolidi & inutilia, omni forma naturali, & facultate efficaci casta: ex quo dii nec habendi sunt, neque appellandi, quum nec iudicium exercere possint, nec ullum in homines beneficium conferre. 2. Ista verò idola nec formis, nec viribus suis sunt his similia: vnde nec sentiendum est nec dicendum illos esse deos, qui nec iudicium exercere, nec beneficium dare queant hominibus. 3. Ista autem ne formis quidem facultatibus suis conformata sunt: id est, nec formæ istorum idolorum facultatibus eorum respondent: quamobrem nec putandum, nec predicandum est, istos esse deos cum non possint isti neque iudicium facere, neque benefacere hominibus.

EEEE 2 NEQVE

VERS. 56.

VERS. 58.

VERS. 59.

VERS. 60.

VERS. 62.



VERS. 65. NEQVE ENIM REGIBVS MALEDICENT, NEQVE BENEDICENT.] Alij: Si quidem reges nec felices reddiderint nec infelices.

VERS. 66. SIGNA ETIAM IN CÆLO, &c.] Alij: 1. signaque apud gentes in celo minime ostensuri sunt, neque ut sol lucebunt, neque lumen præbunt ut luna. 2. signa gentibus in celo non ediderint, non fulserint iustar solis, nec ut luna luxerint.

VERS. 67. BESTIÆ MELIORES SVNT ILLIS, &c.] Alij: 1. Bestia præstantiores sunt illis, quæ sub tectum fugiendo sibi prodesse possunt. 2. Bestia ipsa meliores sunt eis, quæ fugientes in specum possunt sibi ipsis prodesse.

VERS. 68. Nullo itaque modo, &c.] Alij: 1. Nullo itaque modo deos esse liquet nobis, quapropter ne metuatis illos. 2. Igitur manifestum est nobis, nullo pacto esse deos, ut sit traectio, quapropter ne metuatis illos.

VERS. 69. NAM SICVT IN CUCUMERARIO, &c.] Hunc versum alij ex Græco explanant: 1. Nam, quod est in cucumerario terriculamentum, seu terriculum nihil defendens. id est, imago ex centonibus, aut aliquid eiusmodi ad territandas aues, quæ vita & sensu caret, & quamuis aues arceat, at non fures: hoc dij sunt istorum lignei, aurati, & argentati, instar spinæ hortensis, cui quæuis insidet anicula. 2. Iunius: Nam quemadmodum in cucumerario pudenda statua nihil obseruans: ita sunt dij illorum lignei, & deaurati, & argentati eodem modo, & quemadmodum in horto rhananus, cui auis qualibet insidet. Græca, inquit vox *αεβαρναιον*, vel *αεροβαρναιον*, nihil aliud sonat, quàm rubrum hortorum deum, ut vocat Horatius, nempe Priapum: nam infamis illa statua præferebat pudenda, amplissima, quæ Græci appellant *κα'ορναιον*: quamobrem nos rem infamem attigimus casta appellatione: alioqui *αεβαρναιον*, si iustam vocis notationem spectes, illud sonat, quod Festus appellat præfiscine, vel præfiscini, alij amuleta ab amolendo fascina. De Priapo vide plura apud Liliū Gyraldum Syntagmate 8. de diis gentium: de præfiscine adito Festum in *Prospera*, & Notas Iosephi Scaligeri in eum locum, & Marci Varronis Lib. 6. de lingua Latina, cap. 5.


Nos ex proprietate Græci nominis *fascinum* diximus, id est, amuletum ad amolendas & auertendas fascinationes, quod in modum membri virilis antiqui efformabant, & deum esse volebant. M. Varro lib. 6. de lingua Latina cap. 5.] Pueris turpicula res, scilicet vererum, in collo quadam suspenditur, ne quid obest bona scæne causâ.] Plinius lib. 28. cap. 4. [*Fascinus*, Imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui Deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium subtus pendens defendit medicus inuidiæ.] Vide Cælium lib. 4. lectionum Antiquarum, cap. 6. & Turnebum lib. 9. Aduersariorum, cap. 28. Sed quod propriè ad hunc Baruchi locum spectat, Plinius lib. 19. cap. 4. [Hortosque & fores tantum contra invidentium fascinationes dicari videmus: in remedio Satyrice signa: [alias Saturnia, ut Priapi] quanquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.] Vide in hunc locum Notas Iacobi Dalecampij. Porro Phallum, seu Priapum, aut Fascinum, apponi solitum in hortis tanquam custodem, & amuletum ad auerruncandas fascinationes, notissimum est: vide Gyraldum Syntagmate 8. in Priapo.

A PURPURA QUOQUE, &c.] Alij hunc versum ex Græco reddunt: 1. A purpura denique, & splendore marcescente in ipsis, deos non esse cognoscatis: nam ipsi quoque tandem consumentur, & dedecus afferent regioni. 2. Quæ non esse deos cognituri estis à purpura & splendore, qui inerat illis, putrescente: & eo quod ipsa postea exeduntur: itaque sunt probro regioni suæ.

ET MYRICE.] Græcè. & *μαρμαριον*, marmore, qui lapis Græcis sic dictus à candicante & splendente colore. Qua ratione Nostri plerique olim exemplaria habebant: Romani Correctores substituerunt *myricem*.

MELIOR EST HOMO IUSTVS, &c.] Alij: 1. Præstat igitur homo integer, qui caret simulacris, id est, qui non colit idola: nam ab ignominia procul aberit. 2. Itaque melior est homo iustus non habens idola. Nam procul à probro futurus est. Nam idola nihil nisi probum & pudendam ignominiam afferunt creditibus suis.

Valentiæ II Februarij 1628. Natali meo 61. intermissa plus mense
scriptione ob intoleranda frigida, & alias occupationes.



11 Februa-
rij 1647.

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.

Tempus & locus quibus Ezechieli ostensa sunt visiones Dei : nempe in medio ignis similitudo quatuor animalium quae describuntur, similiter & rotarum, firmamenti, throni, & hominis in throno sedentes igne circumdati.

Vulg.

I Factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captiuorum iuxta fluum Chobar, aperti sunt cali, & vidi visiones Dei.

2 In quinta mensis, ipse est annus quintus transmirationis regis Ioachin,

3 Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldaeorum, secus flumen Chobar : & facta est super eum ibi manus Domini.

4 Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone; & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis:

5 Et in medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

6 Quatuor facies vni, & quatuor penna vni.

7 Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli & scintilla quasi aspectus aris candentis.

8 Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies, & pen-

Malu.

E T fuit in triginta anno, in quarto, in quinque^a innouationi, & ego in medio deuolutionis super flumen chebaris: aperti fuerunt caeli, & vidi visiones ELOHIM:

2 In quinque innouationi, ipse annus quintus deuolutionis regis Ioiachinis.

3 Esse fuit verbum^b IHVH ad Iechezkelem filium Buzi sacerdotem, in terra Chaldaeorum super flumen Chebaris: & fuit super eum ibi manus IHVH.

4 Et vidi, & ecce^c spiritus horribilis-tempestatis veniens de septentrione, nubes grandis, & ignis^d accipere sese-faciens; & splendor ei circuitu: & de medio eius sicut oculus chasmal, de medio ignis.

5 Et de medio eius, similitudo quatuor^e animalium: & ista visio eorum, similitudo hominis eis.

6 Et quatuor facies vni, & quatuor ala vni, eis.

7 Et pedes eorum, pes rectus; & vola pedum eorum sicut vola pedis vituli, & scintillantes sicut oculus aris leuis.

8 Et manus hominis de sub alis eorum, super quatuor^g quartalia eorum:

EEEE 3 &

^a lunationi; mensi, sic v. 2.

^b IHVH, ENTIS, ES SENTII, ESSENTIATORIS. sic postea toto libro

^c ventus, flatus

^d vt Exoⁱⁱ 19. 18.

^e visorum bestiarum, ferarum sic deinceps

^f flauis, teris politis, leuigati. limaci; mundi

^g quartas, quadras

nas per quattuor partes habebant.

9 Iunctaque erant penna eorum alterius ad alterum: non reuertebantur cum incederent: sed unum quodque ante faciem suam gradiebatur.

10 Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quattuor; facies autem bouis, à sinistris ipsorum quattuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quattuor.

11 Facies eorum, & penna eorum extenta desuper: dua penna singulorum iungebantur, & dua tegebant corpora eorum.

12 Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.

13 Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

14 Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

16 Cùmque aspicerem animalia apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quattuor facies.

16 Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quattuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rota.

17 Per quattuor partes earum euntes ibant & non reuertebantur cum ambularent.

18 Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & rotum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quattuor.

19 Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rota.

20 Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rota pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.

21 Cumeuntes ibant, & cumstantibus stabant. & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rota, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.

22 Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper.

& facies eorum, & alæ eorum, h quattuor eorum.

9 Consociatæ, i vira ad sororem suam, alæ eorum: non circumgyrabunt in ambulare eas; k vir ad transitum facierum suarum ambulabunt.

10 Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & facies leonis ad dexteram l quattuor eorum; & facies tauri de sinistra quattuor earum; & facies aquilæ quattuor earum.

11 Et facies eorum, & alæ eorum separatæ de ad supra, m viro duæ consociatæ, n viri; & duæ cooperientes corpora earum.

12 Et vir ad transitum facierum suarum ambulabunt: ad quod erit inibi spiritus ad ambulare, ambulabunt, non circumgyrabunt in ambulare earum.

13 Et similitudo animalium visiones eorum sicut o carbonum ignis exarudentium, sicut visio lampadarum; ipsa ambulare-sefe-faciens inter animalia: & splendor p igni, & de igne exiens p ad ignem fulgur.

14 Et animalia currere, & reuertere sicut visio fulguris.

15 Et vidi animalia, & ecce rota vna in terra q reservatio animalium, t quattuor faciebus eius.

16 Visio rotarum, & factura earum sicut oculus tharsis; & similitudo vnus quattuor eis: & visiones earum & factura earum secundum quod erit rota in medio rotæ.

17 Super quattuor f quattalium earum in ambulare eas ambulabunt; non circumgyrabunt in ambulare eas.

18 Et gibbi earum, & excelitas eis, & timor eis: & gibbi earum impleti oculis circuitu quattuor eis.

19 Et in ambulare animalia, ambulabant rotæ r reservatio eorum: & in leuari animalia de super terram, leuabuntur rotæ.

20 Super quod erit ibi spiritus ad ambulare ambulabunt inibi spiritus ad ambulare: & rotæ leuabuntur u ad conjunctionem eorum; quia spiritus vitæ in rotis.

21 In ambulare ea, ambulabunt, & in stare ea, stabunt: & in leuari ea de super terram, leuabuntur rotæ x ad conjunctionem eorum, quia spiritus vitæ in rotis.

22 Et similitudo super capita animalis, expansio, sicut oculus gelu timendi: extensi super capita eorum de ad supra.

h datiuus. quattuor ipsis i vna ad al. teram. ut Exod. 26. v. 3. k quisque

l ut v. 8. sic mox

m cuique

n cuiusque

o prunarum

p ad ignem

q reservatio- ne, apud, iuxta, penes, propè, secundum animalia r datiuus. ad quattuor facies suas

f quadratè: ut v. 8.

t ut v. 15.

u iuxta, circa, prope, secundum. vel. e regio- ne, exadger- so: ut Exod. 25. 27.

x coniunctio- ni. ut v. 20.

23 Sub firmamento autem penna eorum recta alterius ad alterum: unumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

24 Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum. cumque starent, dimittebantur penna eorum.

25 Nam cum feret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.

26 Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.

27 Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius usque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.

28 Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuia. hic erat aspectus splendoris per gyrum.

23 Et sub expansione alæ eorum rectæ, vira ad sororem suam: y viro duæ cooperientes z eis; & viro duæ cooperientes eis corpora eorum.

24 Et audiui vocem alarum eorum sicut vocem aquarum multarum, sicut vocem ^a SCHADDAI in ambulare ea; vocem ^b strepitus sicut vocem ^b deficientiæ: in stare ea, remittent alas suas.

25 Et fuit vox de super ^c expansioni quæ super caput eorum: in stare ea, remittent alas suas.

26 Et de supra ^d expansioni quæ super caput eorum sicut visio lapidis sapphiri, similitudo solij: & super similitudinem solij similitudo sicut visio hominis super illud de ad supra.

27 Et vtdi sicut oculum chasmal, sicut visionem ignis ^e domo ei circuitu; de visione lumborum eius & ad supra: & de visione lumborum eius & ad deorsum vidi sicut visionem ignis, & splendor ei circuitu.

28 Sicut visio arcus qui erit in nube in die ^f nimbi, sic visio splendoris circuitu; ipsa visio similitudinis grauitatis IHVH: & vidi, & cecidi super facies meas; & audiui vocem loquentem.

y vt u. 11.
z vel hinc
sic statim

a Vide in
Genes. 17. 1.
b cast a-
metationis

c ad expan-
sionem

d vt u. 25.

e interius ei,
intra eam

f imbris,
pluuia, ve-
hementis

COMMENTARIA.

VERS. 1.



FACTVM EST, &c.] Hæc, inquiunt quidam, duo capita simul coniungenda esse, & secundum terminandum in versu 15. inclusiue, secundi capitis vulgatæ distinctionis, res ipsa clamat. Nam in inscriptione communi coniunguntur, vers. 2. & 3. Deinde verò visio exponitur toto hoc capite; & vocatio ad functionem propheticam, capite sequente.

IN TRIGESIMO ANNO.] Ingens pugna Explanatorum, quisnam sit hic trigessimus annus. Hebræi, trigessimum Iubilæi currentis accipiunt. Hoc alij falsum, alij incertum affirmant. Quidam trigessimum à denuntiata deportatione, nempe à decimo octauo Iosia, 2. Reg. 22. 16. Plerique à decimo octauo Ioschia, quo liber legis inuentus, fœdus redintegratum cum Deo, & cultus legitimus instauratus, 2. Reg. 22. quorum beneficiorum solemnis recordatio nouam numerandi annos rationem Iudæis suppeditauit; vt alibi numerantur à vocatione Abrahami, à promissione facta Abrahamo, ab Iitachako nato, ab exitu ex Ægypto, à regno Iisraëitarum diuiso, à deportatione populi Dei, & similibus. Hoc enim beneficium recordari multo fuit æquius, quam ab inauguratione aliqua regis noui (vt ferè

fit) ab Olympiadibus, vt Græci ab vrbe condita, aut exactis regibus, & Romani, numerare, prout cap. 4. vers. 6. amplius ostenditur. Iosephus Scaliger, & cum ipso ingens chronologorum protestantium turba, & nonnulli ex Catholicis volunt hunc trigessimum annum fuisse ab enthronismo Nabopollassari patris Nebuchadnezaris regis Babylonie, qua annorum ratione tunc utebantur Babylonij, & vsus est captiuus Ezechiel. Vide ipsum Scaligerum lib. 5. de Emendationibus Temporum, Capite, De initio Nabopollassari, &c. pag. 218. prioris Editionis, sed pag. 374. posterioris Editionis, & lib. 3. Isagogicorum Canonum, pag. 254. & 255. & 288. vbi insigni vanitate & præfidentia quasi ex tripode aut cortina oracula funderet, suam sententiam vt certissimam & euentissimam astruit: cum tamen non omnino esse certa & explorata, aliquot viri eruditi demonstrauerint: vide Quæstiones Chronologicas Iacobi Gordoni, cap. 10. Numero 10, & cap. 12. Num. 12. Sanè sententia illa de trigesimo anno instauratæ legis sub Iosia, plures & magnos habet assertores: vide Commentarium S. Hieronymi.

QVVM ESSEM IN MEDIO CAPTIVORVM.] Hebr. & ego in medio deuolutionis. seu demigrationis, transmigrationis, abductionis, iransta

translationis, deportationis, exilij, captiuitatis. id est, quum essem inter deportatos, & captiuos. Quidam reddunt: & versarer inter deportatam multitudinem. Hispanicus Interpres: estando yo en medio de los transportados.

IVXIA FLVIVM CHOBAR.] Hebr. *Chebar*. Hunc illum esse putant, de quo Strabo lib. 16. pag. 747. [Inter Euphratem atque Tigrim fluit aliud flumen, quod *Basilus*, id est, *Regius* appellatur, & circa *Anthemusiam* aliud, nomine *Aboras*.] seu *Chaboras*. Et *Ptolemæus* lib. 5. cap. 18. [Montes verò in *Mesopotamia* celebres sunt, *Masius*, & *Singara*: flumij verò per regionem fluunt ex dictis montibus proruentes, cum alij, tum qui *Chaboras* appellatur.] Sic enim id nomen in emendationibus *Ptolemæi* Græcis exemplaribus legitur. *Ammianus* lib. 14. cap. 9. [Batne municipium in *Anthemusia* conditum *Macedonum* manu *priscorum*, ab *Euphrate* flumine breui spatio disparatur, refertum mercatoribus opulentis, &c. Et mox: Hanc regionem praestititū celebritati diebus inuadere parans dux antedictus, per solitudines *Aboraque*, seu potius *Chabora* amnis herbidas ripas, suorum indicio proditus, &c.] Et lib. 23. cap. 23. [Imperator agili gradu *Cercusium* principio mensis *Aprilis* ingressus est munimentum tutissimum, & fabre politum: cuius mœnia *Abora*, seu *Chaboras*, & *Euphrates* ambiunt flumina, velut spatium insulare fingentes.] Et paulo inferius: [Julianus verò dum moratur apud *Cercusium*, ut per naualem *Abora* pontem exercitus, & omnes sequela transirent, &c.] *Scaliger* lib. 5. Emendationis *Temporum*, pag. 376. suspicatur *Chobar*, vel *Chebar* esse diorigem *Euphratis*, diductam iussu regis cuiusdam *Babylonij*, & operâ *Chobaris* Praefecti, vnde & à rege nomen inditum *Syriaca* lingua *Nebar-Malcha*, id est, *Fluius regius*; & à praefecto appellatum *Chobar*. *Plinius* lib. 6. cap. 26. [Sunt qui tradunt *Euphratem* *Cobaris* Praefecti opere diductum, ubi eum diximus findi.] lib. 5. cap. 26. [Ne praecipiti cursu *Babyloniam* infestaret, ab *Assyriis* vniuersis appellatum *Armalchar*, seu potius *Nebar-malcha*, quod significat *Regium flumen*.] *Ammianus* lib. 24. cap. 5. [Alia pars *Euphratis*, *Naarmalcha* nomine, quod *Fluius regum* interpretatur, *Ctesiphonta* permeat.] Et cap. 21. [Ventum est hinc ad fossile flumen *Naarmalcha* nomine, quod *Amnis regum* interpretatur, tunc aridum. Idem haec *Trajanus*, posteaque *Seuerus*, egesto solo fodiri in modum canalis amplissimi studio curauerat summo, ut aquis illuc ab *Euphrate* transfusis, naues ad *Tigridem* commiserent. Tutissimumque ad omnia visum est, eadem loca purgari, quae quondam familia *Perse* timentes, mole saxorum obruere multorum.] *Casaubonus* in *Notis* ad *Strabonis* lib. 16. tamen si *Chebare* *Ezechielis* existimet cum *Scaligero* esse ipsum *Nebar-Malcha*, seu *Fluum regium*: tamen *Chaborram*, vel *Aborram* longè diuersum à *Basilio* seu *Regio* flumine, statuit: quod *Strabo*, *Ptolemæus*, & *Ammianus* perspicue discriminant. Iam iuxta *Casaubonum*, *Chebar* *Ezechielis* esse non poterit *Aboras*, vel *Chaboras* *Strabonis*, *Ptolemæi*, & *Ammiani*. Ut cunque sit, nobis dubium esse non potest,

Chebare *Ezechielis* esse ipsissimum *Aborram*, vel *Chaboram*, *Strabonis* & *Ptolemæi*. Nec desunt, qui putent *Euphratem* ipsum hâc dici כְּבַר *chebar*, quasi multiplicem, copiosum, in multos alueos diductum, opere primum *Cobaris* praefecti, deinde *Orchenorum* ob irrigationem agrorum: vt refert *Plinius*.

APERTI SVNT CÆLI.] *Humanitus* dictum accipiunt, quod ipsum æther igne & splendore coruscum speciem discissi cæli præberet. *Virgilius* 9. *Æneidos*:

— Video medium discedere cælum.

Plinius lib. 2. cap. 26. [Fit & cali ipsius hiatus, quod vocant *chasma*.] Vide infra vers. 4.

ET VIDI VISIONES DEI.] id est, à Deo oblatae, & immixtas, hoc capite. Alij: diuinas, magnas, admirandas, insignes, eximias: vide in *Genes.* 1. 2. Dicit autem pluraliter *visiones*, quod etsi vna fuerit visio, at res multiplices, varias, magnique momenti contineret.

IN QUINTA MENSIS, &c.] Hunc versum alij ex *Hebr.* reddunt: 1. In quinta, inquam, mensis (ipse est annus quintus, quo abductus erat *Iojachin* rex. 2. Quinto die mensis, ipso anno quinto, qui fuit à deportatione *Iojachinis*. His quinque annis, si vndecim *Iehojakimi* coniunxeris, & quatuordecim vltimos *Ioschijæ*, assurgit numerus triginta annorum positus præcedente versu.

FACTVM EST VERBVM DOMINI.] Hebr. *Effendo fuit*, vel *existendo extitit*, seu *fiendo factum est*, hoc est, Omnino fuit verbum *IHVH*. quod scilicet habetur cap. 2. vers. 2. vsque ad 10. Capitis 3. Alioqui verbum, id est, visio, interpretantur, quæ quum prophetæ à Deo ostensa fuerit cum intelligentiâ, perinde est ac si *Deus* verbo loquutus fuisset.

AD EZECHIELEM.] Hebr. *יעזקל* *iechezkel*, sonat, *Fortitudo*, seu *Firmitas* aut *Obfirmatio Dei-fortis*. vel *Obtrinebit*, *Corroborabit Deus-fortis*.

FILIVM BVZ I.] Hebr. *בוזי* *buzi*, est, *Dedignationis*, *Spretionis*, *Contemptus*, *Despectus* mea.

IN TERRA CHALDÆORVM.] id est, in *Babylonia* seu *Mesopotamia*, quæ tum *Babylonis* regibus parebat: alioqui *Chaldæa*, seu *Babylonia* pars *Mesopotamiæ* erat. *Plinius* lib. 6. cap. 26. & alij.

MANVS DOMINI.] Exponunt, id est, virtus, fortitudo, & potentia *Iehueh*. Alij: Spiritus prophetæ validus & vehemens. Quidam: Spiritus & impulsus Dei, à quo sublatus est, & inuitus quodammodo raptus ad functionem suam, infra cap. 3. vers. 12.

ET VIDI, ET ECCE, &c.] Ingentis totius huius visionis hoc capite tam accuratè descriptæ tot feruntur interpretationes, vt res esset sine fine, si omnes huc conferre & expendere vellemus. Nos quam verisimiliorem existimauimus, exequemur, lectore interim ad explanatores amandato, è quibus sitim suam affatim extinguere, si iam non potius accendere possit. Generalem Dei omnipotentiam, prouidentiam, actionem, gubernationem, curam, moderationem, præfidentiam in res creatas omnes insigni hac visione significari putamus. Vide *Forsterum*

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

ac Mercerum in Lexicis, in verbo כַּכְבִּי. Ergo prima pars, inquit, huius prophetiæ, id est, visionis comprehensæ toto hoc capite (vt diximus in vers. 1.) finis est adumbratio gloriæ Dei in Christo, vt ipse propheta interpretatur vers. 28. ad confirmationem prophetiæ, & fidem prophetiarum sequentium. Summa, Deum gloriæ & Dominum I E S U M CHRISTUM spiritu æterno suo cælum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, administrare, adeoque obsequium & ministerium angelorum spiritu suo & potente verbo adhibere ad res hæc inferiores regendas & administrandas pro arbitratu suo, & beneplacito suæ voluntatis. Sunt itaque in visione hæc membra duo: primum est, descriptio ministrorum Dei, superiorum, inferiorumque, & totius illorum ministerij, vsque ad vers. 22. secundum est, gloriæ Christi in cælis figuratio, ad finem vsque.

VENTUS TURBINIS.] Hebr. *spiritus horribilis tempestatis*. sic Virgilius 9. *Æneidos*:

— vnde hæc tam clara repente

Tempestas. —

Quidam exponunt: ventus turbinis, id est, turbulentus, turbines excitans: aut per hypallagem, turbo vento impulsus & agitatus. Alij: *ventus turbineus*, tanquam præcursor gloriæ & maiestatis Dei: vide Iob 38. 1. Est autem hîc ventus præditus ea facultate, vt depellat nubes. Docet itaque propheta per voluntatem Dei hoc vento impellente dissiluisse & diffugisse nubes, vt cælum nitens, & res è cælo aperto ostensas liberè prospiceret. Quidam obseruant, hunc statum vel Etnephan, vel Typhonem, aut Turbinem fuisse, de quibus Aristoteles 3. Meteorologicorum, cap. 1. Seneca lib. 5. Quæstionum Naturalium, cap. 12. & 13. Plinius lib. 2. cap. 48. & 49.

ET NVBES MAGNA.] Tremellius & Iunius initium versus ita reddunt: *Vidi ergo, quum ecce ventus turbineus veniret ab aquilone, magnam, &c.* Aspectabile, inquit, signum præsentia Dei, qui sine nube & obscuritate ab infirmis hominibus videri non potest. Hanc autem nubem ventus ille turbinis impellebat.

ET IGNIS INVOLVENS.] Participium ex Hithpahel fæmineum, מִתְלַכְכֵּחַ *mithlakchach* variè reddunt: 1. Sanctes, & ignis in medio nubis Involvens se. & in Thesauro, & ignis comprehensus. 2. Vatablus: & ignis recipiens sese. quasi flammarum voluina sese per totam nubem insinuantia. 3. Forsterus: & ignis, sumptus, vel assumptus. id est, simul mistus. 4. Vatablus: & ignis inflammatus erat. vel & ignis implicatus, admistus, seu conceptus, siue correptus, id est, incensus seu accensus in medio eius. q. d. nubes illa correpta erat igni, & accensa, flagrabatque & ardebat, id est, conceperat ignem; eratque tota lucida, ac fulgida. 5. Marinus, & ignis se interceptiens. 6. Auenarius: & ignis excipiens se mutuo. 7. Tremellius, Iunius, Schindlerus: & ignem sese accendentem. ad verbum: qui se accipiebat, vt Exod. 9. 24. id est, indefinenter ardentem, & res qualque proximas inflammantem, qua specie Deus fere exhibet *Maluenaâ, In Ezech.*

maiestatis suæ documenta, Exod. 19. 18. & Habakuk 3. 4. & alibi. 8. Maldonatus: & ignis sese implicans. in ipsa nube. q. d. vidi nubem magnam, & inflammantem aut fulgurantem. vel & ignem recipientem sese. id est, micantem, erumpentem è nube & se iterum recipientem, sicut domo aliqua confligente flammæ foras erumpunt, & rursus intus recipiuntur. 9. Buxtorfius: & ignis interceptus, seu immistus.

ET SPLENDOR IN CIRCVITV EIVS.] Hebr. & *splendor ei circumitu*. vel *undique*, seu *circumquaque*. Pronomen *ei*, est masculinum, vnde non ad ignem, qui est fæmineum, sed ad nubem, masculinum referendum est. Totum quod circum nubem spatium erat, miro splendore collucebat. Quidam: & *splendorem eius circumstantem*. id est, nubem splendentem circumquaque & radiantem, velut sol, non autem subinde tantum micantem, vt fulgura faciunt.

ET DE MEDIO EIVS.] Pronomen, *eius* est fæmineum, vnde adaptatur igni, qui est fæminei, non nubi, quæ est masculi generis. vt mox in fine versus exponitur.

QVASI SPECIES ELECTRI.] Hebr. *sicut oculus*, id est, color, aspectus, vt Numer. 11. 7. מַשְׁמַל *chaschmal*. De que voce ingens est dissensio auctorum. 1. Hebræorum nonnulli volunt vel esse nomen proprium alicuius angeli, vel angelum significare, composita voce à מַשְׁמַל *chaschab*, siluit, & à מַלְלֵל *millel*, loquutus est, quod angelus interdum sileat, & interdum loquatur: vide Sanctem lib. 3. Hebraicarum Institutionum, cap. 1. 2. Forsterus: (CHASCHMAL dictio quadrilittera, & significat lucidissimam scintillationem, seu flammam in igne, qualis quoque est electri, seu aris igne candidati.) Deducit id nomen à מַשְׁמַל *chaschal*, deiecit, subiecit, domuit, ex quo, inquit, CHASCHMAL interposita littera Mem; quod rem significat lucidissimam, & excitatissimam flammam ignis, quæ visum & aciem oculorum propter excellentiam debilitat ac deiecit, qualis est electri, seu aris igne candentis.] 3. Marinus: [CHASCHMAL, nonnullis est nomen angeli, aliis verò coloris lucidissimi, tendentis ad colorem ignis, vel aris candentis, vel electrum.] 5. Auenarius: [CHASCHMAL, carbunculus gemma ignita, cuius fulgur nec nocte vincitur, adeo vt flammæ ad oculos vibret. Componitur ex מַשְׁמַל *chaschach*, stupa, stramen, quod facile ignem concipit, & ex מַלְלֵל *male* impleuit: habet enim speciem ignis vehementis, qui ex multo stramine incenso excuscitatus est. Vnde per apocopen Græci dicunt, *Chasma*.] 5. Schindlerus: CHASCHMAL fæmineum, color igni similis, qualis est aris igne candentis, fulgor.] 6. Buxtorfius; CHASCHMAL, pruna summe ignita, adeoque ardentissima, quasi מַשְׁמַל *chasch*, מַלְלֵל *mal* festinanter excidens, & consumens.] vnde h. c. exponit: *velut color prunæ ignitissima*. 7. Tremellius & Iunius: [Hebraeam vocem CHASCHMAL, quam variè interpretentur multi, nemo ignorat, quam bene autem, penes doctos iudicium esto. Nos ex versu 27. huius capituli, & cap. 0. v. 2. statimur vocem esse compositam è duobus Hebraicis vocabulis, quibus significantur pruna ardentissima, &

quasi festinantissima ad consumendum aut inflammendam materiam obiectam, cuiusmodi pruna aliis longè sunt rubicundiores. Atque hoc etiam respectu videmus angelos vocari Seraphim, Ies-
chabie 6. 2. & 6.) quare hinc reddunt: *E cuius medio emicabat tanquam oculus vividissimi, seu color vividissimus è medio illius ignis, id est, que intra illud splendentis ignis spatium continebantur nimirum animalia sine angeli, de quibus postea, micabant supra ignem illum, tanquam pruna fornacis ardentissima, ut exponitur vers. 13. nimirum specie Seraphinorum. Hæc autem propterea in hunc versum inseruit propheta, quia una opera totum colorem explicare visum est rerum celestium, tanquam accensarum ad obsequium promptissimum, & studiosissimum maiestatis Dei.] 8. Quidam hinc transferunt: quasi oculus flammens. scilicet speculator acerrimus: nempe oculus ille cum scepro, quem figurabant Ægyptij, Deus moderator mundi. vide Pierium lib. 34. Hieroglyphicorum.*

Cæterum Noster Interpres sequutus LXX. appositissimè, ut mox ostendemus, CHASCHMAL, electrum interpretatus est. De Electro Seruius in illud Virgilij Æneidos 8.

— liquido ne potestur electro.

inquit: [Aut liquefacto, aut puro. Et secundum Plinium in Naturali Historia, sunt tria electri genera, unum ex arboribus, quod succinum dicitur: aliud, quod naturaliter inuenitur, tertium quod fit de tribus partibus auri & una argenti: quas partes, etiam si naturam resoluas, inuenies: unde errant, qui dicunt melius esse naturale. Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ad similitudinem arcus celestis reddit colores. Et ad lumina in continuo clarius auro & argento lucent.] verba Plinij paulo diuersa sunt lib. 33. cap. 4. ubicunque [in auro] quinta argenti portio est, electrum vocatur. Fit & cura electrum argento addito. Quod si quintam portionem excessit, incandibus non resistit. Et electro auctoritas, Homero teste, qui Menelai regiam, auro, electro, argento, ebore, fulgere tradit. Minerue templum habet Lindos insula Rhodiorum, in quo Helena sacravit calicem ex electro: Adicit historia, mamma sua mensura. Electri natura est, ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Quod est vatium, & venena depellit: namque discuntur in calicibus arguis celestis similes colores, cum igneo stridore, & gemina ratione predicunt.] Vnde Serenus:

Produnt electri variantia pocula virus.

Idem Virgilius lib. 8.

Tum leucis ocreas electro auroque recocto.

Iam illud satis constat inter auctores, vniuersè duo esse genera electri, alterum, metallum seu natura, seu arte mistum cum auro habens argentum, de quo paulò ante ex Virgilio, Seruio & Plinio diximus: alterum, gummi, seu bitumen, aut succum concretum, quod succinum vocant, de quo Diodorus Siculus lib. 5. Numero 109. Plinius lib. 37. cap. 2. & Cornelius Tacitus libello de Moribus Germanorum extremo. Vide Henriciani Græci Thesauri Appendicem, colum. 1019. Hispani, ambar amarillo appellamus, ad discrimen alterius, quod, ambar gris, speciem odoratissimam, dicimus, de quo Virgi-

lius Ecloga 9.

Pingua corticibus sidem electra myrica.

Seruus: (pinguia electra, id est, succine gemma.) Dubium tamen exoritur de quo Noster vel propheta ipse loquatur. Quidam de hoc posteriore, seu succino malunt. Hispanicus Interpres ita explanat hunc locum: *En el medio de el, es à saber, en el medio del fuego, una cosa, que parecia como de ambar. En medio de ella &c. id est, En medio de aquel espacio cercado de nube y fuego, el qual espacio parecia de color de ambar. Sed magis verò propensum existimamus prophetam de electro metallo, auro & argento misto intellexisse. Nam consensu omnium, de re lucidissima & fulgentissima, adde & pretiosissima loquutus est. quæ dotes propriè in hoc electri generi inueniuntur. S. Hieronymus hinc: (electrum quod est auro argentoque pretiosius.) Et mox: (pretiosus electri fulgor.) S. Isidorus 16. Originum, cap. 23. (Electrum vocatum, quod ad solis radium clarius auro argentoque reluceat. Sol enim à poetis elector vocatur, ut Plinius ait lib. 37. cap. 2. [defecatus est enim hoc metallum omnibus metallis.] Paulò ante ex Seruio ac Plinio vidimus, electrum ad lucernarum lumina clarius auro & argento splendere. Martialis lib. 8. Epigrammate 51.*

Vera minus flavo radiant electra metallo.

Virgilius 3. Georgicor.

(Purior electro—

vbi Seruius: (Nam electrum defecatus est omnibus metallis.) Hinc vulgatum Adagium, Electro lucidior. Chiliadis 4. Centuriæ 4. Adagio 71.

Nobis tamen eorum sententia cum primis probatur, qui putant Ioannem Apocalyps 1. v. 15. [Et pedes eius similes chalcobano, seu vt Noster, orichalco, vel aurichalco in camino ignito. vel igniti.] alluisse ad hanc visionem Ezechielis: & Chaschmal, reddidisse chalcobanum, id est, præstantissimum æs ex Libano monte. de quo vide Tomum 4. Henriciani Thesauri, colum. 378. Aiunt esse speciem electri quandam auro pretiosiore, quam rectè Noster orichalcum dixit, quasi æs montium, vel aurichalcum, id est, æs mistum auro. Nec dubito CHASCHMAL vtramque speciem comprehendisse, nempe, electrum natium ex auro & argento mistum: & chalcobanum seu orichalcum, æs præstantissimum, vel æs auro permistum. De orichalco vide Hezræ 8. v. 27.

ET EX MEDIO EIVS.] scilicet ignis, de quo versu præcedente. Exegetis, inquiunt, est proximè præcedentis dicti de angelis, quorum colorem modò perstrinxerat.

SIMILITUDO QUATTUOR ANIMALIVM.] vt qui administratione in quatuor orbis partes, id est, vniuersum orbem ex Dei mandato perfungantur.

ANIMALIVM.] id est, angelorum, qui adumbrabantur animalium specie, infra cap. 10. v. 15. & 20.

ET HIC ASPECTVS EORVM.] Quidam: Atque illorum speciei ratio. quod ad corporis staturam attinet: videlicet exceptis rebus illis singularibus, quæ aut adiectæ, aut variæ ab hominis

VERS. 5.

hominis forma dicuntur fuisse, quinque versibus sequentibus.

SIMILITUDO HOMINIS IN EIS.] Alij: *similitudo humana erat illis.* id est, erecta, rationem & intelligentiam præferens, atque ad rationis usum & officium accommodata: quod in rebus aspectabilibus solius hominis est proprium.

VERS. 6. **ET QUATTUOR FACIES VNI.]** Quidam: *Et quaterni vultus unicuique.* Quibus figuratur omnimoda aptitudo ad iussa Dei nullo negotio capessenda in omnes partes, vt vers. 5.

ET QUATTUOR PENNÆ VNI.] Alij: *quaternæque alæ unicuique illorum.* nempe celeritatis & promptitudinis indices.

VERS. 7. **ET PEDES EORVM PEDES RECTI.]** Hebr. *Et pedes illorum, pes quisque rectus.* vt crus est hominis, supra vers. 5. nam Hebraei pedum appellatione femora, crura, seu inferiores artus accipiunt, synecdochicè. Lxx. *Et crura eorum recta.* Quidam intelligunt, sine vertebra & iuncturis, seu suffraginibus, qualia esse dicuntur elephantii. Sed illud prius est rectius. Quidam intelligunt, habuisse crura rotunda, seu tibias teretes, sine poplitibus.

ET PLANTA PEDIS EORVM QVASI PLANTA PEDIS VITULI.] Hæc quidam parenthesi includunt: *sed pes unus ipsorum similis erat imo pedi vitulæ.* id est, pedes erant rotundi, vt in omnes partes sine conuersatione ire possent (quod pes humanus non potest) & solidi firmique, vt est ungula vitulina: nam cætera fere animalia calcari solent in veterino genere. Aliqui reddunt: *quasi planta pedis rotundi.* id est, globosi.

ET SCINTILLÆ QVASI SPECIES ÆRIS CANDENTIS.] Alij ex Hebr. 1. *& scintillantes tanquam aspectus æris politii.* 2. *& scintillas embrabant sicut aspectus chalybis perpolitii.* id est, vt chalybs perpolita emittit. 3. *exsplendescentes, seu emicantes, sicut color æris politii.* 4. *scintillantesque, vt color chalybis tersi.* id est, tanta agilitate conficiebant iter, & obsequiebantur Deo, vt scintillare eorum pedes præ celeritate viderentur: neque tamen terrenas vllas fordes in administratione sua contraherent: sed purè agentes manerent purissimi, & puritate prælucere rebus creatis omnibus. Quidam illud *scintillantes*, nedum ad pedes, sed ad facies etiam referunt, quasi è faciebus & pedibus scintillas euibrarent. Conradus Pellicanus inquit: *Coruscare autem & scintillas emittere, est, nobilitate naturæ, & conditionis suæ & admiratione conditoris sui sapientiam sic ostendere, vt oculos contemplantium superent, & plenè sciri non possint.*

VERS. 8. **ET MANVS HOMINIS SVB PENNIS EORVM IN QUATTUOR PARTIBVS.]** Alij ex Hebr. 1. *Porro manus hominis erant sub alis eorum in quatuor quadraturis, seu quadris, quadrilateribus, quadrangulis eorum.* 2. *Et manus humana sub alis eorum in quaternis partibus ipsorum erant.* Quibus ministrant voluntati Dei in omnes partes. Manus etiam brachia intelligi aiunt, synecdochicè, id est, vim

Maluenda, In Ezech.

& efficacitatem, potentemque virtutem administrationis angelorum.

ET FACIES ET PENNÆ PER QUATTUOR PARTES HABEBANT.] Alij: 1. *facies autem eorum & alæ eorum ad quatuor partes eorum.* siue ad quatuor latera eorum. quasi dicat, singulis animalibus erant quatuor facies seu vultus, & quatuor alæ, nempe vna ante, altera post, tertia in dextera parte, quarta in sinistra. 2. *faciesque eorum, & alæ eorum in quaternis partibus illis.* id est, in omnes partes sine conuersatione sui respiciebant, ibant & operabantur omnia, in omnes partes simul obuersis. 3. *& quatuor ipsi erant suæ facies, & suæ alæ.*

IVNCTÆQVE ERANT PENNÆ EORVM ALTERIVS AD ALTERAM.] Alij: 1. *Aliud alij iunctum erat alis suis.* id est, coniuncta erant illa animalia & contigua sibi: nam hæc animalia stabant in eadem linea recta. 2. *Coniunctis vna ad alteram alis ipsorum.* id est, concorditer & vnanimiter omnia Dei mandata omnibus locis spectabant, præstabantque, & ad ea præstanda proficiscebantur seu volabant. Pellicanus: *Pennæ coniunctæ vnus ad alteram, naturarum coherentiam & affinitatem significare potest.* Nonnulli intelligunt, non quòd pennæ seu alæ vnus animalis coniunctæ essent cum alis alterius animalis: sed quòd quatuor alæ ipsæ cuiusque animalis inter se coniunctæ essent, ita vt totum animal alis tectum esset: ad indicandum naturam angelorum obiectam & obuelatam cognitioni hominum.

NON REVERTEBANTVR QVVM INCEDERENT, SED VNVMQVODQVE ANTE FACIEM SVAM GRADIEBATVR.] Alij: 1. *non vertebantur quum irent.* vel *non conuertebant se,* id est, non respiciebant retro, sed ibant perpetuo gressu. *sed quodque rectà antrosum incedebat.* vel *unumquodque ad latus faciei suæ gradiebatur.* 2. *non diuertebant eundo, unumquodque in transitum faciei suæ, vel in tractum faciei suæ obiectum ibant.* Sic infra vers. 12. id est, ad omnes partes videndas, obeundasque omnibus numeris parati erant: nihil auersum erat ab ipsis, sed omnia exposita, quum in omnes partes vultus eorum respicerent, essentque illis Anteriora omnia. 3. *Forsterus: non vertebant se, vel circumvertebant se vt irent, quisque ad ultra faciem suam ibat.* 4. *non circuibant, non gyrabant, quando ambulabant.* id est, non vertebant se, sicut animalia se vertunt quum in contrariam partem ire volunt; quia habebant facies & alas in omnem partem versas, similiter tibias pedesque rotundos vt in omnem partem sine vlla corporis conuersatione ire possent. *unumquodque ad transitum, vel prospectum facierum suarum ibant.* Quod bifariam accipiunt, 1. *Quocumque versus vellent, ire poterant, quia facies & alas in omnes partes obuersas habebant, ac tibias teretes, pedesque rotundos, & aptos quaqua versum incedere, sine vlla conuersatione.* 2. *Quocumque graderentur, gradiebantur aduersum, vt Latini loquantur,* id est, rectà è regione facierum suarum, quia in omnem partem faciem habebant. Quod

FFFFF 2 VERTUM

utrumque etſi eodem fermè recidat, at hoc poſterius, aptius eſt.

VERS. 10

SIMILITUDO AVTEM VULTVS EORVM, &c.] Hebr. ex verbo hunc verſum habent: *Et ſimilitudo facierum eorum hæc erat, facies hominis, & facies leonis ad dexteram iſtis quatuor; & facies bouis de ſiniſtra iſtis quatuor; & facies aquila iſtis quatuor.* Notabis prophetam in hac viſione, quum de animalibus loquitur, nunc pronominiſus maſculeis, nunc fœmineis viciffim vti: quod חיות *chajoth* animalia, fœminea ſunt, & angelos ſignificant, qui eminenter vtramque naturam continent, & vtriuſque generis rerum creaturarum adminiſtrationem obeant. Ergo videtur propheta hoc verſu dicere, vnicuique ex illis animalibus quadrifacibus, fuiſſe faciem hominis in anteriore parte: & faciem aquilæ in poſteriore: faciem leonis in dextera parte, & faciem bouis in ſiniſtra. Tremellius & Iunius ita hunc verſum reddunt, & exponunt: *Ac ſimilitudo quidem faciei iſtorum, faciei humana fuit; ſed facies leonis ad dexteram iſtis quatuor, & facies bouis à ſiniſtra iſtis quatuor; itemque facies aquila iſtis quatuor erat.* Vt miſſas inquirunt, faciamus tam multas multorum interpretaciones, ſententia noſtra eſt hæc: Hoc verſu definiri angelorum naturam figuratè ab aliarum rerum proprietatibus: itaque angelos ex hoc verſu definiri poſſe hoc modo, Spiritus eſſe intelligentes, vt homo eſt; potentes, vt leo; miniſtratorios, vt bos; & celeres, vt aquila; atque adèd res alias creatas ſuis proprietatibus iſtis longo interuallo ſuperare: Sic Apoc. 4. verſ. 7. Ac de hominis quidem intelligentia omnibus ſatis conſtat, & nos diximus ſupra in verſ. 5. leonis vim paſſim ipſa Scriptura prædicat: bouis miniſterium laudant Moſche Deut. 33. 17. & Prouerb. 14. 4. pernicitatem denique aquilæ, phyſici & poëtæ omnes dilaudant, Iouis alitem in ſuis fabulis appellantes. Hunc genuinum eſſe huius loci ſenſum animaduerturos eſſe conſidimus, qui propius ad rem ætenderint. Conrardus Pellicanus exiſtimat horum quatuor animalium formis adumbrata fuiſſe quatuor præcipua animantium genera, quæ Deus in mundo ſublunari condidit, tanquam magnifica opificia ſua, cæteris illuſtriora, Primum, genus ipſum humanum. Secundum, genus iumentorum, à iuuando dictum, domabilia, manſueta, vtilia, quorum primum bos habet. Tertium ferarum genus, inter quas leo eminet. Quartum, auium genus, quarum principatum aquila tenet: quæ omnia diuinam prouidentiam mirificè prædicant, & pluſquam alia gloriam Dei oſtentant. Qui ſuperioribus annis vaſta in Ezechielem Commentaria pulcherrimis typis & iconibus exornata condiderunt, ſententiam ſuam in deſcriptione quatuor iſtorum animalium, nondum eruditiffimis quibusque perſuaſere. Nobis hunc campum ingredi non eſt animus, contentis ſimplicitate noſtrarum explanationum.

VERS. 11.

ET FACIES EORVM, ET PENNÆ EORVM EXTENTÆ DESUPER.] Alij ex Heb. 1. *Et facies eorum & ala eorum ſeparata ſuperne.*

id eſt, exporrectæ, expanſæ. 2. *Facies autem eorum, & ala eorum porrectæ erant ſuſum.* id eſt, vultus ſeu ora iſtorum, & alæ conuerſæ erant ad Deum: vt ſignificetur angelos tanquam erectis capitibus obſeruare nutum Dei, & alas ſuas volatumque, id eſt, functiones omnes vnanimiter permittere voluntati eius: vide infra verſ. 24.

DVÆ PENNÆ SINGVLORVM IUNGBANT VR, ET DVÆ IPEBANT CORPORA FORVM.] Alij ex Heb. *unicuique bina coniunctæ erant cuiuſque.* Exponunt, id eſt, illæ duæ ſuſum porrectæ, coniunctæ & conſociatæ erant in altum erectæ, qualiſemper paratæ ad volandum quaquauerſum: & *bina iungebant corpora iſtorum.* Vide huius cauſam Iſaiæ 6. 2. Hoc autem loco non additur tertius alarum ordo, qui habetur Iſaiæ. 6. 2. & Apocalyp. 4. 8: quia angeli in hac viſione, non dicuntur circumſtare Deum; vt illic, ſed eſſe ſub expanſo, infra v. 22. ac proinde in rerum inferiorum adminiſtratione occupati. Ita quod officium tertius alarum ordo angelis præſtitit in illis locis, hæc facit expanſum interiectum angelis & ſolio Dei. Haſtenus formæ animalium: deinceps ſequitur diatheſis, ſeu affectio, tribus verſibus: & affectionum modus, verſ. 14.

VERS. 12.

ET VNVM QVODQVE EORVM CORAM FACIE SVA AMBVLABAT.] Vt verſ. 9. Quidam exponunt: *Et quiſque in tractum faciei ſuæ obiectum ibant.* id eſt, ea diſpoſitione, erectis ad Deum capitibus, aliſque, & obuelato corpore, vt inciperent, pergerent, & deſiſterent omnino ex nutu Dei.

VBI ERAT IMPETVS SPIRITVS, ILLEVC GRADIEBANTVR.] Ex Heb. alij: 1. *quo erat voluntas ambulandi, ambulabant.* id eſt, ambulabant quocumque volebant. 2. *quocumque animus erat eundi, illo ibant,* 3. *quocumque erat ſpiritus ipſe, ad eundem, ibant.* vel *quocumque erat ſpiritus ipſe iturus, ibant.* id eſt, quocumque ſpiritus ipſe Dei impellebat ipſos, ibant: ſiquidem eo auctore & dace angeli exequuntur omnia: ſic infra verſ. 20

NEC REVERTEBANTVR QVVM AMBVLARENT.] Sic ſupra verſ. 9. Alij ex Heb. 1. *neceſſe reſtebant facies eundo.* 2. *non diuertebant eundo.* Hoc iplum agentes, quod in mandatis habebant, & nullo impedimento auerſi, quin mandata Dei conficerent expeditiffimè.

VERS. 13.

ET SIMILITUDO ANIMALIVM, ET ASPECTVS &c.] Alij hunc verſum ex Heb. elucidant: 1. *Similitudo animalium aspectus ſcilicet eorum.* vel *quod ad aspectum, ſiue ad oculos eorum pertinet, velut pruna ignita, ſeu inſtar carbonum ignitorum.* q. d. oculos habebant ſimiles prunis ignitis. Oculi ignei acre iudicium denotant: ac ardentium vt aspectus facium erat. vel qui ardebant inſtar titionum, aut radarum. diſcurrentium inter animalia. vel ipſe ignis diſcurrebat inter animalia, ignisque ſpenebat, & de igne emicabat fulgur. 2. *Similitudo autem iſtorum animalium, ſpecies iſtorum velut carbonum ignis, ardentium in ſpeciem lampadum,* quarum non tantum materia ardet, ſed flamma diſfunditur: ſic dicuntur angeli non tantum ardere ipſi, ſed etiam res proximas

mas

mas luce sua perlustrare splendidissime, igne accendere: & tanquam fulgura coruscare: his etenim modis & ipsi inter se accenduntur, & alias res creatas afficiunt, emicantibus in se scintillis gloriæ Dei, quas habent ad ministerium documentumque bonorum, ac improborum exitium. *hac ergo similitudo indesinenter ibat*, id est, nunquam quiescebat, erat in perpetuo motu, *inter ipsa animalia*, & *splendor erat huic igni, atque ex igne prodibat fulgur*. Alij reddunt: *igne ipso inter animalia seipsum ducente: & erat igni splendor, & ab igne fulgur egrediens*.

VERS. 14. ET ANIMALIA IBANT.] Alij: *Ita hac animalia excurrerant*. id est, obibant functiones suas expeditissime.

ET REVERTEBANTVR.] diuersum hic verbum Hebraicum ab illo vers. 9. & 12. & *revertebantur, redibant*. id est, ibant, & redibant, sine vlla diuersatione aut conuersione facierum aut pedum, cum facies ipsorum in omnes partes spectarent, supra vers. 9. & 12.

IN SIMILITVDINEM FVLGVRIS CORVSCANTIS.] Alij: 1. *secundum aspectum fulguris*. 2. *instar fulgetri*. 3. *in speciem fulguris-dispergentis*. id est, huc illuc flammam seu scintillas emibrantis. vel dispergentis sese in varias flammam seu scintillas. 4. *in speciem fulguris vehementissimi*. vt versu precedente.

VERS. 15. QVVMQVE ASPICEREM ANIMALIA, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Et quum vidissem animalia, & ecce rota vna in terra iuxta animalia cum quatuor faciebus suis*. 2. *Et quum vidissem animalia, ecce rota quedam in terra iuxta animalia ad quadraturam facierum ipsorum*. 3. *Vt autem vidi animalia illa, &c.* Alter locus de rebus & causis inferioribus, pertinens ad prius membrum visionis, vt dictum est in vers. 4. in quo primum rotarum constitutio, versibus quatuor; deinde conuersio & agitatio exponitur, tribus alijs. *ecce rotam vnã in terra*. figurantem totam materiam, ac velut corpus vnum rerum inferiorum conuersionibus & mutationibus infestarum. *secundum illa animalia in quatuor facies ipsius*. id est, expositam angelorum administrationi, tanquam ad pedes ipsorum.

ROTA VNA.] Putant, fuisse quatuor rotas, singulas iuxta singula animalia: sicque exponunt, rota vna iuxta animal vnum, & rota altera iuxta animal alterum, &c. Quod firmant è cap. 10. vers. 9. Hispanicus Interpres: *vna rueda*. id est, *vn carro de quatro ruedas*. Alij vnã tantum rotam sphericam fuisse autumant, figurantem orbem hunc sublunarem, qui variis conuersionibus & mutationibus rotatur & agitur: quod magis probamus.

SVPER TERRAM.] Hebr. *in terra*. Illa videlicet, quæ in visione figurabatur. Alij, id est, in loco demissiore, quàm animalia conspicerentur.

HABENS QVATTVOR FACIES.] Hebr. *ad quatuor facies eius*. Quidam exponunt, id est, rota erat quadripartita, vnaquæque enim

rota aliam rotam tranuersam habebat, ita vt sese æqualiter circuli interfecarent; & quatuor semicirculi apparerent, qui quatuor facies rotæ hinc dicuntur. Alij quatuor facies rotæ intelligunt quadruplicem rotam, seu quatuor rotas, vt quatuor erant animalia; vt paulo ante dicebamus. Nonnulli quadrifacem rotam accipiunt, quod cum sphericæ esset, in quatuor mundi partes æquè respiciebat. Nec desunt, qui non ad rotam, sed ad animalia referant, in quatuor facies vniuscuiusque animalis, quasi dicat, & rota exposita erat illis quatuor animalibus quadrifacibus, hoc est, angelorum administrationi.

ET ASPECTVS ROTARVM.] viderut, tres alias de nouo rotas apparuisse. vel in vna tres alias interfecantes fuisse, vt verbis sequentibus indicatur, *quasi sit rota in medio rota*. Quipam reddunt: *species rotarum*. id est, color & forma.

ET OPVS EARVM.] Alij: 1. & *factura earum*. id est, materia. 2. & *opus earum*. id est, operosum artificium, quod deinceps exponitur.

QVASI VISIO MARIS.] Hebr. *sicut oculus Tharsis*. Alij: 1. *tanquam aspectus lapidis Tharsis*. addunt nomen lapidis, è cap. 10. vers. 9. vbi exprimitur: De Tharsis lapide vide Notas in Exod. 28. vers. 20. q. d. quod attinet ad colorem & nitorem rotarum, erant simillimæ lapidi Tharsis. Quam vocem infra cap. 10. 9. lxx. *carbunculum*, Noster, *chrysolithum*. vt etiam Aquila; & Schindlerus: at Symmachus & Auenarius *hyacinthum*, Forsterus, Mercerus, Marinus, *Lapidem cerulei coloris*, qui vulgò *turcicus* seu *turquesa* dicitur; non absonte nomine; idque à mari quod ita generaliter *tharsis* appellatur, &c. exponunt: Rabbi Scelomoh hinc, *crystallum*, quod Maldonato probatur. 2. Hispanicus Interpres reddidit: *Y el parecer de las ruedas, y su hechura, como parecer, vel parecia de tharsis*. q. d. *el color de ellas era como de vna turquesa*. 3. Tremellius Iunius, Buxtorfius: *quasi color, vel colore berylli thalassij* id est, berylli marini, cærulei: quo significatur rerum inferiorum vanitas, & fluctuans tanquam maris, fluxaque constitutio. De beryllo thalassio vide Exod. 28. 20.

ET VNA SIMILITVDO IPSARVM QVATTVOR.] Alij: 1. & *similitudo vnã quatuor eis*. 2. & *similitudo eadem ipsis quatuor erat*. 3. & *eadem similitudo ad quadraturam ipsarum*. id est, ad quatuor partes vel latera ipsarum.

QVASI SIT ROTA IN MEDIO ROTÆ.] Alij: 1. *ac si rota esset in rota*. id est, ac si rota secaret aliam rotam ad angulos sphaerales; ac si circulus circulum secaret. 2. *ac si esset rota vna, in rota altera*. id est, quasi sphaericae erant, vt nullo negotio in omnes partes impellerentur sine alia conuersione, quæ moram fuisset illatura: quod sequens versus aperte docet.

PER QVATTVOR PARTES EARVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Ad quatuor latera sua, dum irent, ipsa ibant, non conuerterebantur quando ambulabant*. 2.

FFFF 3 QVATTVOR

VERS. 16.

VERS. 17

Quum incederent, incedebant ad quadrifidam earum quadraturam, nec reflectebant, quum incederent. 3. Ita ut in quatuor partes suas euntibus illis irent, non dixererent eundo. q. d. ibant semper recta, antrorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum, sine vlla sui conuersatione, cum essent sphaericae, & in omnem partem volubiles: vt supra vers. 9. & 12.

VERS. 18. STATURA QVOQUE ERAT IN ROTIS, ET ALTITUDO, ET HORRIBILIS ASPECTVS.] Ex Hebr. 1. Et canthi erant eis, & altitudo erat eis, & paucior erat propter eas. id est, erant formidabiles ac horribiles, metumque ac terrorem incutiebant visentibus. 2. Terga, seu cacumina, vel circuitus. summas partes rotarum significat, erant eis, eratque illis altitudo tanta ut metum afferrent aspicientibus. 3. Porro absides earum, & altitudo illarum stupenda erant. 4. Et absidibus, vel apsidibus, earum tanta altitudo erat, ut timor illis inesset, vel ut timorem iniicerent. id est, rotæ erant amplissima, adeo vt mihi respicienti esset mirifica & formidabilis earum conuersatio. Hispanicus Interpres: Y costillas à ellas, y altura à ellas, y temor à ellas. q. d. eran tan altas que ponian temor. vel Y sus costillas eran altas, y temerosas. De voce גבבין gabbin quam hic dorsa, canthos, absides, reddunt, vide 2. Reg. 7. vers. 33.

ET TOTVM CORPVS OCVLIS PLENVM IN CIRCVITV IPSARVM QVATVOR.] Alij: 1. & dorsa, vel & summa partes earum, plena erant oculis per circuitum quatuor ipsas. 2. canthique earum pleni erant oculis per circuitum quadraturæ ipsarum. 3. & canthi earum pleni oculis circumquaque in ipsis quatuor. id est, infinita Dei prouidentia, qui totus vbique est oculus, vt Augustinus loquitur, & Aegyptij figurabant: sic Zachar. 3. vers. 9. & 4. vers. 10.

VERS. 19 QVVMQVE AMBVLARENT ANIMALIA, &c.] Alij versum ex Hebr. conuertunt: 1. Quumque incederent animalia, incedebant quoque rota iuxta ea: & quum animalia subueherentur à terra, subuehebantur & rota. 2. Euntibus autem illis animalibus, ibant hæc rota secundum illa, & quum attollerent se animalia sursum à terra, attollebant se rota. id est, agebantur omnino rotæ cælesti nutu. Nam quum angeli aduentabant, & exequabantur mandatum Dei in rotis, hoc est, rebus sublunariibus, sequebantur illæ; quum supersedebant, stabant illæ; quum quasi relato gradu efferebantur ad Deum, vt mandata noua acciperent, similiter rotæ sistebantur Deo per angelorum ministerium: ita significatur nihil fieri, nihilque omitti in hoc mundo, nisi ex auctoritate Dei, & angelorum ipsius administratione. attollebant se rotæ, id est angelos velut sequebantur, desinentes à conuersatione sua, donec præcepisset Deus angelis, & ipsis per spiritum suum, sequente versu.

VERS. 20. QVOCVVMQVE IBAT SPIRITVS, &c.] Hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. Super quod erat illuc animus ad eundum, vel quocumque erat spiritus ut irent, ibant; & illuc spiritus rotarum erat ut irent: vide supra vers. 12.

& rota eleuabant se è regione eorum: spiritus enim animalis erat in rotis. Vox animalis substantiua est; singulare pro plurali: id est rotæ illæ agebantur ac impellebantur eodem spiritu quo ipsa animalia, nempe spiritu diuino. 2. Quocumque impellebat spiritus, vel impetus eundi, & quocumque erat animus eundi, illuc ibant: rota subuehebantur è regione ipsorum, quoniam spiritus animalium in rotis quoque erat. 3. Quocumque iurus erat illorum spiritus, ibant, eo iurus erat spiritus illarum: & rota attollebant se à regione illorum; nam spiritus vitæ, seu vitalis aderat rotis. id est, quo agebantur animalia: vnus enim Spiritus Dei operatur omnia in omnibus. 4. Quò erat voluntas eundi, ibant animalia, quo voluntas erat eundi: & rota eleuabant se contra ea; voluntas enim animalis erat in rotis.

SPIRITVS ENIM VITÆ ERAT IN ROTIS.] Istud mihi videtur dixisse Virgilius diuinis illis versibus, 6. Aeneidos:

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus,

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

CVM EVNTIBVS IBANT &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. Quum irent animalia, ibant & rota, quum starent, stabant & illa: quum eleuarentur à terra, eleuabantur & rota pone illa; quoniam spiritus animalium erat in rotis. 2. Euntibus illis ibant, & illis consistentibus consistebant: & attollentibus se illis sursum à terra, attollebant se rota è regione illorum, nam spiritus vitalis aderat rotis. Anacephalæosis duorum præcedentium versuum Ezechieli frequens, vt Ioan. 1. v. 2.

ET SIMILITUDO SUPER CAPITA ANIMALIVM, FIRMAMENTI.] Heb. Et similitudo super capita animalis expansionis, seu extensionis. Ordo inuersus, pro, Et similitudo expansionis erat super capita vnus cuiusque animalis. vel, & super capita animalium erat similitudo expansionis, seu firmamenti. Forsterus: Et similitudo super capitibus vnus cuiusque bestia firmamentum. Tremellius & Iunius: Similitudo autem expansi erat super capita animalium. Tertia pars visionis de gloria Christi, quæ ostenditur primum à loco, hoc versu; deinde ab effectis, tribus sequentibus; tertio ab officio & auctoritate, vers. 26. postremo à personæ ipsius gloria, duobus vltimis versibus. De voce ראקאג rakiagh, firmamentum, expansio, vide in Genes. 1. v. 6.

QVASI ASPECTVS CRYSTALLI.] Forsterus: velut forma crystalli terribilis. Varablus: instar crystalli, aut sicut color crystalli terribilis. id est eximij splendoris. Leo Iudæ: sicut aspectus crystalli admiranda. Tremellius & Iunius: quasi specie gelu formidabilis id est, vehementissimi: periphraasis crystalli, quæ fit ex gelu vehementiore concreto. q. d. pellucidus erat, siue diaphanus, & nitens: vnde cum ipse omnia inferiora prospectabat, tum angeli & res omnes creatæ suo modulo maiestatem eius gloriamque poterant contemplari. קראך kerach, gelu, & crystallum lapidem pellucidum significat, vt etiam Græcis κρύσταλλος, quod existimatum sit crystallum ex gelu, seu glacie

VERS. 21.

VERS. 22.

cie indurata fieri. Plinius lib. 37. cap. 1. [Contraria huic causa crystallum facit gelu vehementiore concreto: Non alicubi certe reperitur, quam ubi maximè hiberna nives rigent; glaciemque esse certum est, unde & nomen Græci dederunt.] Diodorus Siculus lib. 2. Num. 94. (Crystallum ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere aiunt; non quidem à frigore, sed diuini ignis potentia: qua facit, ut citra corruptionem perdurent, & variae tinctura formas ob spiritus exhalationem accipiant.) Negat Georgius Agricola lib. 6. de Natura Fossilium, crystallum fieri ex gelu concreto: sed ex lapidescente perspicuo succo, quem sub terras aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciatur ac durat. Sed vide Aulum Gellium lib. 19. cap. 5. & Iulium Cæsarem Scaligerum Exercitatione 109. in Cardanum.

VERS. 23. SVB FIRMAMENTO AUTEM &c.] Quidam hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. Porro sub extensione erant ala eorum recta, queque contingens aliam: singulis rursus bina erant, quibus corpora sua tegebant. 2. Et sub isto expanso ala illorum recta, pertinentes vna ad alteram: cuique bina tegentes hinc, & bina regentes inde corpora eorum. vide supra vers. 11.

VERS. 24. QVASI SONVM AQVARVM MVLTARVM.] Alij: quasi sonitum aquarum ingentium. id est, vehementissimum. Congeries similitum faciens ad amplificationem.

QVASI SONVM SVBLIMIS DEI.] Heb. quasi vocem omnipotentis. seu, quasi sonitum deustatoris. id est, tonitru. Sic infra cap. 10. vers. 5. Alij: quasi sonum magnum.

QVASI SONVS ERAT MVLTITVDINIS, VT SONVS CASTRORVM.] Alij ex Heb. 1. Audiui, inquam, vocem loquæ, tanquam vocem castrorum. 2. sonum conflictus quasi sonum exercitus. Vocem חמולל hamullal, strepitum, tumultum, rumorem, vociferationem, reddunt. vide in Ierem. 11. v. 16. Possis reddere. sonum concisionis, incisionis, id est, conflictus, quum iam ad gladios cominus ventum est in prælio: tunc enim excitari solet ingens strepitus armorum.

QVVMQVE STARENT, DIMITTEBANTVR PENNÆ EORVM.] Quidam reddunt: quum starent illa animalia, seu illi angeli, consistebant ala ipsorum. id est, erectas quidem tenebant cælum versus; supra vers. 11. & 28. sed non passas & ad volandum compositas. Quocirca illud, remittebant alas suas, non sic capiendum quasi eas contraherent aut deicerent, sed quod eas remitterent à volatu, & motu sursum erectas tenentes immobiles. vel remitterent à sono & strepitu quem edebant mouentes eas.

VERS. 25. NAM QVVM FIERET VOX &c.] Ex Heb. hunc versum reddunt: 1. Et facta est vox desuper firmamento, quod erat super caput eorum, quando stabant illa, & remittebant alas suas. 2. Quumque illa starent & remitterent alas suas, fiebat vox supra extensionem, qua erat super capita illorum, quando stantibus illis consistebant ala illorum. Exponunt. sonus, prænuntius verbi Dei ad comparandum prophetam, ut diligenter intenderet, fideliter acciperet, sancteque obsequeretur mandato Dei, quod ipsi

datum est per Christum.

ET SVPER FIRMAMENTVM &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt: 1. Supra extensionem autem, qua erat super caput eorum, species veluti lapidis sapphirini, effigies scilicet solij: Heb. sunt verba inuersa, pro, Erat similitudo solij instar lapidis sapphiri; supra effigiem solij, erat forma tanquam hominis sedentis super ipsum supernè. 2. Supernè autem ad expansum illud, quod erat supra caput illorum; descriptio personæ Christi, ut diximus in vers. 22. ad cuius obseruationem propheta excitatus est sono illo, cuius meminit præcedente versu, & repentino angelorum silentio. quasi species lapidis sapphirini similitudo solij erat: id est, coloris cælestis thronus gloriosissimus. & super similitudinem illius solij, similitudo quasi species hominis supernè insidentis ei. id est, Christi Dei & hominis, & redemptoris nostri.

ET VIDI QVASI SPECIEM ELECTRI &c.] Hunc versum ex Heb. elucidant: 1. Et vidi tanquam speciem, colorem, flamma-crepitantis, vel pruna ignitissima, tanquam aspectum ignis intra ipsam per circuitum. id est, intra quam speciem erat velut aspectus ignis, vel intra quam apparebat ignis circumquaque: ab aspectu lumborum eius & supra, id est, à lumbis eius sursum versus. & ab aspectu lumborum eius & infra, id est, à lumbis eius deorsum versus; vidi tanquam speciem ignis, & splendor erat ei circum. 2. Et vidi velut formam chasichmal quemadmodum aspectum ignis intra illam per circuitum, ab aspectu lumborum eius & supra: & ab aspectu lumborum eius & infra, vidi sicut visionem ignis, habebatque splendorem per circuitum. Putant significatam vtramque naturam in Christo, internè ac supernè diuinitatem tanquam ardentissimum ignem: externè & internè humanitatem, præclarissimis dotibus splendens. 3. Et vidi quasi colorem viuidissimum, quasi speciem ignis inimi circumquaque, inde à specie lumborum illius sursum versus: à specie verò lumborum illius deorsum versus, vidi quasi speciem ignis, & splendoris circumstantis. Exponunt: quasi speciem ignis inimi, exegesis vocis proximè præcedentis: viuidissimus color, inquit, non tantum is intelligendus est, qui videtur in communi igne, sed is, qui in intimis fornacibus est ardentissimus: non quidem flauescens, ut ignis ille splendens, cuius meminit sequente membro, sed rubens & rutilus: vide supra vers. 4. Itaque Christus totus quidem ignis esse dicitur, sed qua parte ad res creatas vergit, & se cum illis communicat, quasi deferuere: quia sic ipsi visum est infirmitati & tenuitati rerum creaturarum omnium consulere, quas alioqui tantus ignis momento consumeret. Lucem enim habitat inaccessibilem, ac proinde eius maiestatem, ut diuina est, nemo vidit hominum, neque videre potest, 1. Timoth. 6. 16.

VELVT ASPECTVM ARCVS, QVVM FVERIT IN NVBE IN DIE PLVVIÆ, &c.] Alij ex Heb. 1. Qualis est color iridis, qui est in ipsa nube, in die pluuia, talis erat aspectus splendoris per circuitum. 2. Sicut forma arcus, qui sit in nube in die pluuia, sic erat aspectus splendoris

doris per circuitum. 3. Qualis est species arcus, qui existit in nube tempore pluuia, talis species illius splendoris erat circumquaque. id est, non tantum ignis est Christus, & splendet circumquaque igne suo: sed splendorem illum suum floribus & iucundis velut coloribus aspergit ad afficiendum res creatas amplius reuerentia sui: sic Apocalyps. 4. 3.

HÆC VISIO SIMILITVDINIS, &c.] Hinc noster orditur Caput secundum: sed Hebræi hanc partem huic primo capiti annectunt.

GLORIÆ DEI.] כבוד chabod, grauitatis,

honoris, gloria, dignitatis, excellentiæ, splendoris, maiestatis, claritatis IHVH.

ET VIDI, ET CECIDI IN FACIEM MEAM.] Alij: hac videns procidi in faciem meam. Non modò humiliter adorans, vt Numer. 16. 4. & 22. & alibi passim; sed etiam percussus præsentē gloria & maiestate Dei; vt Daniel. 8. 17. sic comparatur transitus ad narrationem sequentem.

ET AUDIUI VOCEM LOQUENTIS.] id est, cuiusdam loquentis: nam ignorabat quis esset, quum esset attonitus.

CAPVT II.

Roboratur propheta exterritus, vt intrepidè arguat rebelles filios Israel, si quo modo tandem ab inueteratis peccatis respiciant, & iubetur comedere librum scriptum intus & foris, in quo erant Lamentationes, & carmen & vā.

Vulg.

Malu.

Et visio similitudinis gloria Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.

2 Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me,

3 Et dicentem, Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes apostaticas, quæ recesserunt à me: ipsi & patres eorum prauaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc.

4 Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

5 Si forè vel ipsi audiant, & si forè quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

6 Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

7 Loqueris ergo verba mea ad eos, si forè audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

8 Tu autem fili hominis audi quacumque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est: aperi os

T dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, ^a & loquutus-fui ^a vt loquar ad te.

2 Et venit in me spiritus secundum quod loquutus-fuit ad me, & staret fecit me super pedes meos, & audiui loquentem ad me.

3 Et dixit ad me, Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes defecerunt in me: ij & patres eorum transgressi-fuerunt in me, vsque ad ossum diei istius.

4 Et filij perplexi facierum, & ^b ob- ^b Plurales: tenti cordis; ego mitto te ad eos: & dices ad eos; Sic dixit ADONAI IHVH.

5 Et ij si audient & si cessabunt; quia domus mutationis ij: & cognoscent quia propheta fuit in medio eorum.

6 Et tu fili hominis non timebis de eis, & de verbis eorum non timebis, quia vrticæ & sentes ad te, & ad scorpiones tu habitans: de verbis eorum non timebis, & de faciebus eorum non consternaberis, quia domus mutationis ij.


7 Et loqueris verba mea ad eos; si audient, & si cessabunt: quia mutatio ij.

8 Et tu fili hominis audi quod ego loquens ad te: Non eris mutatio, sicut domus mutationis: aperi-amplè os tuum,

rum & comede quacumque ego do tibi.
 9 Et vidi, & ecce manus missa ad me,
 in qua erat inuolutus liber, & expandit
 illum coram me, qui erat scriptus intus,
 & foris: & scripta erant in seolamentationes,
 & carmen, & v.a.

rum, & comede quod ego dans ad te.
 9 Et vidi & ecce manus missa ad me,
 & ecce in ea volumen libri.
 10 Et expandit illud faciebus meis; &
 ipsum scriptum faciebus, & post: &
 scriptum ad illud lamentationes, medi-
 tatio, & c. hi.

EVS



COMMENTARIA.



T DIXIT AD ME, &c.] Quidam reddunt: Nam edixit mihi, &c. Hoc capite, (quod protrahunt vsque ad vers. 16. Capitis sequentis, quo etiam alteram partem huius prophetae contineri volunt, vti annotauimus cap. 1. vers. 1. aiunt, doceri duo: vocationem prophetae ad functionem propheticae, vsque ad vers. 20. seu vsque ad vers. 10. cap. 3. & narrationem euentus, ad finem vsque capitis, siue vsque ad vers. 16. cap. 3. Vocationem autem, inquit, prophetae praecedit quaedam confirmatio eiusdem prophetae, duobus primis versibus, verbo, & spiritu: eo quod visione perculsus & prostratus esset, vt dictum est v. 28. superioris Capitis.

FILI HOMINIS.] Hebr. *fili Adam*. Hac nuncupatione insignitur Ezechiel passim toto hoc opere: quam etiam Christo Domino passim Euangelistae tribuunt, vt ipse sibi eam perpetuo adscribit. *Filius hominis* in Scriptura, est homo, ab humo, vnde compactus fuit, Hebraice & Latine dictus, homo vulgaris, ordinarius, plebeius, vt Iob. 16. 21. & cap. 25. 6. Psalm. 8. 5. Mihi videtur augere significatum, quasi dicat, homo nedum persona, & status, sed etiam natura & origine, vt humanitatem iam inde transfusam habeat longissima parentum propagatione. Haud secus Homerus frequenter *filios Achiuorum* vocat *Achios*. Solus Ezechiel & Christus in sacris litteris eo nomine appellantur, Ezechiel nunquam a se, semper ab aliis: Christus nunquam ab aliis, temper a se: vtrumque factum modestiae causa existimamus, Ezechiel, ne magnitudine visionum, & angelorum alloquiis sese efferret, admonetur natura & conditionis suae. Christus, vt suam humilitatem & charitatem erga homines commendaret, qui cum verus esset Deus, demiserit se tamen vsque ad formam serui, & habitu inuentus sit; vt homo, Philip. 2. 6. & 7.

VERS. 2

ET INGRESSVS EST IN ME SPIRITVS POSTQVAM LOQVVTVS EST MIHI.] Hebr. *Et venit ad me spiritus secundum quod loquutus fuit mihi*: id est, immisus est in me spiritus Dei, qui scilicet confortauit me. vel restitutus est mihi spiritus meus, vel animus, qui visione corruerat. Quidam: *Tum ingressus est in me spiritus quum alloqueretur me*, &c.

ET AVDIVI LOQVENTEM AD ME.] *Maluenda, In Ezechielis.*

Alij: *vt audirem eum, qui sermocinaturus erat mecum.* VERS. 3

ET DICENTE, FILI HOMINIS, &c.] Alij: *Dixit igitur mihi. Fili hominis, &c.* Huius vocationis ad functionem propheticae membra sunt tria: primum est, propositio nuda vocationis, vsque ad vers. 8. secundum, typus vsque ad vers. 14. seu vsque ad vers. 4. cap. 3. tertium, confirmatio vocationis & typi, inde ad vers. 20. vel 10. cap. 3. vocationem autem incipit Deus ab anticipatione: ne forte obiiceret propheta duritiem Israeuitarum, ac propterea se a functione mandata excusaret.

AD GENTES APOSTATRICES, QVA RECESSERVNT A ME.] Alij ex Hebr. 1. *ad gentes desertrices, defetrices, desciscentes, quae defectionem fecerunt in me. vel descinerunt, defecerunt a me. 2. ad gentes rebelles, quae rebellauerunt contra me.*

IPSI ET PATRES EORVM PRAVARICATI SVNT PACTVM MEVM VSQVE AD DIEM HANC.] Alij ex Hebr. 1. *ipsi & patres eorum perfide egerunt vsque in hunc ipsum diem. 2. ista, vt maiores ipsarum defecerunt, rebellantes in me ad hunc ipsum vsque diem.*

VSQVE AD DIEM HANC.] Hebr. *vsque ad ossum, corpus, robur, substantiam, soliditatem diei istius*. id est, vsque ad hunc ipsum diem solidum & plenum.

ET FILIJ DVRA FACIE.] Hebr. *Et filij intricati, perplexi, pertinaces, rigidi, duri, difficiles facierum*. impudentes accipiunt.

VERS. 4

ET INDOMABILI CORDE.] Hebr. *& fortes, robusti, apprehensi, obtenti, obfirmati, corde*. Obstinatos intelligunt. Quidam hic reddunt: *Vt filij isti sint obdurati vultu, & obfirmati animo, ego te suum missurus ad eos.*

ET DICES AD EOS.] Alij: *vt dicas eis, &c.* id est, vt proloquere verbis meis.

HAC DICIT DOMINVS DEVS.] Coniunguntur hic duo nomina Dei, ADONAI IHVH; quidam legunt ADONAI IEHOVI, seu Dominus IEHOVI. & sic passim in hoc propheta: cuius rationem vide in Gen. 15. 2. Et hoc semel annotatum esto, ne sit necesse pluries repetere.

SI FORTE VEL IPSI AVDIANT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. *Sive audiant ipsi, sin minus, quia domus rebellis sunt, vt sciant, quod propheta fuerit in medio eorum. 2. Vt ipsi, siue audiant siue desistant, quia domus rebellionis sunt, vt inquam sciant prophetam fuisse in medio sui.* Ac proinde eincantur rebellionis & pernicitiae suae: quod

VERS. 5

G G g

alterum

alterum est opus prophetiæ, vt Euangelij, 2. Corinth. 2. 16.

QVONIAM DOMVS EXASPERANS EST.] Ex Hebr. alij: 1. quia domus mutationis, immutationis, mutabilitatis, ipsi. id est defectio- nis. 2. quia domus amaritudinis, amarulentia, exacerbationis, sunt. 3. quia domus rebellio- nis sunt.

VERS. 6.

INCREDVLI.] סרבים *sarabim*, aiunt prop- riè *sentes* significare, quæ aculeatæ pungen- do adurunt, vnde multi pro irritatoribus ac- ceperunt. Elias in Thisbi scribit: [Dunas fi- lius Labrat, exponit pro spinis, & dicit vnã esse ex viginti speciebus spinarum, quæ inueniuntur in Scriptura.] Sanctes, & Schindlerus, rebelles, continuaces, reddunt. Montanus, retractantes. Vatablus, irritatores, renuentes, nolentes. Tre- mellius, Lunius, Buxtorfius, refractarij. Forste- rius, Marinus, Auenarius, *sentes*, vel *urtica*. Leo Iudæ, contentiosus. Forsterus inquit: Ego arbitror esse *urticas* ab *verendo*, & conuenire cum verbo סרבו *saraph*.]

ET SVBVERSORES.] סלונים *fallonim*, aiunt esse *Sentes*, spinas, aculeos, qui sternuntur, ni- mirum à סלל *salal* strauit. Quidam reddunt: & à verbis isorum ne timeto, quod refractarij, & spinei sicut in te. id est, non tantum refragan- tur bono, verum etiam tanquam spinis sunt accedentibus noxij, cum apertè, quod hæc similitudo ostendit, tum etiam dolosè & clam, quod sequente similitudine designatur.

ET CVM SCORPIONIBVS HABITAS.] qui calcati arcuato vulnere feriunt. Aliqui, non de insecto venenato, sed pro acerrimis spinis formam scorpionum referentibus acci-

piunt, vt 1. Reg. 12. 11. Hispanicus inter- pres: *Tu moras con abrojos*. id est, cum tri- bulis.

TV AVTEM FILI HOMINIS, AVDI VERS. 8. QVÆCVMQVE LOQVOR AD TE.] Alij: Sed tu fili hominis, ausculta quod ego sum dicturus tibi &c. Typus vt diximus in vers. 5.

IN QVA ERAT INVOLVIVS LIBER.] Heb. VERS. 9. & ecce in ea volumen, seu inuolucrum libri, seu charta plicata, rotulum libri: vide in Psalm. 39. 8. & Isai 8. 1. Quo significabatur donum pro- phetiæ Ezechieli infundendum, & quasi vo- randum auidè ab ipso, postpositis rationibus & consilijs omnibus carnis & sanguinis, vt Apostolus loquitur Galat. 1. 16.

ET EXPANDIT ILLVM CORAM ME &c.] VERS. 10. Alij hanc versum ex Heb exponunt: 1. *Quem coram me expandit, eratque scriptus ante & retro: scripta, inquam, erant in eo lamentationes, gemitus, & planctus*. 2. *Quod explicauit in conspectu meo, eratque scriptum à swome & à tergo: & scriptura in eo erat lamentationum, lu- gubrisque carminis, & v.a.* id est, scriptum erat omnibus ex partibus confertim plenum ma- ledictionum, & lugubrium malorum contra Iisraelitas & alios argumentis: hæc enim est ferè summa prophetiæ, vsque ad cap. 40.

ET CARMEN.] הגבה *hegheb*, propriè, me- ditatio, murmur, gemitus, sermo, loquela, que- rimonia, querela.

ET Vx.] הי *hi*, à נאב *naub*, deducunt, læ- mentum, lamentatio, planctus: Quidam red- dunt: *heu*. Hispanicus interpres: *T hay*. id est, cosas lastimosas.

CAPVT III.

Comesto libro datur propheta facies adamantina, vt intrepidè arguat durissi- mos filios Israel in transmigracione constitutos: missus autem constituitur speculator, qui si visum imminens malum non annuntiauerit, eius qui perit, reus efficitur; si autem annuntiauerit, animam suam liberat, etiamsi alius pereat: deinde campum ingressus: visaque ibi gloria Domini, iubetur in domo sua includi; tamquam vinctus ac mutus.

Vulg.

Malu.

ET dixit ad me: Fili homi- nis quodcumque inuen- ris, comede: comede vo- lumen istud, & vadens loquere ad filios Israel.

2 Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo:

3 Et dixit ad me: fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebun- tur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.

ET dixit ad me; Fili homi- nis, quod inuenies, comede: comede volumen istud, & ambula, & lo- quere ad domum Israelis.

2 Et aperui os meum; & comedere- fecit me volumen istud.

3 Et dixit ad me Fili hominis, ven- trem tuum comedere facies, & visce- ra tua implebis volumine isto, quod ego dans ad te. Et comedi, & fuit in ore meo sicut mel^a dulcedini.

^a ad dulce- dinem, præ dulcedine

4 Et

Ios 33. b. 7.

4 Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.

5 Non enim ad populum profundi sermonis & ignota lingua tu mitteris ad domum Israel,

6 Neque ad populos multos profundi sermonis, & ignota lingua, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te.

7 Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me, omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.

8 Ecce dedi faciem tuam valentiorē faciebus eorum, & frontem tuam duriorē frontibus eorum.

9 Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est.

10 Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audir.

11 Et vade, ingredi ad transmigratiōem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hac dicit Dominus Deus: si forte audiant, & quiescant.

12 Et assumpsit me spiritus: & audiui post me vocem commotionis magna: Benedicta gloria Domini de loco suo;

13 Et Vocem alarum animalium percussientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & commotionis magna.

14 Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15 Et veni ad transmigratiōem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi ubi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mærens in medio eorum,

16 Cùm autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens:

17 Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.

18 Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annuntiaueris ei, neque locutus fueris ut auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate Maluenda, In Ezechielis.

4 Et dixit ad me: Fili hominis, ambula, veni ad domum Israel, & loqueris in verbis meis ad eos.

5 Quia non ad populum profunditatum labij, & grauium linguæ tu missus; ad domum Israelis.

6 Non ad populos multos profunditatum labij, & grauium linguæ, quorum non audies verba eorum si non ad eos misi te, ij audient ad te.

7 Et domus Israelis non amabunt ad audire ad te; quia non ij amantes ad audire ad me: quia omnis domus Israelis obtenti frontis, & perplexi cordis ij.

8 Ecce dedi facies tuas obtentas coniunctioni facierum eorum, frontem tuam obtentam coniunctioni frontis eorum.

9 Sicut adamantem obtentum de petra dedi frontem tuam: non timebis eos, & non consternaberis de faciebus eorum, quia domus mutationis ij.

10 Et dixit ad me: Fili hominis, omnia verba mea quæ loquar ad te, accipe in corde tuo, & in auribus tuis audi.

11 Et ambula, veni ad deuolutionem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, Sic dixit ADONAI IHVH: Si audient, & si cessabunt.

12 Et leuauit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis grandis: benedicta grauitas IHVH de loco suo.

13 Et vocem alarum animalium osculantium vira ad sororem suam, & vocem rotarum coniunctioni eorum, & vocem commotionis grandis.

14 Et spiritus leuauit me, & accepit me: & ambulauit amarus, in ardore spiritus mei, & manus IHVH super me p obtenta.

15 Et veni ad deuolutionem Thelabib, sedentes ad flumen Chebaris, & Eferis; ij sedentes ibi: & sedi ibi septem dierum, afflatus in medio eorum.

16 Et fuit de extremitate septem dierum: & fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

17 Fili hominis speculantem dedite domui Israelis: & audies de ore meo verbum, & elucidabis eos de à me.

18 In dicere me improbo, Mori morieris; & non elucidauisti eum, & non loquutus fuisti ad elucidare improbum de via sua improba ad viuificare eum:

GGGgg 2 ipse

b Eia, ago-
dum, sic
v. 11.
c ut Isai. 33.
19. vel. pro
fundorum.
sic v. 6.

d plurato
e plurale
f ad con-
iunctionem.
ut c. 1. 20.

g præ rupo
laxo

h ut c. 1. v. 1.
i popularco
tuos

k strepitus
fragoris

l ut v. 8.
m sonum
inquam ebe
cussionis
magnæ
n amaritu-
do, vel ama-
ritudine
o æstus, ira,
excandescen-
tia
p vel obti-
nuic
q ut v. 11.
r sedentiū,
habitantium
s habitates,
manentes
t septen-
dies, sic v. 16.
u stupendo
desolatus

Apoc. 10.
2. 10.

sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

19 *Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.*

20 *Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annuntiasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitia eius, quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram.*

21 *Si autem tu annuntiaueris iusto ut non peccet iustus, & ille non peccauerit: viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberaſti.*

22 *Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.*

23 *Et surgens, egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria, quam vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam.*

24 *Et ingressus est in me spiritus, & stetit me super pedes meos: & locutus est mihi: & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tue.*

25 *Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum.*

26 *Et linguam tuam adherere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgens: quia domus exasperans est.*

27 *Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hec dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.*

ipse improbus in ^x prauitate sua morietur, & sanguinem eius de manu tua quæram.

19 Et tu ^y quia elucidauisti improbum, & non reuersus fuit de improbitate sua, de via sua improba: ipse in ^z prauitate sua morietur; & tu animam tuam eripuisti.

20 Et in reuertere iustum de iustitia sua, & faciet iniustitiam; & dabo impactionem faciebus eius, ipse morietur; quia non elucidauisti eum, in errato suo morietur: & non ^a recordabuntur iustitiæ eius quas fecit; & sanguinem eius de manu tua quæram.

21 Et tu ^b quia elucidauisti eum iustum ad ^c nequaquam errare iustum, & ipse non errauit: viuere viuet, quia elucidatus fuit, & tu animam tuam eripuisti.

22 Et fuit super me ibi manus IHVH: & dixit ad me; ^d Surge, exi ad ^e vallem, & ibi loquar ad te.

23 Et surrexi, & exiui ad vallem, & ecce ibi grauitas IHVH stans, sicut gratas quam vidi super flumen Chebaris: & cecidi super facies meas.

24 Et venit in me spiritus, & stare fecit me super pedes meos; & loquutus fuit ad me, Veni, ^f claudere in medio domus tuæ.

25 Et tu fili hominis, ecce dederunt super te ^g rudentes, & ligabunt te in eis: & non exabis in medio eorum.

26 Et linguam tuam agglutinare faciam ad palatum tuum, & obmutesces; & non eris eis viro arguenti quia domus mutationis ij.

27 Et in loqui me ad te, aperiam os tuum, & dices ad eos, sic dixit ADONAI IHVH: Audiens audiet, & cessans cessabit; quia domus mutationis ij.

^x curitate, distortione, peruerſitate

^y quum

^z ut v. 18.

^a passiue, memorabuntur, recordationi, menthoric erunt
^b quum
^c neutiquam, non omnino

^d Agedum, cia
^e conuallē, planitiem: vide Genes. 11. 2. sic v. 23.

^f include te

^g funes dē-ſos & intrinſos



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VODQVMQVE INVENERIS COMEDE.] Hebr. quod inuenies, seu quod inuenis, comede. Quidam: quod præſens est tibi, comede, id est, comede, quod tibi nunc in præſentia offertur.

VERS. 2.

ET APERVI OS MEVM &c.] Alij: Itaque aperui os meum &c. id est, accepi argumentum & hauſi quodammodo donum prophetiæ. Atque hac quidem in re bene ſe geſſit Ieſchekel, ſed accepto dono, per infirmitatem

poſtea ob vocationem indignatur, v. 15, Donatur propheta Spiritu ſancto ſub typo voluminis complicati.

VENTER TVVS COMEDET, ET VISCE-RA TVA COMPLEBUNTUR VOLV-
MINE ISTO.] Hebr. tranſitiue; ventrem tuum cibato, & viscera tua impleta volumine iſto. Obſeruant hic elegantem Hebraiſmum, Deuorare verba aut volumen, pro animo recon-
dere, & auidè haurire. Sic Plautus in Aſ-
naria:

VERS. 3.

Auscultate, atque operam date, & mea dicta deuorate.

SICUT MEL DVLCE.] Alij: 1. *perinde ac mel prae dulcedine.* 2. *par melli dulcedine.*

VERS. 4. ET DIXIT AD ME, &c.] Aliqui hunc versum ex Hebr. efferunt: *Deinde edixit mihi Fili hominis, abi, accede domum Israelis, ut alloquaris verbis meis ipsos.* Confirmatio praecedentium, vocationis & typi, ut diximus in vers. 3.

VERS. 5. AD POPVLVM PROFVNDI SERMONIS.] Heb. *ad populum profundorum, vel profundos labij.* Quidam exponunt: *ad populum profunditatum labij.* seu, *profundissimi labij.* id est, obscurissimi & abstrusissimi sermonis. Nonnulli: *ad populum videntem ignito sermone.*

ET IGNOTÆ LINGVÆ.] Heb. & *grauium, vel graues lingua.* Alij: 1. & *difficiles lingua, vel difficilis lingua.* 2. & *impedita lingua.* id est, in qua intelligenda impeditus sis, & illi in intelligenda tua: ut exegesis docet sequente versu.

VERS. 6. ET SI AD ILLOS MITTERERIS, IPSI AUDIRENT TE.] Heb. *si non ad eos misi te, ipsi audient te.* Ellipsis frequens in iuramentis. q. d. Dira mihi imprecer, dispeream, male mihi sit, non habear verax, &c. si mitterem te ad eos, ipsi non te audirent. Vide in Genes. 14. v. 23. Quidam exponunt. Certè, profectò si te misissem ad eos, ipsi te audiuissem. vel Omnino, si misissem te ad eos, &c. Alij per parenthesis: (*nonne si ad eos mitterem te, ipsi auscultaturi essent tibi?*) videlicet potius quam Israelitæ, dictum secundum quid, & respectiue, ad exaggerandum obfirmationem Iudzorum.

VERS. 7. ATTRITA FRONTE EST.] Heb. *fortes, robusti frontis.* Quidam, *obfirmati fronte.* id est, impudentes, praefracti, contumaces, pertinaces.

ET DVRO CORDE.] Vide supra. Cap. 2. 4.

VERS. 8. ECCE DEDI FACIEM TVAM &c.] Alij ex Hebr. 1. *En reddidi faciem tuam sortem contra facies eorum, & frontem tuam sortem contra frontem eorum.* q. d. non est quod timeas, nam reddam te constantem, & addam tibi animum; faciam ne confundatis ab eis. 2. *Ecce dispono faciem tuam obfirmatam aduersus frontem eorum.* id est, confirmo te ipsum ad perfungendum, velint nolint, functione tua: syncdoche.

VERS. 9. VT ADAMANTEM ET SILICEM DEDI FACIEM TVAM.] Alij: 1. *Sicut adamantem, qui silice durior est, reddidi frontem tuam.* 2. *Similem lapidi perditurno, firmiorem rupe disposui frontem tuam.* Ergasia promissionis per comparisonem vehementissimam, De voce שמיר *schamir* quam hinc alij adamantem, alij lapidem perditurnum reddunt, vide Ierem. 17. 1.

VERS. 10. ET DIXIT AD ME: FILI HOMINIS, &c.] Nonnulli hunc versum ex Hebr. reddunt: *Postea edixit mihi, Fili hominis, omnia verba mea, quibus alloquar te, excipe animo tuo, & auribus tuis audi.* Transitus ad narrationem, de qua diximus in cap. 2. vers. 1. per summariam antegressam vocationis repetitio-

nem, dubbus versibus.

ET VADE, ET INGREDERE AD TRANS-MIGRATIONEM.] Alij: *sic abi, proficiscere ad multitudinem istam deportatam.* id est, ad captiuos, deportatos, translatos, actos in exilium. v. cap. 1. v. 1.

SI FORTE AVDIANT, ET QUIESCANT.] Alij: *sine audiant, sine minus.* 2. *sine audiant, sine desistant aut desinant, cessent.* scilicet, audire.

VERS. 12. ET ASSVMPIT ME SPIRITVS, &c.] Alij: 1. *Et sustulit me spiritus.* siue flatus quidam. q. d. visus sum mihi rapi alio quodam vento. Plerique tamen Spiritum Dei, seu angelum accipiunt. 2. *Tum sustulit me spiritus.* Narratio hæc exponit duo, quid fecerit spiritus Dei, videndumque & audiendum exhibuerit ad confirmandum eum de vocatione ipsius, duobus versibus: & quid vicissim propheta, duobus aliis.

VOCEM COMMOTIONIS MAGNÆ: BENEDICTA GLORIA DOMINI DE LOCO SVO.] Alij ex Hebr. exponunt. 1. *sonitum strepitus magni,* dicentem: *Benedicta gloria Iehoua discedens, vel discedentis de loco suo.* id est, mox discessuri de templo suo. Obscure innuit breui futurum excidium vrbis & templi, & departandum iri reliquos Iedudæos. 2. *sonum concussionis magna, & Benedictam gloriam Iehoua, è loco ipsius.* id est Christum sedentem in gloria, quam descripsit supra cap. 1. v. 22. & sequentibus. Aliqui exponunt, & audiui vocem clarissimam, & intentissimam, quasi ingentem fragorem, angelorum clamantium, *Benedicta sit gloria Iehoua in loco suo.* id est, in caelo, seu vbiq. ut Isaia 6. v. 3. Nonnulli: *Benedicta gloria Iehoua de loco suo.* venit ad castigandos Iudzos, & iratus, de caelo cum magno strepitu procedit.

ET VOCEM ALARVM, &c.] Alij: *Et sonum, sonitum, strepitum alarum, &c.* id est, acclamationem & applausum rerum omnium caelestium & terrestrium ad vocem Christi, qui Deus est benedictus in sempiterna saecula.

ANIMALIVM.] Quidam: *illorum animalium.* de quibus supra cap. 1. vers. 5. & sequentibus.

PERCVTIENTIVM ALTERAM AD ALTERAM.] Hebr. *osculantium mulieris sororem suam.* Alij: 1. *contingentium alterius ad alteram.* vel *se se mutuo contingentium.* 2. *adherentium altera alteri.*

ET VOCEM ROTARVM SEQUENTIVM ANIMALIA.] Alij: 1. *simulque stridorem rotarum è regione animalium.* 2. *sonumque rotarum è regione illorum animalium.* de quibus rotis supra cap. 1. vers. 15. & sequentibus.

VERS. 14. SPIRITVS QVOQVE LEVAVIT ME, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. elucidant: 1. *Hic iterum sustulit me spiritus rapuitque me,* vel flatus quidem, visus sum iterum quodam vento quodammodo rapi aliò: ita ut irem amarus in ira spiritus mei, id est, amaro & irato animo. & manus Iehouæ apprehendit me. id est, virtus & potentia Iehouæ in me vehemens facta est. q. d. tunc affla-

tur vehementiore spiritu Domini, parui vocationi. חזק *chazak*, pro verbo accipiunt, quod est fatius, nam prima littera est cum cametz, apprehendit, prauuluit, obtinuit, roborata est, obfirmata est. Alij nomen faciunt, & cametz appictum propter Soph Passuch, cum deberet esse pathach ehateph, obienta, fortis, robusta, prauulida. supra me fortis. id est, fortior me, & adegit me: angebatur enim & timebat propheta. 2. *Quum autem spiritus tollens me, assumpisset me, abibam amarulentus astu spiritus mei.* id est, acerbe & iniquo animo ferens argumentum prophetiae & vocationis meae. *sed manus Iehoue fuit superior me.* id est, vis diuina spiritus: vt supra cap. 1. v. 3.

VERS. 15.

ET VENI AD TRANSMIGRATIONEM AD ACERVVM NOVARVM FRVGVM, AD EOS QUI HABITABANT IYXTA FLVMEN CHOBAR, ET SEDI VBI ILLI SEDEBANT.] Immanuel Tremellius, & Franciscus Iunius hunc locum ita explanant. *Itaque veni ad multitudinem deportatam Thel-abib, accolas fluij Cebaris & Haescheri, vbi habitabant illi.* [*Hebraum Thelabib, iudicio nostro, tractus est Mesopotamiae à Monte Masio ad Euphratem pertinens, inter duos fluios Cebarem, siue Chaboram, & Saocoram, quem Propheta Haescherum vocat: cuius regionis superior tractus composuit Graca voce à Ptolemao dicitur Acrabine, quasi Acram Abbenen dixeris, id est, verticem montis sursum iactum; siue summitatem, aut fastigium proiectum. Regionem verò, quae ad fluiorum ripam est, propter aggestas moles appellari Thel Hebrais, id est, Chonna siue aggestum tractum nemo Grammaticus dubitauerit.] Ita illi vide Ptolemaum lib. 5. cap. 18. & in 4. tabula Asiae. At in istorum expositione quid fiet voci אביב *Abib*? forte quod *Thel* ille, seu *Chonna*, vel tractus ad fluiorum ripas, frugibus fertilis esset. Mira est vbique lunij subtilitas, sed hic quam solida, viderint alij.*

AD ACERVVM-NOVARVM-FRVGVM.] אביב *Thel-Abib*, Chaldaeus, Hebraei, Aquila, Symmachus, Theodotion, & nostri fere, nomen proprium loci esse volunt. *TEL* Hebraeis est, *tumulus, cumulus, aceruus.* *ABIB* verò, *procrepescencia, germinatio, fructificatio, fruges, prouentus anni.* vide in Exod. 9. 31. Quidam exponunt, *tumulum*, vel *aceruum spicarum virentium & recentium.* Alij: *tumulum puberem.* sic dictum hunc locum volunt, quod forsàn in eo ex bonitate soli plurima herba, & grandiuscula progerminaret. vel quod fruges ibi citius prouenirent & maturefcerent. vel quod frugum fertilissimus esset: aut quod ibi publica regionis horrea & granaria essent. Babyloniae & Mesopotamiae fertilitatem mirè describit Plinius lib. 18. cap. 17. & 18. vide Paradisum nostrum, cap. 47. Haud penitus absurdè coniectari possumus *Thel-Abib* illud esse oppidum, quod Ptolemaeus lib. 5. cap. 18. & in 4. Asiae tabula corrupto vocabulo vocat *Thergubin*, pro *Thelabibum*, non longe à Chabora fluiò. vel *Theldam* ad Euphratem. aut *Thelmen*, vel *Thelbecane*, ad eundem Euphratem. Nec insolentes sunt eiusmodi compositiones nominum in oppidis Mesopotamiae &

Babyloniae: nam Hezrae 2. vers. 59. nominatur *Thel-Melach*, id est, *Tumulus-Salis.* quod locus falluginosus sterilis esset; & *Thel-Charsa*, *Tumulus-Agri*, vel *Silua.*

ET SEDI.] Hebraei hic duplicem rectionem notant, in textu scribunt, וְשָׁבַע *vaescher*, & in margine, וְשָׁבַע *vaescher*, futurum verbi וְשָׁבַע *iaschab*: & *sed*. quod Noster & fere omnes sequuti sunt Sed illa textus lectio non videtur esse de nihilo, in qua tamen explicanda Oedipo opus sit: & ECHSER, Tremellius & Iunius reddunt, *accolas fluij Cebaris & Haescheri, vbi habitabant illi.* & *Haescherum* fluium illum esse volunt, quem Ptolemaeus, vocat *Saocoram*, vt superius dicebamus. Mera coniectura, nec tamen aspernanda.

ET MANSI IBI SEPTEM DIEBUS MORENS IN MEDIO FORVM.] Alij: & *desedi illic septem dies.* otiosus & cessans ab imperata functione, donum acceptum dissimulans, agens desolatum inter illos. puta abreptus in stuporem & admirationem tam insperatae vocationis, & iniucunda prophetiae in populares meos. מַשְׁחִימִים *maschimim*, plerique participium Hiphil faciunt; alij nomen, *affatus, stupefactus, attonitus, stupende-desolatus.*

QUVM AVTEM PERTRANSISSENT SEPTIM DIEB, &c.] Quidam: *Fuit autem exactis septem diebus.* Hinc ipsi initium capitis tertij ordiuntur, nam quindecim versus praecedentes, capiti secundo assuunt. Hoc caput, inquit, à praecedente ita distinguimus, quia visum est septemdiuale interuallum hac ratione denotare; etsi alioqui cum praecedente simili est argumento: à sequente vero capite (quod tamen continuatum fuisse eodem tempore minimè dubitamus) ideò distinguimus, quòd argumento diuersum est. Hic enim vöcatio quam propheta refugerat, de integro mandatur, atque confirmatur; sequens verò materiam prophetiarum ingreditur. Sunt itaque huius capitis membra duo, vnum repetitio vocationis praecedentis, adiunctis minis, & promissionibus, sex primis versibus, siue ab hoc versu vsque ad 22. alterum, confirmatio, sex alteris versibus, ad finem vsque capitis.

SPECVLATOREM DEDI TE DOMVI ISRAEL.] id est, prophetam, doctorem, concionatorem, vt Isaiæ 52. 8. 57. 2. Ieremiae 6. 17. Continet autem hæc repetitio primum propositionem mandati, hoc versu; deinde explicationem officij, cum erga improbos, vt respicere, tum erga iustos, vt perstare doceantur: quibus singulis officiis suae promissiones & minae accedunt, vt propheta desinat subterfugere, versibus sequentibus vsque ad 22.

ET ANNVTIABIS EIS EX ME.] Alij: & *diserte monebis eos nomine meo.* 2. & *admonetas eos ad me reuocando.* De verbo זָבַח *Zabar* vide in Exod. 18. 20. & 2. Reg. 6. 10.

SI DICENTE ME AD IMPIVM, &c.] Hunc versum alij dilucidius ex Hebr. conuertunt, 1. *Quum dixero ego impio, Certissime morieris: atque tu non moueris eum diserte, neque loquutus fueris diserte, debortando impium à via sua impia, vsque visifices illum: ille quidem impius morietur*

moriatur iniquitate sua, vel ob iniquitatem suam, sanguinem vero eius de manu tua requiram. id est, putabitur tibi eius exitium, lues tu pœnas perditionis illius. 2. *Quum dixerō improbo, utique, vel omnino moriturus es; tu autem non admonueris eum, neque alloquutus fueris, ut admoneas improbum reuocans à via eius improbissima, ut serues eum: iste improbus in sua iniquitate morietur, sed sanguinem eius è manu tua repositurus sum.* vt Genes. 9. 5. pro eo quod est, cum ipse morietur culpa sua, tum etiam tu veluti reus eiusdem culpæ dissimulatione tua: sic deinceps.

VERS. 19. TV AVTEM ANIMAM TVAM LIBERASTI.] Alij: & tu animam tuam eripueris. à reatu illo, & participatione alienæ culpæ, vt 1. Timoth. 4. 16.

VERS. 20. PONAM OFFENDICVLVM CORAM EO.] Quidam: me disponente offendiculum coram eo. id est, iustissima & providentissima administratione & permissione mea efficiente, vt conuertatur contra ipsum iniquitas sua, & ea ipsa velut offendiculo posito corruat: sic Psalm. 93. 23. Alij, offendiculum accipiunt cuncta, quæ non auocant hominem à peccato, quando Deus iusto suo iudicio, sinit hominem præcipitem ferri in peccatum, nec vllis singularibus subsidiis reuocat. מִכְשׁוֹל micshol, propriè est, offensio, offendiculum, scandalum, ruina, lapsus, casus, quo quis impingit & corruit.

ET NON ERVNT IN MEMORIA IUSTITIÆ EIUS QVAS FECIT.] Alij: 1. & iustitiarum eius, quas fecit, nulla erit recordatio. 2. neque recordationi erunt omnia iusta eius opera, quæ fecerit.

VERS. 22. ET FACTA EST SVPER ME MANVS DOMINI, &c.] Alij: Deinde fuit super me ibi manus Iehoua. vt cap. 1. vers. 3. Altera pars, vt diximus in vers. 16. comprehendens confirmationem vocationis antecedentis, cum oblato signo, duobus versibus, tum verbo addito, reliquis.

VERS. 24. ET INGRESSVS EST IN ME SPIRITVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: 1. *Venit autem in me spiritus, id est, testiturus est mihi animus & vigor, collocavitque me in pedes meos, loquutusque mecum Deus, dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tue.* q. d. Non est quod perdas operam annuntians populo isti verba mea: nihil enim proficies: quapropter confer te domum tuam, donec indicauero tibi loquendum esse ad illos. 2. *Sed ingressus in me spiritus Dei fecit ut confisterem in pedes meos, & alloquutus me Iehoua*

edixit mihi, Ingredere, include te intra domum tuam. Per ironiam id imperatum propheta intelligunt: quo etiam modo accipiendos volunt duos sequentes versus. Et si hæc verba, inquit, per aposiopesin hoc quoque modo exponi possent. Tene ingredi & includere te ipsum domi tuæ, quum mandatum à me acceperis, in publicum prodeundi?

ET TV FILI HOMINIS, ECCE DATA SVNT &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant. 1. *Et tu, fili hominis, ecce inicient tibi funes.* subaudi, domestici tui me permittente, & te sinente vt te illis ligent, ne ergo egrediaris inter eos. vcl vt non ambules in medium eorum. 2. *Tu autem, ô fili hominis, ecce indiderunt tibi densos funes, & vincerunt te illis.* Ironia, q. d. scilicet indiderunt tibi crassos funes, & constrictum te retinent, ne obire valeas functionem tuam? Nihil minus. Vel, siquidem ita se res habet, planè oportet te popularium tuorum miserrimum mancipium esse, quasi in ergastula coniectum, vt ab illorum nutu dependeas in medium ipsorum. id est, non audeas hiscere, & pronuntiare coram illis verba mea.

NEC QVASI VIR OBIVRGANS.] Heb. & non eris eis in virum arguentem. Alij: 1. & non sis eis vir, qui eos redarguat. 2. ac non agas reprehensorem apud illos.


QVVM AVTEM LOQVVTVS FVEROTI BI &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant: 1. *Quum autem ego tecum loquutus fuero, id est, finem fecero loquendi tecum: quod fiet in fine Capitis vndecimi: loquitur enim Dominus cum propheta ad finem vsque capitis vndecimi: aperiam os tuum, id est, dabo tibi libertatem loquendi, & dices ad eos; sic dicit Dominus Iehoui: Qui audit audiat, & qui cessat cesset, quia domus contumax sunt. vel, qui audit, audiet; & qui desisset, desistet: vt sit sensus: siue audiant, siue audire desistant, postquam cœperint audire. q. d. non omnes quidem acquiescent prædicationi tuæ, sed tamen electi: improbi enim desistent, quod sint rebelles. 2. *Sed quum alloquendo te aperiam os tuum, id est, quamuis refugientem comparabo te ad proloquendum sermonem meum; indices eis, sic ait Dominus Iehoui; vide supra cap. 2. v. 4. Qui auditurus est audiat; & qui desisturus, desistat, nam domus rebellis sunt.* Id est, siue audiant, siue desistant, quid ad te? tu facito officium tuum: penes me verò esto electio iudiciumque eorum, qui audituri, & qui non audituri sunt: vt supra cap. 2. v. 5. & cap. 3. v. 11.*

CAPVT IV.

Iubeatur propheta figurare obsidionem Ierusalem ac dormire super latus sinistrum 390 diebus, super dexterum verò 40. ac vilem cibum & fœdè confectum sibi preparare: quibus designet calamitatem filiorum Israel, obsidionem & afflictionem habitantium Ierosolymis.

Vulg.

Malu.

1  Tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem.

2 Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & adificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.

3 Et tu sume tibi sarraginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem: & obsirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circumdabis eam: signum est domui Israel.

4 Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum, quibus dormies super illud, & assumes iniquitatem eorum.

5 Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & non aginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel.

6 Et cum compleueris hac, dormies super latus tuum dexterum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi.

7 Et ad obsidionem Ierusalem conuerstes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduersus eam.

8 Ecce circumdedi te vinculis: & non te conuerstes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuae.

9 Et tu sume tibi frumentum, & hordecum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam. & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum: trecentis & non aginta diebus comedes illud.

10 Cibus autem tuus quo vesceris, erit

1  Tu fili hominis, accipe tibi laterem, & dabis eum facibus tuis: & constitues super eum urbem Ierusalaim.

2 Et dabis super eam coangustationem, & adificabis super eam ^a attenuationem, & effundes super eam ^b aggerem, & dabis super eam ^c defidentias, & pone super eam arietes circuitu.

3 Et tu accipe tibi sarraginem ferri, & dabis eam murum ferri inter te, & inter urbem: & apparabis facies tuas ad eam, & erit in coangustatione, & coangustabis super eam: signum ipsum domui Israelis.

4 Et tu cuba super costam tuam sinistram, & pones ^d prauitatem domus Israelis super eam: numero dierum quibus cubabis super eam, leuabis prauitatem eorum.

5 Et ego dedi tibi annos prauitatis eorum ^e numero dierum; trescentos & nonaginta diem: & leuabis prauitatem domus Israelis.

6 Et consummabis istos, & cubabis super costam tuam dexteram ^f secunda; & leuabis prauitatem domus Iehudah quadraginta diem; diem ^g anno, diem anno dedi eum tibi.

7 Et ad coangustationem Ierusalaim apparabis facies tuas; & brachium tuum ^h denudatum: & prophetabis super eam.

8 Et ecce dedi super te ⁱ rudentes, & non vertèris de costa tua ad costam tuam, vsque ad consummare te dies coangustationum tuarum.

9 Et tu accipe tibi tritica, & hordea, & fabam, lentes & milium, & ^k speltas, & dabis ea in vase vno; & facies ea tibi ^l pani: numero dierum quibus tu cubans super costam tuam, trescentos & nonaginta diem comedes eum.

10 Et comestio tua quam comedes eam

^a vide 2.
Reg. 25. 1.
^b aggestam-
molem, strata-
tam.
^c castramet-
tationes

^d ecuruita-
tem, distor-
tionem, per-
ueritatem.
sic statim, ab
deinceps

^e datius. ad
numerum

^f secunda
vice, secun-
dò, iterum

^g datius. ad
annum, pro
anno sic mox

^h discooper-
tum

ⁱ vs 6. 25.

^k vide
Exod. 9. 32.

^l in paucem

in pondere viginti stateres in die : à tempore vsque ad tempus comedes illud.

11 Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin à tempore vsque ad tempus bibes illud.

12 Et quasi subcinericium hordea ceum comedes illud : & stercore, quod egredietur de homine, operies illud in oculis eorum.

Osce. 9. a. 3.

13 Et dixit Deus : Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter Gentes, ad quas eiciam eos.

14 Et dixi : Aaa, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta ; & morticinum, & laceratum à bestiis non comedi ab infantia mea vsque nunc, non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

15 Et dixit ad me : Ecce dedit tibi finum bouum pro stercore humanis : & facies panem tuum in eo.

Inf. 5. d. 16. & 14. d. 13.

16 Et dixit ad me : Fili hominis : Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem : & comedent panem in pondere, & in solitudine : & aquam in mensura, & in angustia bibent.

17 Ut deficientibus pane & aqua, corrumpat unusquisque ad fratrem suum : & contabescant in iniquitatibus suis.

eam in libratione viginti sclus m diei: de tempore vsque ad tempus comedes cam.

m datiuus in diem

11 Et aquas in mensura bibes sextam hinis: de tempore vsque ad tempus bibes eam.

12 Et vstularam hordeorum comedes eam: & ipsam in stercorebus exitus hominis vstulabis eam n oculis eorum.

n datiuus ad oculos

13 Et dixit IHVH, Sic comedent filij Israel panem suum o taminatum, in gentibus p quibus impellam eos ibi.

o immundis pollutum p quò

14 Et dixi, Aha ADONAI IHVH, ecce anima mea non taminata : & q cadauer, & i discerptionem non comedi, de c excussuris meis & vsque ad nunc, & non venit in ore meo caro e inquinacionis.

q morticinū i vide Levit. 7. 24. s pueritiis i abominacionis


15 Et dixit ad me ; Vide, dedi tibi egestionē bouis u sub stercorebus hominis, & facies panem tuum super eas.

u pro locis

16 Et dixit ad me, Fili hominis, ecce ego confringens baculum panis in Ierusalem ; & comedent panem in libratione, & in x sollicitudine : & aquas in mensura, & in y afflacione bibent.

x anxietate, pauore y stupendae desolatione z datiuus ad correspondenciam a stupendae desolabitur b ut v. 4.

17 z Correspondentiæ deficient panis & aquæ : & a afflabuntur vir & frater eius, & contabescant in b prauitate eorum.



COMMENTARIA.



H T TV FILI HOMINIS, &c.] Alij : Tu verò Fili hominis. vel tu ergo fili hominis, &c. Duo hæc Capita, inquit, eodem pertinere manifestò docet communis typorum interpretatio, quæ habetur cap. 5. vers. 5. & sequentibus. Quamobrem cum propheta vna sit, ea inter se visum est adunare. Docentur autem hac propheta summam tria: obsidio & fames Ieruschalaimorum; hoc capite; & plenum excidium totius populi, Capite sequente. In descriptione autem obsidionis, famis, atque excidij, quæ sit prophetici typis, triplex figura est: vna validissimæ obsidionis, quam Ieruschalaimis prænuntiat Deus, octo versibus: altera famis grauissimæ atque feuissimæ, versibus reliquis: tertia excidij Capite sequente: in quarum prima propheta agit personam Dei, cum obsidentis per Chaldaeos, & affligentis Ieruschalaima, versibus tribus; tum peccatorum rationem iustam cum populo suo ineuntis ad asserendam iu. Maluenda; In Ezech.

stitiam suam, quatuor aliis versibus sequentibus: in posteriore verò representat populum ex illa fame laborantem, à versu 9. ad finem capituli.

Summa est, Deum toti suo populo Iisraeli & Ichudæ propter diurnas offensiones iratum acerbissimè exponere eum hostibus, fami, gladioque; & ipsam metropolim sedem cultus Dei & regni (cuius spe captiui ipsi recreabantur; inter gentes, & in qua reliquæ aliquem sibi fore cogitabant receptus locum,) à se abiicere; ne Iisraelitis aut Ichudæis per fugium esse possit.

SVMÈ TIBI LATEREM.] Exponunt, id est, tabulam planam instar lateris, & æqua superficie: sic Exodi 24. 10. nempe figuram totius regni Davidis: in cuius medio, regia Ieruschalaimorum sita erat, ac proinde iubetur insculpi in ea cum ipsa ciuitas, hoc versu; tum obsidionis ratio, duobus versibus sequentibus.

ET POMES EVM CORAM TE.] Aliqui explicant; more scilicet eius, qui aliquid est deserti

descripturus, aut insculpturus. Alij: quem ponas in conspectu tuo. sicut exponitur infra vers. 3.

ET DESCRIBES IN BO CIVITATEM IERUSALEM.] Hebr. & *constitues formam, & imaginem, seu characterem imprimes, insculpes, inscribes, urbem, ipsam Ierusalaim. Quidam: urbem quandam, qua figuret Ierusalaim.* Aliqui reddunt: *ut incidās in eam urbem, seu civitatem, nempe Ieruschalaima.*

VERS. 2.

ET ORDINABIS ADVERSVS EAM OBSESSIONEM.] Alij: 1. *Pone deinde obsidionem contra eam.* id est, depinge circa eam milites obsidentes. 2. *Et dispones obsidionem in eam, &c.* id est, insculpens tabulæ lateritiæ, ut modò diximus, & figuram obsidionis artissimæ statuens in ambitu Ieruschalaimorum: nam totus hic versus pertinet ad sculpturam tabulæ.

ARIETES.] כרית *carim*, hîc machinas bellicas significat, ad quatendos muros, quas etiam Latini arietes vocant, de quarum forma & usu, multa tibi ex magnis auctoribus suppeditabunt, qui Tactica & Poliorcetica conscripserunt, seorsim Guilielmus Choulus, de Castrametatione Romana, Lipsius Lib. 3. Poliorceton, Dialogismo 1. Steuthechius Commentario ad Lib. 4. Vegetij, cap. 14.

VERS. 3.

SARTAGINEM FERREAM.] De voce מנחת *machabath*. vide in Leuitic. 2. vers. 5. Quidam hîc *craviculam* vertunt, quod instituto satis congruit. Alij exponunt: *sartagine ferream*, ponendam videlicet ex aduerso tabulæ, ut eo signo testaretur Deus tanquam muro ferreo odium suum, ferream, & obsidionem durissimam urbis, qua eversa omnem fiduciam & gloriationem toti Iisraeli prædicat Deus. Hebræi autem sartagine ferream intelligunt duritiam Iisraelitarum cordis, quæ ferrea & denigrata erat:

ET PONES EAM IN MVRVM FERREVM.] Alij: *quam ponas pro muro ferreo.*

ET OB FIRMABIS FACIEM TVAM AD EAM.] Forsterus & Mercerus annotant, hanc phrasim Lucam Evangelistam mutuatum, quum de Christo refert cap. 9. 51. & ipse faciem suam obsirmanerat ut iret Ierosolymam, Græco verbo ἐσθῆζε, reddidisse Hebraum הכין *hechin*, in Hiphil. Alij reddunt: & dirige faciem tuam contra eam. 2. *ut obsirmata facie tua aduersus eam, cingatur obsidione, te obsidente illam.*

SIGNVM EST DOMVI ISRAEL.] quòd scilicet vrbs cum templo destruetur. Alij: *signum hoc in domum Iisraelis.* id est, ut hoc signo testatum facias non tantum iis, qui supersunt in Iudæa, sed etiam iis, apud quos versaris Iudæis, & Iisraelitis omnibus deportatis, utcunque ipsos pseudoprophetæ inani spe alant, me ipsis esse infensissimum, inexorabilemque, & restitutionis spem, quam sibi proponunt, adimere.

VERS. 4.

ET TV DORMIES SVPER LATVS TVVM SINISTRVM, &c.] Hunc versum ita ex Hebræo explanant: *Tu autem incumbes lateri tuo sinistro, quum apposueris ei iniquitatem domus Iisraelis numero dierum, quibus in-*

cumbes ei, ferens iniquitatem istorum. Ætiologia typica obsidionis nunc demum ostenditur, nimirum peccatorum ante commissorum ratio, qua subducta Deus se Iisraelitarum reliquias è terra perditurum esse denuntiat: itaque dies typicos imperatos propheta numerat de numero annorum, quibus Iisraelitas & Iehudæos expectavit patienter Deus, ferens & obseruans peccata ipsorum, quasi ad deditionem & resipiscentiam prouocaret: quam quia non exhibuerunt, ferrum tandem flammamque præsentissimam obsirmata illa obsidione interminatus est Deus præcedente versu. sunt autem, (ut vniuersum dicamus) hî numeri incipiendi à defectione postrema vtriusque populi, & terminandi postrema deportatione, quæ per Nebuzaradanem effecta est, Iirmeiæ 52. 30. Nam etsi præcedentibus peccatis multis grauissimè fuerat & sæpissimè prouocatus Deus, tamen eo illustrius explicat fidem & veritatem suam, (quod superiora omnia peccata velut ex fœdere abolita omnino reticet, eorumque duntaxat rationem inquit, quæ à tempore postremi fœderis fuerunt perpetrata, ut deinceps suis locis monstrabimus. *incumbe lateri tuo sinistro, &c.* id est, quum prophetaturus in publicum prodibis, hoc tantum à me significato, adhibito latere, seu tabulæ, sartagine, & cubatu tranquillo tuo; nullo alio prophetiæ argumento vitior toto hoc tempore. Figuratur autem cubatus patientiam Dei, qui non irruit in ipsos propter peccata ipsorum, quæ obseruauit, & penes se numerata habuit, sed iniquitatem ipsorum tandiù pertulit, ne funditus eos perderet, & spem salutis liberationisque præriperet.

ET TV DORMIES.] שכב *schcab* non semper est *somnum dormire*, sed cubare, iacere, accumbere, &c. Consule Lexica. Non ergo iubetur propheta somno sopiri totos trecentos nonaginta dies, id enim rerum natura non patitur; nam miraculum esset, aut portentum, ut Epimenidis somnus: sed ut trecentos nonaginta dies cubet, aut iaceat, seu incumbat super latus sinistrum. vel toto eo dierum numero, quândo dormiturus est, dormiat super sinistrum latus, hoc est, toto illo tempore non capiat somnum nisi in sinistrum latus incumbens. Porro laterem, sartagine, cubatum, & alia eiusmodi plerique in visione duntaxat peracta esse volunt: alij, te ipsa, & corpore exhibita à propheta; quod typo & signo, de quo superiore versu, aptius conuenit.

SVPER LATVS TVVM SINISTRVM.] Notant, incubitum in vnum latus diuturniorem molestum esse & laboriosum: atque dormire in latus sinistrum esse grauius ac difficilius, quòd calore hepatis superimpositi cor veluti opprimatur & suffocetur. Quamobrem hunc prophetæ cubatum adumbrare molestias, labores, oppressiones, quæ Iisraelitas manebant propter scelera ipsorum, ac denique supremum excidium. Alij, somnum in sinistrum latus tranquilliorum esse docent. Sic enim admonent Medici, ut in primo somno, qui profundissimus & turbulentior esse solet,

in latus dextrum incumbamus : quum expectati tranquillius redormire cupimus , in sinistrum. Nonnulli Hebræorum annotant, cubatum in latus sinistrum , significare ventura mala Samariæ, hoc est, Israëlitis, quod Samaria Iehudææ sinistra esset, respectu Ortus solis, vt infra dicitur cap.16.46.

VERS. 5. EGO AVTEM DEDI TIBI.] Alij : *Ego vero do tibi, id est, indico, & indicare iubeo signis à me datis.*

NUMERO DIERVM TRECENTOS ET NONAGINTA DIES.] Alij : *pro numero annorum (dies capiunt pro annis, quod non est insolens in scriptura) trecentos nonaginta dies, id est, do tibi vt cubes 390. dies, qui indicent & figurent 390. annos prauitatis Israëlitarum. Hos annos variè Explanatores elucidant, & immanum esset omnes eorum rationes transcribere. Quidam breuiter se expediunt: Hic numerus, inquit, vt antè diximus, à postrema Israëlitarum defectione incipit, postremaque populi deportatione terminatur. Postremæ autem defectionis tempus non aliud petendum est, quam ex postremi fœderis tempore, quum primum illud Israëlitarum culpa fuit irritum. Quod si postremum fœdus ex Scriptura recordabimur, inueniemus illud fuisse postremò à Israëlitis cum Deo initum, quo templum à Schelomone consecratum est, & Dei maiestate præsentem confirmatum. Atque hoc quidem in fœdere annis aliquot Israëlita constituerunt, nimirum vsque dum senescens Schelomoh ad cultum deorum alienorum abduceretur, 1.Reg.11.4. quo exemplo Israëlita traducti primum à Deo defecerunt in idololatriam, deinde pauco tempore nutantes fide regnum Dauidis abiecerunt. Fuit autem annus istius defectionis primus, ferme vigesimus septimus, ex quo Schelomoh regnare cœperat: ab eo, si ex ordine tempora computes, inuenies ad postremæ deportationis tempus vsque interuenire annos trecentos nonaginta, nimirum annos 13. Schelomonis, tum annos 78. regum quatuor sequentium; item annos 294. vsque ad finem Tzidkijæ, vt ex ordine regum apparet: ac postremo annos quatuor inde à Tzidkija, quibus elapsis anno demum quinto reliquæ totæ deportatæ sunt, & Iudæa planè desolata, vt diximus ex Iirmaia 52.30. Ne quis autem miretur nos hoc deportationis tempore numerum annorum terminare, ipse Iechezkel nobis est interpretationis auctor infra cap.5.4. vt ex loci illius interpretatione constabit euidentissimè. Sed sunt hæc omnia incerta, nec ad viuam penitus refecari possunt. Adito Explanatores & chronographos sacros.*

ET PORTABIS INIQUITATEM DOMVS ISRAEL.] Alij : *quibus feres iniquitatem domus Israëlitis. vt typus Dei iphus misericordis, benignitate ad pœnitentiam populum reuocantis.*

VERS. 6. ET QVVM COMPLEVERIS HÆC, &c.] Alij hunc versum ita accipiunt : *Vbi vero expleueris illos. vel quumque eris absoluturus eos, incumbes lateri tuo dextro secundo, vt feras iniquitatem domus Iehudæ, quadraginta dies, diem unumqueque do tibi pro vnoquoque anno.*
Maluenda, In Ezech.

Altera Ætiologia typicæ pars, quia Deus occupat obiectionem Iehudæorum, qui adhuc in regno permanferant, aut reuersionis proxima spe sustentabantur: quasi dicat, Dixerint fortasse Iudæi se nihil cum his rationibus habere commune, se fretos esse redintegrato fœdere cum Deo temporibus Ioschijæ, ac proinde minimè metuere sibi ab hac interminatione. Tu itaque quum ad iustum numerum perueneris illius anni, quo fœdus redintegratum est, nempe 18. Ioschijæ, inito rationem nouam, & ostendito Iudæos inde ab ipso anno redintegrari fœderis sub Ioschija defecisse, ac potius in defectione sceleratissimè persistisse: adhuc quidem expectatos à me, sed idem iudicium in dies sibi accrescere, & accumulare obstinatione sua: vt cum multis locis Iirmeia exprobat, tum cap.25. euidentissimè, & confirmatur 2. Paralip.34. vers.33. eos. id est, post annos 390. quibus exactis 40. cæteri nouam rationem hanc desiderabant: sic accipiendum esse vers.9. indicat. Porro à 18. Ioschijæ, quo fœdus instauratum est, vsque ad postremam deportationem populi per Nebuzaradanem, intercessisse 40. annos, omnis Chronologia docet. Alias expositiones abundè tibi suppeditabunt Explanatores: hanc nos aptiorem rati sumus.

DORMIES SUPER LATVS TVVM DEXTRVM SECVNDO.] Dormire super latus dextrum, aiunt securitatis esse. Vnde Adagium, *In dexteram aurem dormire.* vsurpatum Plinio nepoti lib.4. Epistola 29. vide Chiliadis 1. Centuriæ 8. Adagium 20. vbi si figuret tranquillior Dei patientiam sub typo cubatus propheta, expectantis Iudæorum resipiscenciam.

ET AD OBSIDIONEM IERVSALEM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Et diriges faciem tuam versus obsidionem Ierusalaim, id est, eris animo obfirmato in oppugnanda Ierusalem: & brachium tuum erit exertum, prophetabisque contra eam.* id est prædices illius excidium. 2. *Ad obsidionem verò Ierusalaimorum obfirmato faciem tuam, cum brachio tuo nudato, sic prophetabis contra eam.* cum hoc typo, tum verbo, in sequentibus capitibus.

ECCE CIRCVMDEDI TE VINCVLIS.] Alij: 1. *Ecce iniici tibi funes.* 2. *Ecce autem inpono tibi densos funes.* id est, auctoritate verbi mei constringo, & virtute spiritus confirmo te tanquam vinculis adhibitis, ne vlllo pacto desistas ab institutæ obsidionis typo, sed palam signo aspectabili testatam facias firmitatem decreti mei. Inest autem his verbis præclara antithesis, respiciens ad ea, quæ dicta sunt supra cap.3. vers.10.

VT NON TE CONVERTAS A LATERE TVO IN LATVS ALIVD, &c.] Alij: 1. *vt ne vertaris de latere tuo in latus tuum, donec compleas tu dies obsidionum tuarum.* id est, quas prædices. Plurali numero vtitur obsidionum, quia diuturna & grauissima fuit. 2. *vt non obvertas te à latere vno in alterum, donec absolueris dies obsidionis tuæ.* nimirum dum publicè typum hunc propheticum demonstrabis, vt diximus in vers.4.

VERS. 9.

ET TV SVME TIBI, &c.] Alij: Tu quoque accipe tibi, &c. Posterior typus representans famem, quam Iehudæi in obsidione Ierusalaimorum perpeffi sunt, vt diximus in vers. 1.

VERS. 10.

FRUMENTVM, ET HORDEVM, &c.] id est, promiscuam farraginem, vt solent obfessi.

CIBVS AVTEM TVVS QVO VESCE-
RIS, ERIT IN PONDERE VIGINTI
STATERS. IN DIE.] Tremellius & Iunius
exponunt: Cibus autem tuus, quem comedes,
pondere viginti siclorum in diem erit. siclorum
communium (vt opinio nostra est) pro eo,
quod est, esto cibarium tuum vnciarum qua-
tuor in diem: nam communes sicli quaterni
efficiunt vnciam, vt dictum est Exod. 21. 32. At
S. Hieronymus: [Facitque trecentos nonaginta
panes, quos per singulos dies comedat: qui panes
habent vicenos siclos, id est, stateres. Siclus au-
tem, id est, stater habet drachinas quatuor:
drachina autem octo Latinam vnciam facit:
ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur,
quo trahitur magis anima quam sustentatur.]
Et hæc est ipsissima veritas: vide Exod. 30. v. 13.
& in Genes. 23. 16.

A TEMPORE VSQVE AD TEMPVS COME-
DES ILLVD.] Aliqui exponunt, id est, in
toto vno die naturali comedes tantummodo
vnum panem, seu viginti siclos panis. Alij:
de tempore in tempus statutum comedes illum, id
est, in stata tempora comparcito: vt versu
sequente.

VERS. 11.

ET AQVAM IN MENSURA BIBES. &c.]
Hunc versum alij reddunt: Et aquam ad men-
suram bibito, sextam hinis: de tempore in tem-
pus statutum bibito. Exponunt, sextam partem
hinis, id est, quantum ova duodecim ca-
piunt: vide Exod. 29. 40. Apte S. Hierony-
mus: [Sterilitatem cibi, aqua auget sterilitas.
Sextam enim partem mensuræ Hebraica, qua
appellatur hin, iubetur per singulos dies bibere.
Porro hin duos choas Atticos facit, quos nos ap-
pellare possumus duos sextarios Italicos, ita vt
in mensura sit Iudaici sextarij nostrique castren-
sis, cuius sexta pars facit tertiam partem sex-
tarij Italici. Qui cibus & potus iuxta inclutum
oratore, non vires tribuit, sed mortem prohi-
bet.]

VERS. 12.

ET QVASI SVBCINERICIVM HORDEA-
CEVM COMEDES ILLVD.] Quidam: Comedes
autem eum vt placentiam hordeaceam. De voce
חֲבֻיָּהּ ghughab, quam vstulatam, seu placentiam
reddunt, vide in Genes. 18. 6. & in 1.
Reg. 17. 13.

ET STERCORE QVOD EGREDITVR DE
HOMINE OPERIES ILLVD IN OCVLIS EO-
RVM.] Ex Heb. alij 1. quam videntibus illis
coquas in stercoribus, seu cylindris excrementi
humani. Excrementa humana rerorrida sunt,
figura & forma cylindri. significat penuriam
ligni, quæ accidit obfessis. 2. Forsterus: &
ipsam cum stercoribus, excremento scilicet ho-
minis vstulabis eam. 3. Tremellius & Iunius
& ad orbis excrementi humani placentabis,
seu parabis-placentiam istam in oculis illorum.
Ad figurandam penuriam pecoris & ligni ex
obsidione diuturna: ad orbis enim prunarum

seu igniti cineris solent placentæ eiusmodi
vstulari, & operiri.

STERCORE.] Heb. pluraliter. in stercoribus,
sordibus, volutionibus, volutabris: sic dicta à
rotunditate, qua in egestione rotantur, vel
quod in his homo volutatus contaminetur.

QVOD EGREDITVR DE HOMINE.] Heb.
exitus, excrementi, egestionis, hominis.

OPERIES.) תֵּבֵנָהּ theghugnab, potest esse
plurale fœmineum, coquens, vstulabunt. scilicet
mulieres, quarum solet esse panificium.
Sed satius est vt sit singulare masculinum, cum
affixo, vstulabis eam. vt præcesserat תֹּאכַלְנָהּ
thochalennab, comedes eam.

INTER GENTES, AD QVAS EII CIAM
EOS.] Alij: 1. inter gentes inter quas ego propel-
lam eos. 2. inter gentes quo dispellam ipsos. id
est, Chaldæos urbem obsidentes.

VERS. 14.

ET DIXI, AAA, DOMINE DEVS &c.]
Quidam: Tam dixi, Aha Domine Iehoui &c.
Excusatio prophetæ, à studio sanctificationis,
Ego, inquit, vt sacerdos tuus caui semper
quàm maximè fieri potuit, ne immunditi-
am vllam susciperem (quod sequentibus
exemplis per synecdochen ostenditur) Est au-
tem excrementum hominis, id est, oletum,
impurum, ex lege, Deuteron. 23. 9. & se-
quentibus. Quamobrem peto vt me hac in re
excusatum habeas: ne propter impuros Iu-
dæos cogar reputari velsens impuro cibo.

ECCE ANIMA MEA NON EST POLLVTA.]
Heb. contaminata, impurata. vide Leuit. 21.
& 22. de singulorum, & sacerdotum puri-
tate.

CARO IMMVDA.] Heb. caro פִּגְוִלִּים phig-
ghul, iniquationis, id est caro corrupta, ran-
cida, putida, foetida, res abominabilis, vel
abominanda. vide Leuit. 7. 18.

ET DIXIT AD ME.] vel mihi, &c.] Re-
sponso Dei, qui ostendit se personæ quidem
priuilegium hoc irrogare, sed tamen stare sen-
tentiam vt Iudæi cibum cum sollicitudine
maxima cogant, & oleto cogantur coquere.

ECCE DEDI TIBI FIMVM BOVM PRO
STERCORIBVS HVMANIS.] Quidam: Vido
tibi egesta boum pro sordibus stercoris humani.
זֵפְחִיָּהּ zephighe, nomen pluralis numeri, inquit
Forsterus, taniùm, & status regiminis: & vere-
cundè propheta stercora dixit, à similitudine aspidum,
vel basiliscorum ex ventre matris erumpen-
tium.] quod זֵפְחִיָּהּ zephagh, sic aspis, vel
basiliscus, aut vipera. Quo quid ineptius & in-
sultius dici potuerit, non video. Marinus:
[Quidam nec penitus insulse coniectant, stercora
boum dici hoc nomine à similitudine aspidum,
quam referunt eiusmodi excrementa in superficie
sua.] sed id æque frigidum est. Auenarius:
[TZEPHIGHIM, excrementa colorata variis li-
neis instar aspidum Ezechiel. 4. v. 15. ratione
vau inserti legitur TZEPHVGHE, pro TZEPHI-
GHE, colorata stercora.] sed pudet sanè harum
ineptiarum,

BACVLVM PANIS.] seu virgam, scipionem,
panis, id est, robur, fulcrum, sustentaculum,
fulcimentum cibi: vide Leuit. 16. 26. Sic
cap. 5: v. 16.

IN ANGVSTIA.] Forsterus: & in afflatu,
anhelitu, id est afflantes & anhelantes præ-
fi-
ti;

ti, vix trahentes anhelitum præ lassitudine.
 Alij: cum stupore. Auenarius: in desolatione,
 Possis exponere: in afflatione, abominatione,
 horrore. adeo corruptæ & fœtidæ erunt aquæ,
 vt compressis naribus præ fœtore eas potare
 sit necesse. Hispanicus Interpretes, y con es-
 panto, id est, attonitos de tan grande calamidad.
 VIERS. 17. VT DEFICIENTIBVS &c.] Alij hunc ver-
 sum ex Heb. reddunt, I. vt deficientur, seu

careant, pane & aqua, & obstupescant quisque
 cum fratre suo, siue, inter se: & liquefiant, dis-
 soluantur, corrumpantur, propter iniquitatem
 suam. 2. propterea deficient pane & aqua. vbi
 laborabunt penuria panis & aquæ, & vastaban-
 tur vir & frater eius, & contabescant in iniqui-
 tate sua. 3. vt deficiat pane & aqua, obstupescant
 singuli atque contabescant in iniquitate sua.

CAPVT V.

Per detonsos capitis & barbæ propheta pilos iussu Domini, varieque consumptis
 designantur. Iudei, propter sua peccata fame & gladius consumendi, sic
 vt patres filios, & filij patres comedant; reliqui verò in
 captiuitatem ducendi, vbi sint opprobrium ac stupor Gen-
 tibus, quarum superarunt scelera.

Vulg.

Malu.

I Tu fili hominis sume
 tibi gladium acutum,
 radentem pilos: & assu-
 mes eum; & duces per
 caput tuum, & per barbam tuam: &
 assumes tibi stateram ponderis, & diui-
 des eos.

2 Terciam partem igni combures in
 medio ciuitatis, iuxta completionem die-
 rum obsidionis: & assumes tertiam par-
 tem, & concides gladio in circuitu eius:
 tertiam verò aliam disperges in ventum,
 & gladium nudabo post eos.

3 Et sumes inde paruum numerum: &
 ligabis eos in summitate paltij tui.

4 Et ex eis rursum tolles, & proiicies
 eos in medio ignis, & combures eos igni:
 & ex eo egredietur ignis in omnem do-
 mum Israel.

5 Hec dicit Dominus Deus: Ista est Ie-
 rusalem, in medio Gentium posui eam, &
 in circuitu eius terras.

6 Et contempsit iudicia mea, vt plus
 esset impia quàm Gentes, & præcepta
 mea ultra quàm terra, quæ in circuitu
 eius sunt. iudicia enim mea proiecerunt,
 & in præceptis meis non ambulauerunt.

7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus: quia
 superastis Gentes, quæ in circuitu vestro
 sunt, & in præceptis meis non ambula-
 stis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta
 iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro
 sunt, non estis operari.

I Tu fili hominis, accipe
 tibi gladium acutum no-
 tuaculam^a tonforum, ac-
 cipies eam tibi, & tran-
 sire facies super caput tuum & super
 barbam tuam: accipies tibi bilances
 librationis, & disparties eos.

2 Terciam in^b lumine exures in me-
 dio vrbis secundum implere dies coan-
 gustationis: & accipes tertiam, percu-
 ties in gladio circuitibus eius; & ter-
 tiam sparges spiritui; & gladium eua-
 cuabo post eos.

3 Et accipies de ibi paucum in nu-
 mero, & ^c coangustabis eos in alis
 tuis.

4 Et de eis adhuc accipies, & deicies
 ad medium ignis; & coangustabis eos
 in igne: de ex eo exhibit ignis ad omnem
 domum Israelis.

5 Sic dixit ADONAI IHVH; Ista Ieru-
 salaim in medio gentium posui eam, &
 circuitibus eius terras.

6 Et motare fecit iudicia mea impro-
 bitati^d de gentibus, & constituta mea
 de terris, quæ circuitibus eius: quia in
 iudiciis meis fastidium habuerunt; &
 constitutis meis non ambulauerunt in
 eis.

7 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH;
 Correspondentia multitudo vestra^e de
 gentibus quæ circuitibus vestris, in
 constitutis meis non ambulauistis, &
 iudicia mea non fecistis: & secundum
 iudicia gentium quæ circuitibus vestris,
 non fecistis.

8 Ideo hac dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium.

9 Et faciam in te quod non feci, & quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes tuas,

10 Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos, & faciam in te iudicia, & ventilabo uniuersas reliquias tuas in omnem ventum.

11 Idcirco uiuo ego, dicit Dominus Deus : Nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor.

12 Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam uero partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos.

13 Et complebo furorem meum: & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo cum implevero indignationem meam in eis.

14 Et dabo te in desertum & in opprobrium Gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis pretereuntis

15 Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in Gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus ira.

16 Ego Dominus locutus sum; Quando misero Sagittas famis pessimas in eos; quæ erunt mortifera, & quas mittam ut disperdam vos: & famem congregabo super vos, & conteram in uobis baculum panis.

17 Et immittam in vos famem, & bestias pessimas usque ad internecionem: & pestilentia, & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. ego Dominus locutus sum.

8 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH; Ecce ego super te etiam, ego: & faciam in medio tui iudicia^f oculis gentium.

9 Et faciam in te quod non feci, & quod non faciam secundum id^g adhuc: correspondentia omnium abominationum tuarum.

10 Ad sic patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos: & faciam in te iudicia; & spargam omnes reliquias tuas omni spiritui.

11 Ad sic, Viuens ego,^h Fidelis-sermo ADONAI IHVH, si non correspondentia sanctuarium meum taminasti in omnibusⁱ abominationibus tuis, & in omnibus^k abominationibus tuis: & etiam ego^l diminuam, & non conuiebit oculus meus, & etiam ego non commiseratione-mouebor.

12 Tertia tua in peste morientur, & in fame consummabuntur in medio tui; & tertia in gladio cadent circuitibus tuis: & tertiam omni spiritui spargam; & gladium euacuabo post eos.

13 Et consummabitur natus meus, &^m quiescere-faciamⁿ ardorem meum in eis, & consolari-faciam: & cognoscent quia ego IHVH loquutus-fui in zelotypia mea; in consummare me ardorem meum in eis.

14 Et dabo te siccitati, & probro in gentibus, quæ circuitibus tuis, ^o oculis omnis transeuntis.

15 Et eris probrum, & conuicium, disciplina, & afflatio gentibus quæ circuitibus tuis: in facere me in te iudicia in naso, & in ardore, & in arguitionibus ardoris, ego IHVH loquutus-fui

16 In mittere me sagittas famis malas in eis, quæ fuerunt funditus-perditiōi, quas mittam eas ad funditus-perdere vos: & famem colligam super vos, & confringam uobis baculum panis.

17 Et mittam super uos famem, & feram malam, & orbabunt te; & pestis & sanguis transibit in te: & gladium venire-faciam super te; ego IHVH loquutus-fui.

^f datiuus. ad oculos

^g ultra, deinceps

^h uide Genes 22. 16.


ⁱ execrationibus. detestationibus, idolis

^k auersationibus, scditibus

^l adimam, subtraham, detraham

^m deponam, diantiam
ⁿ æstus-ira, excandescentiam. se
moxi
v. 15.

^o ut v. 84



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T TV FILI HOMINIS &c.] Hunc versum ex Heb. reddunt. 1. *Et tu fili hominis, cape tibi gladium acutum (nouaculam tonforum, hanc cape tibi) & traduc eam per caput tuum & per barbam tuam: deinde cape tibi lances libra, id est, stateram, & parire eos, videlicet, pilos. Relatiuum sine antecedente. Nouacula, Dei voluntatem & absolutum decretum significat. Pili verò sunt ciues Ierusalaim. 2. Postea tu, fili hominis, accipe tibi gladium acutum, nouaculam tonforiam accipito tibi, &c. secunda pars prophetiæ de pleno Iudæorum excidio, vt diximus Cap. 4. v. 1. hoc Capite continetur: ac primùm quidem ponitur typus, versibus quatuor: deinde hic typus cum præcedentibus superiore capite, exponitur, ad finem vsque capitis. vt transmittas eam super caput tuum & barbam tuam, id est, vt effingas hoc pacto sexcidium totius populi, sumensque trutinam iusti ponderis, diuides pilos eorum, vt figura sit perfectissimæ executionis decreti Dei in singulos, & iis rationibus, quæ visæ sunt ipsi in consilio suo: vt Ieremia. 15. 2.*

VERS. 2.

TERTIAM PARTEM IGNE COMBURES IN MEDIO CIVITATIS, IUXTA COMPLETIONEM DIERVM OBSIDIONIS.] Alij: *Tertiam partem igne combures in ciuitate, quando completi erunt dies obsidionis.* Exponunt, igne, id est, fame, peste, & aliis modis; qui durante obsidione oppidanos, vt ignis ardens, peruaserunt, & maxima ex parte consumpserunt.

ET ASSUMES TERTIAM PARTEM, ET CONCIDES GLADIO IN CIRCVITV EIVS.] Alij: 1. *tertiam deinde partem accipe, & percutite gladio circumquaque.* Intelligit Tzidkiam & comitatum eius cælum. 2. *& accipiens alteram tertiam percuties gladio circa illam urbem, id est, diffugientes ex illa omnes obsidionis, & occupationis tempore.* 2. Reg. 25. sunt autem hæc gesta temporibus Tzidkiiæ: illud verò quòd postea dicitur, est consequutum, postquam terra potitus est Babylonius; dispersis reliquiis in Ægyptum, vbi eos gladius Nabuchadnetzaris assequutus est, Ierem. 42. 16. Vel eos intelligit, qui à Tzidkiiā dispersi sunt in Campēstribus Iericho, 2. Reg. 25. 5.

ET GLADIVM NVDABO POST EOS.] Alij: 1. *& gladium exeram post istos, 2. nam gladio exerto persequar istos. 3. post hoc distringam.* Sic infra.

VERS. 3.

ET SVMES INDE PARVVM NVMERVM &c.] Alij hunc versum ex Heb. explicant: *& accipias inde exiguum numerum, id est, vel ex pilis capitis & barbæ, vel ex illa tertiā parte pilorum: quos in alas tuas, vel in ora vestis tuæ confingas.* 2. *Attamen excipies inde paucos numero, quibus figurantur Ghedalia, & teunes illi è populo, quos reliquit Nebuzaradan, vt*

essent vinitores & agricolæ, 2. Reg. 25. 12: quos ligaturus es in alis tuis. id est, adhuc in terra Iehudæ retinendos esse doceto.

ET EX EIS RVRSVM TOLLES, ET PROIICES EOS IN MEDIO IGNIS, ET COMBURES EOS IGNI.] Alij: *Et ex istis paucis numero, de quibus præcedente versu, adhuc accipies, quos proicies in ignem, & combures eos igne.* id est, significato eos inter se exaruros esse in perniciem suam, vt factum est Ghedalia per Ismahelem occiso, & Cæteris rebus gestis, de quibus Iirmeiæ. 40. & sequentibus.

ET EX EO EGREDIETVR IGNI IN OMNEM DOMVM ISRAEL.] Quidam: *inde probibit ignis in totam domum Iisraelis.* id est, ultimo exitio conflagrabit, & per Nebuzaradanem postremo deportati prorsus in Babyloniam, & aliis in locis penitus absumpti.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS, ISTA EST IERVTALEM, &c.] Alij: *Sic ait Dominus Iehoui, Ista sunt Ieruschalaima &c.* Secunda hæc pars, Apodosis typorum præcedentium, duo complectitur: proparascueu narratiuam ad sequuturam sententiam, duobus versibus; deinde sententiæ dictionem, quasi deus coram Iehudæos omnis impietatis reos condemnaret, à versu 7. ad finem vsque Capitis.

IN MEDIO GENTIUM EAM &c.] Quidam: *vrbs quam in medio gentium posueram, & cui circumdederam regiones.* id est, proposueram in exemplum eam gentibus omnibus, vt præluceret eis tanquam ex edito, & quædam magistra esset vitæ in pietate & sanctimonia informandæ, Deuteron. 4. 6. Alij: *in medio gentium posui eam.* id est, distraxi, dispersi eam in varias terras, & ciues eius exiliis didici, eamque circumuicinis nationibus prædæ ac direptioni exposui. Hebræi accipiunt, Ierusalaim sitam in medio orbis tunc habitabilis, vel in medio terræ sanctæ: vnde infra Cap. 38. 12. dici *umbilicum terra:* vide lib. 12. de Antichristo, Cap. 7.

ET CONTEMPSIT IVDICIA NEA, &c.] Hunc versum alij ex Heb. explanant: 1. *Committavit iudicia mea in impietatem plusquam gentes, & statuta mea plusquam nationes, quæ circa eam sunt: quoniam iudicia mea repudiarent, & statuta mea, nec ambulauerunt in eis. 2. Sed mutauit iura mea in improbitatem plusquam gentes ipse, & statuta mea plusquam regiones, quæ circumstant eam: quia iudicia mea spreuerunt, & in ipsis statutis meis non ambulauerunt.* Verbum ex Hiphil auget significatum, vehementer, multum, mutauit iudicia mea, &c.

ID CIRCO HÆC DICIT DOMINVS DEVS, &c.] Alij: *Idcirco sic ait Dominus Iehoui, &c.* Sententia, quam fert Dominus, primùm causas per gradationem ponit, hoc versu: deinde iudicium seuerissimum generatim pronunciat, tribus sequentibus, quòd postea speciatim persequitur ad finem vsque.

QVIA

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

QVIA SVPERASTIS GENTES, QVÆ IN CIRCVITV VESTRO SVNT, &c.] Hanc partem variè ex Hebr. conuertunt: 1. Pro eo, quod multitudo vestra fuit præ gentibus, &c. 2. Eo quod populosiores fuistis gentibus, &c. 3. Quandoquidem turbulentiores estis gentibus, quæ circum vos sunt, inque statutis meis non ambulastis. Exponunt, turbulentiores, copia scilicet, ferocia, strepitu, fremitu, luxu, fastu, ædificiis, opibus, deliciis, &c. 4. Propter multiplicare vos, scilicet impietates, præ gentibus, quæ sunt circum circa vos, &c. 5. Propter multiplicari vos. intransitiuè, id est, Propterea quod copiosiores fuistis, & maior multitudo gentibus, &c. 6. Eo quod curantatim, plusquam gentes ipsæ, quæ circumstant vos, in statutis meis non ambulastis. חמנוח hama-nechem, Quidam infinitum cum affixo esse volunt, propter multiplicare, vel multiplicari, vos, aut vestrum. vel turbare, strepere, tumultuari vestrum. Alij, nomen חמון hamon cum affixo, propter multitudinem vestram. Nonnulli Hebræorum exponunt: quia multiplicari vos, vel quia multiplicati estis, id est, pluribus beneficiis & gratiis affecti estis à me, quam vllæ gentes. Proculdubio verbum חמון haman, vel est ab חמון hamon; vel est notio-nis חמא hamah, quæ omnia significant, mul-titudinem, turbam, strepitum; tumultum, &c.

ET IVXTA IUDICIA GENTIVM, QVÆ IN CIRCVITV VESTRO SVNT, NON ESTIS OPERATI.] Quidam exponunt, id est, iuxta mores gentium non fecistis, quæ non mutant deos suos, aut relinquunt, vt vos me. Alij: ac ne quidem secundum iura gentium, quæ circumstant vos, fecistis. id est, nec ea ipsa fecistis, quæ gentes sine lege bene obseruant: nam frequentes fuerunt cædes & rebelliones regum post fidem datam deficientium, 2. Reg. 24. & 25.

VERS. 8. IDEO HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Idcirco sic dicit Dominus Iehoua, Ecce me tibi, vel en ego ad te. subaudi, veniam iratus, ego inquam edam in te, medio tui, iudicia in oculis gentium. 2. Idcirco sic ait Dominus Iehoui, Ecce me, irruentem in te, me quoque, vt efficiam in medio tui iudicia in oculis ipsarum gentium.

VERS. 9. ET FACIAM IN TE QVOD NON Feci, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum conuertunt: Facturus enim sum in te iudicium, cuiusmodi non feci, & cuiusmodi non sum factururus amplius, propter omnes abominationes tuas.

VERS. 10. IDEO PATRES COMEDENT FILIOS, &c.] Explicatio typi, de quo supra cap. 4. v. 9. & sequentibus. Vide Deuteronom. 28. 53. & sequentibus, & Lamentation. 4. 10.

VERS. 11. IDCIRCO VIVO EGO DICIT DOMINVS DEVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: Idcirco ne vinam ego, dictum Domini Iehoui, nisi eo quod Sanctuarium meum impurasti omnibus rebus detestandis tuis, & rebus omnibus abominandis tuis; ideo eum ego succidam, vt non parcat oculus meus, tum etiam ego non vtar clementia. Ergasia hæc sententiæ, quæ modò summam dicta est, iuramento Dei firmata, primum tres illas plagas confir-

mat superioribus typis prænuntiatas, vsque ad vers. 15. deinde grauitatem iudicij amplificat, à testimonio & iudificatione gentium omnium, apud quas Iudæi prius fuerant admirationi, versibus tribus vltimis.

TERTIA PARS TVI PESTE MORIENTVR.] Hebr. pluraliter. morientur, & fame confumentur in medio tui, &c. Explicatio typi, qui habetur principio Capitis.

ET COMPLEBO FVROREM MEVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. efferunt: 1. Et consummabitur, vel sinietur furor meus, & requiescere faciam exasuationem meam in eos, & consolationem accipiam, id est, exaturabo animum meum eorum pœna, & postea gaudebo. & cognoscent quod ego Iehoua loquutus sim in indignatione meâ quum perfecero furorem meum in eis. 2. Ita consummabitur ira mea, & collocans excandescitiam meam in istis, vltione-consolabor me: vt Ilai. 1. 24. experientur me Iehouam eloquentem esse in zelo meo, quando consummabo excandescitiam meam in ipsis.

ET DABO TE IN DESERTVM &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. Et reddam te desolatam, vt sis opprobrium inter gentes, quæ circum te sunt in conspectu omnis prateruentis. 2. Et disponam te in vastitatem & in opprobrium apud gentes, quæ circumstant te, in oculis omnium transeuntium.

ET ERIS OPPROBRIVM ET BLASPHEMIA, &c.] Ex Hebr. alij hunc versum reddunt: 1. Et eris opprobrium & contempni, disciplina, seu castigationi, vel exemplo, & stupori gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, quam fecero in te iudicia in furore & ira, & increpationibus iræ: ego Iehoua loquutus sum. 2. Et eris opprobrium conuictumque, eruditioni & stupori gentibus, quæ circumstant te, ex interminatione legis Deuteronom. 23. 37. quum exercuero in te iudicia iræ, excandescitiaeque, & correptionibus excandescitiae. (ego Iehoua loquutus sum)

QVANDO MISERO ILLIS &c.] Alij hunc versum ex Hebr. Quum immifero sagittas famis pessimas in eos, qui fuerunt ad corruptionem, id est, in perditores & corruptores, seu in corruptissimos & perditissimos, quas immittam ad corrumpendam vos: & famem colligens contra vos, frægero vobis baculum panis. vt supra cap. 4. v. 16.

SAGITTAS FAMIS.] id est, famem acutissimam & vehementissimam. Hebræi intelligunt robiginem, locustas, & cæteras frugum pestes.

QVÆ ERVNT MORTIFERÆ.] Alij: quæ sunt ad corrumpendum, perdendum, vastandum. Ex verbo: quæ fuerunt perditioni, vel in perditionem. Alij: Qui fuerunt &c.

ET FAMEM CONGREGABO SVPER VOS.] Alij: & famem angebo, adiciam, colligam super vos, seu contra vos.

ET BESTIAS PESSIMAS.] Heb. singu-lariter collectiuè: & feram, seu bestiam malam:

Ex interminatione Legis, Leuit. 26. v. 22.

PESTILENTIA ET SANGVIS TRANSIBVNT PER TE.] Alij: pestisque & cades peruasferit te.

ET GLADIVM INDVCAM SVPER TE.] Quidam: denique vastationem immifero in te. seu siccitatem, desolationem, vastitatem. sic cap. 6. v. 3.

CAPVT

CAPVT VI.

Propter multiplicem idololatriam filiorum Israel, prædicuntur eorum vrbes & excelsa dissipanda, & qui pestem, gladium & famem euaserint, dispergendos inter Gentes, vbi malis pressi, conuertentur ad Dominum.

Vulg.

Malu.

1 **F**actus est sermo Domini ad me, dicens.

2 Fili hominis pone faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos, & dices.

3 Montes Israel audite verbum Domini Dei: Hec dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra.

4 Et demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: & deitiam interfectos vestros ante idola vestra.

5 Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & dispergam ossa vestra circum aras vestras.

6 In omnibus habitationibus vestris. Vrbes deserte erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur: & interibunt ara vestra, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra.

7 Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis quia ego sum Dominus.

8 Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in Gentibus, cum disperfero vos in terras.

9 Et recordabuntur mei liberati vestri in Gentibus, ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans, & recedens à me; & oculos eorum fornicantes, post idola sua: & displicebunt sibi mei super malis quæ fecerunt in vniuersis abominationibus suis.

10 Et scient, quia ego Dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malum hoc,

11 Hac dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & Maluenda, In Ezechielis:

1 **F**uit verbum IHVH ad me, ad dicere.

2 Fili hominis pone facies tuas ad montes Israel: & propheta ad eos.

3 Et dices; Montes Israel audite verbum ADONAI IHVH: Sic dixit ADONAI IHVH montibus & collibus, ^a continentibus, & vallibus, Ecce ego, ego venire faciens super vos gladium; & ^b auferam excelsa vestra.

4 Et ^c afflabuntur altaria vestra, & confringentur chammanim vestri: & cadere faciam ^d violatos vestros ^e faciebibus ^f stercoreum vestrorum.

5 Et dabo cadauera filiorum Israel faciebibus stercoreum eorum: & spargam ossa vestra circuitibus altarium vestrorum.

6 In omnibus habitationibus vestris vrbes exsiccabuntur, & excelsa afflabuntur: ^g correspondentiæ exsiccabuntur & afflata fuerunt altaria vestra, & confringentur, & cessabunt ^h stercorea vestra, & succidentur chammanim vestri; & delebuntur factura vestra.

7 Et cades ⁱ violatus in medio vestri: & cognoscetis quia ego IHVH.

8 Et superrelinquam in esse vobis euasores gladij in gentibus; in spargi vos in terras.

9 Et recordabuntur euasores vestri in gentibus ^k quibus captiui abducti fuerunt ibi, quod ^l contractus fui ad cor eorum meretricans, quod discessit de super me, & ad oculos eorum meretricantes post ^l stercorea eorum: & dissecabuntur in faciebibus suis ad mala, quæ fecerunt ^m omnibus abominationibus suis.

10 Et cognoscet quia ego IHVH: non ad gratis loquutus fui ad facere eis malum istud.

11 Sic dixit ADONAI IHVH, Percute in ⁿ vola, & expande in pede tuo, &

^a continentibus

^b disperdam

^c stupende desolabuntur sic v. 6.

^d perforatos, confosos

^e datiuus ad facies. sic

v. 5. f. deorum stercoreorum. sic v. 5.

^g datiuus ad correspondentiæ

^h vs v. 4.

ⁱ vs v. 4.

^k quo vel quod

^l vs v. 4.

^m datiuus ad omnes abominations suas

ⁿ palma, manū

dic : Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel; quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

12 Qui longe est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis.

13 Et scietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelsus, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus uniuersam quercum frondosam, locum ubi necederunt thura redolentia uniuersis idolis suis.

14 Et extendam manum meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam à deserto Deblatha, in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

dic, Ach, ad omnes abominationes malas domus Israelis, P qui in gladio, in fame, & in peste cadent.

12 Longinquus, in peste morietur, & propinquus, in gladio cadet; & relictus, & coangustatus, in fame morietur: & consummabo ardorem meum in eis.

13 Et cognoscetis quia ego IHVH in esse violatos eorum in medio stercorum eorum circuitibus altarium eorum: ad omnem collem excelsum, in omnibus capitibus montium, & sub omni ligno viridi, & sub omni ilice denia: loco quo dederunt ibi spirationem refocillationis omnibus stercoribus eorum.

14 Et extendam manum meam super eos, & dabo terram afflationem, & afflationem de deserto Diblat-hah in omnibus habitationibus eorum: & cognoscent quia ego IHVH.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: Et fuit verbum Iehoua ad me, edicendo. Huius, inquit, capitis (quod post superiores typos, concionemque propheta diuinitus promulgauit, ad ampliorem illorum interpretationem) partes in uniuersum tres sunt: prima, qua Deus toti Iisraëlis habitationi exitium denuntiat, idololatriæ nomine, vsque ad v. 8. secunda, qua pios ad Dei flagella resipiscentes aliquos fore prænuntiat, vsque ad vers. 11. tertia, qua iam luctum imperat istius ruinæ indicæ nomine, ad finem vsque.

VERS. 2.

PONE FACIEM TVAM AD MONTES ISRAEL.] Alij: Dispone faciem tuam versus montes Iisraëlis. id est, hoc signo externo ostende quo spectet tua prophetia. montes Iisraëlis. id est, montosam Iisraëlitaram regionem, Exod. 15. 17. Deuter. 11. 11.

ET PROPHETABIS AD EOS.] Alij: I: & propheta contra eos. 2. & prophetam age apud eos.

VERS. 3.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS, MONTIBVS, &c.] Alij: Sic ait Dominus Iehoua montibus, &c. Minarum partes sunt hæc, in sedem idololatriæ, in idola, & in idololatrias: quamobrem propheta per prosopopæiam ad montes, colles, &c. ubi idola colebantur orationem habet: vide Isaia 57. 9. & sequentibus.

RVPIBVS.] אֲפִיקִים apikim hæc omnia complectitur, continentibus, alueis, decursibus violentis, riuis aquarum fortium, torrentibus impetuosis, rapiditatibus aquarum.

ECCE EGO INDVCAM, &c.] Alij: Ecce

me, me inquam adducentem contra vos gladium, vel vastitatem, & perditurum excelsa vestra. De excelsis vide in Leuitic. 26. 30. & 1. Samuel. 9. 12.

SIMVLACHRA VESTRA.] Alij: solaria vestra. id est, simulacra in honorem solis efficta. 2. subdiales statua vestra. De voce CHMANIM vide in Leuit. 26. 30. sic infra vers. 6.

ET DEICIAM INTERFECTOS VESTROS ANTE IDOLA VESTRA.] Alij: prosternamque confessos vestros coram diis stercoreis vestris. De voce גְּבִילִילִים gbillulim vide in Leuit. 26. 30. Sic infra v. 5. 6. 9. & 13.

ET DABO CADAVERA, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. Disponam etiam cadauera Iisraëlitaram coram diis stercoreis ipsorum, qui non seruabunt eos de manu mea: & dispergam ossa vestra circum altaria vestra.

IN OMNIBVS HABITATIONIBVS VESTRIS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. transferunt: 1. In cunctis habitationibus vestris vastabuntur ciuitates, & excelsa desolabuntur, ita ut ara vestra vastentur, ac culpam luant, confringantur & aboleantur stercorei dii vestri, & succidantur imagines solis vestrae, deleanturque opera vestra, id est, idola manu hominum fabrefacta. 2. In omnibus sedibus vestris ipsa vrbes vastabuntur, &c. quasi dicat: fundum ipsum & solum euertam, ut superstantia corruant: pro eo quod est, omnia enertam funditus. & excelsa desolabuntur: ut vastentur & desolentur altaria vestra, confringanturque & aboleantur stercorei dii vestri, & succidantur subdiales statua vestra, ac deleantur opera vestra.

ET EXCELSA DEMOLIENTVR.] Verbum

o malorum
p quibus, vel
quia

q æstū-iræ,
excandescen-
tiam

r v. v. 4.
f vt v. 4. sic
in fine vers.

r frondoso,
florido
u quercu in-
tricata

x afflatum,
afflandam,
stapeadā
desolatio-
nem. sic mox
nam sunt
duæ voces
synonymæ.
y præ

VERS. 4.

VERS. 9.

VERS. 6.

bum **אשכח** *iascham* variè hic exponunt, plerique, *desolabuntur*. Forsterus: & *excelsa afflabilia facta erunt propter culpam; horribilia erunt, seu horrida reddentur, vel vastabuntur horribiliter*. Auenarius: *turpiter deustabuntur, ignominiosè desolabuntur*.

ET INTERIBUNT AERÆ VESTRÆ.] Verbum **אשכח** *ascham*, Diuersimodè reddunt, Forsterus: & *afflabimur, seu afflabilia erunt altaria vestra, id est, abominanda & horribilia*. Auenarius: & *turpia erunt, vel turpiter desolabuntur, altaria vestra*. Leo Iudas: *culpam luent altaria vestra, vel rea, piacularia erunt, quasi dicat, nullis piaculis lustrari & piari poterunt*.

VERS. 7. ET CADET INTERFECTVS IN MEDIO VESTRI, &c.] Alij: *Et cadent confessi in medio vestri, ut experiaremini me esse Iehouam, qui ut sto promissis, ita & minis*.

VERS. 8. ET RELINQVAM IN VOBIS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Reliquos tamen faciam aliquos, ut sint vobis, qui euadant gladium, inter gentes, quum disiecti fueritis ad terras, vel inter gentes*. 2. *sed reliquos faciam, quum erunt vobis, qui euaserint gladium, in gentibus; quum dispersi fueritis in regiones*. Altera pars capituli, promissio; ut diximus in vers. 1.

VERS. 9. ET RECORDABVNTVR MEI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. explanant: 1. *Recordabunturque mei, qui ex vobis euaserint inter gentes, apud quas captiui tenentur, vel erunt, quod fractus fuerim, hoc est, in ore affectus fuerim, ob cor illorum meretricium, quod à me defecit perfidè, ob oculos eorum meretricios scortantes post stercoreos deos suos: hique pudore & inuestitia afficientur, vel excidentur, in faciebus suis, vel illorum, scilicet deorum, propter mala, qua designarunt in cunctis abominationibus suis, id est, falso idolorum cultu, quem toties repetiuerunt*. 2. *Et qui ex vobis euaserint, recordabuntur mei in gentibus, ubi captiui detinebuntur, me fractum fuisse ab animo ipsorum scortante, qui recessit à me, &c. id est, me, qui in promissis sum constantissimus, inuitum: planè adductum esse ipsorum perfidia, ut refringeretur cursus misericordiae meae & ab oculis ipsorum, qui scortantes sequebantur stercoreos deos ipsorum: & fastidio erunt sibi ipsis respicientes ad mala, qua fecerint, id est, detestantes ex animo vitam antea actam suam, & tristitia affecti secundum Deum, ad pœnitentiam & salutem, ut loquitur Apostolus 2. Corint. 7. 9. & sequentibus, ad omnes res abominandas suas, id est, abominanda & damnata idola sua*.

ET DISPLICEBUNT SIBI MET.] Forsterus: & *dissecabuntur in faciebus suis, scilicet, offensione, tadio, dolore, quasi dicat, offendentur malis suis, ut sint illis tanquam gladij. Vatablus: nausea, seu fastidio afficientur in faciebus suis*. Auenarius: *perasti, vel tadio affecti erunt faciebus suis*. Marinus: & *corrodentur, &c.* Schindlerus: & *debilitabuntur, languescent, in faciebus suis*.

VERS. 10. ET SCIENT QVIA EGO DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. *Et cognoscent quod ego sum Iehoua, & quod non in vanum loquutus sum me adducturum super eos calami-*
Malucnda, In Ezechiel.

tatem hanc. 2. *Et agnoscent me esse Iehouam, non frustra loquutum fuisse, me affecturum ipsos hoc malo*.

HÆC DIXIT DOMINVS DEVS, &c.] Alij: *Sic ait Dominus Iehoui, Tertia capituli, qua Deus luctum imperat prophetae, & piorum reliquiis propter mala Iehudæis impendentia ex iudicio eius, ut diximus in vers. 1.*

PERCVTE MANVM TVAM.] Alij: 1. *Percute femur tuum manu tua*. 2. *Percute manum tua, præ dolore, cuius signum est hic complosio manuum, ut Numer. 24. 10. quemadmodum etiam alibi lætitiæ, Psal. 97. 8. & infra cap. 25. 6. Nam duo hæc signa complosio manus & pedis, aliaque eiusmodi, media sunt quodammodo, & modo ad lætitiã, modo ad dolorem spectantia*.

ET ALLIDE PEDEM TVVM.] Hebr. & *expande, extende in pedem tuum*. Forsterus: & *distende pede tuo, scilicet lutum*. Leo Iudas: & *concuie pede tuo, subaudi, terram*. Signum doloris erat percussum femur aut quassata pede terra: qui verò terram pede quatit, extendit eam. Aliqui exponunt: *manu & pede concussionem fac mæris*. Tremellius & Iunius: & *pau, seu plaudite pede tuo*.

ET DIC, HEV, AD OMNES ABOMINATIONES MALORVM DOMVS ISRAEL, &c.] Alij: & *dic, Ah, respiciens ad omnes abominationes pessimas domus Israël: quibus gladio, fame, & peste casuri sunt, id est, duabus de causis luctum age, cum propter maleficia populi, tum propter horrenda iudicia ex maleficiis obuentura*.

LOCVM VBI ACCENDERVNT TVRA &c.] Hunc locum nbs verbatim ex Heb. reposuimus. Alij: 1. & *in loco, ubi suffitum fecerunt diis stercoreis suis odore suauolenti*. 2. *ubi odorem quietis obtulerunt omnibus idolis suis*. 3. *ubi cunque loci posuerint odorem gratum omnibus stercoreis diis ipsorum, vide Genes. 8. 21.*

ET EXTENDENS MANVM MEAM SUPER EOS &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Extendam enim manum meam super eos, & ponam terram in deuolutionem; & stuporem, à deserto vsque in Diblath, in cunctis habitationibus eorum, ut sciant, quod ego sum Iehoua, vel à deserto Diblatha, subaudi, vsque in Ierusalem, &c.* 2. *Quum extendens manum meam contra eos, reddidero terram hanc desolationem seu desolatissimam, magis desolatam quam desertum ad Diblath, situm in regione Moabitarum, horriditate nobile, quo Israelitæ transuerunt quum Chenahanam primum essent ingressuri: vnde dictum est oppidum Diblethaiima, Numeror. 33. 46. & lir-meia 48. 22. ad fines immanis illius deserti, quod innuit Moscheh Deuter. 8. 15. Quidam reddunt: à deserto vsque in Diblath, vel Riblath: nam Diblath, & Riblath eandem esse volunt commutatis litteris Daleth & Resch propter magnam similitudinem, id est, à deserto Iehudææ australi, vsque ad Riblath, seu Antiochiam Syriæ, quæ est tota ferè longitudo terræ sanctæ: de Riblath, seu Reblathah vide Numeror. 34. 11. & 2. Reg. 23. 33. in omnibus sedibus ipsorum, ut agnoscant me esse Iehouam.*

CAPVT VII.

Denuntiat propheta totius terræ Iuda extremam & inenitabilem vastationem proximè imminere propter ipsorum scelera.

Vulg.

I factus est sermo Domini ad me, dicens:
 2 Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terra Israel: Finis venit, venit finis super quattuor plagas terræ.

3 Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas.

4 Et non parces oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus.

5 Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio una, afflictio ecce venit.

6 Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit.

7 Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & non gloria montium.

8 Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua,

9 Et non parces oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego sum Dominus percutiens.

10 Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia:

11 Iniquitas surrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.

12 Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non latetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius.

13 Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus

Malu.

I fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

2 Et tu fili hominis, sic dixit ADONAI IHVH humi Israelis extremitas: venit extremitas super quattuor alas terræ.

3 Nunc extremitas super te, & mittam nasum meum in te: & iudicabo te secundum vias tuas: & dabo super te omnes abominationes tuas.

4 Et non conuiebit oculus meus super te, & non commiseratione mouebor: quia vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & cognoscetis qui ego IHVH.

5 Sic dixit ADONAI IHVH Malum unum malum ecce venit.

6 Extremitas venit, venit extremitas, expurgata fuit ad te: ecce venit.

7 Venit maturatio ad te, qui habitas in terra: venit tempus, propinquus dies conturbationis, & non conuatio montium.

8 Nunc de propinquo effundam ardorem meum super te: & consummabo nasum meum in te, & iudicabo te in viis tuis: & dabo super te omnes abominationes tuas.

9 Et non conuiebit oculus meus, & non commiseratione mouebor: secundum vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & cognoscetis quia ego IHVH percutiens.

10 Ecce dies, ecce venit: maturatio, effloruit baculus, effloruit superbia.

11 Violentia surrexit baculo improbitatis: non de eis, & non de multitudine eorum, & non de sonitu eorum, & non lamentum in eis.

12 Venit tempus, tangere fecit dies: acquirens non lætabitur, & vendens non lugere se faciet: quia ardor ad omnem multitudinem eius.

13 Quia vendens ad venditionem non reuertetur, & adhuc in viuentibus

a telluri, de
 tellure
 b Anis. sic
 mox &
 postea
 c oras, ex
 extremitate

d vel post:
 nam Heb.
 est duplex
 latio
 e o habitos,
 vel habitatoem
 f vide 1. Sa
 muel. 5. 9.
 g orationis
 h estu ira,
 excandescen
 centiam

i vt experia
 mini me le
 houam esse
 percussorem
 k virga, ex
 tensio, tri
 bus
 l germina
 uit, pullula
 uit, erupit in
 florem
 m vide in
 Genes 6. 11.
 n datus. in
 baculum,
 virgam
 o attingit
 p astus
 ira, astus
 ira furor
 q viuis, vitis
 r quisque,
 singuli

bus

bus vita eorum. Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur : & vir in iniquitate vite sua non confortabitur.

14 Canite tuba, praparentur omnes, & non est qui vadat ad praelium : ira enim mea super uniuersum populum eius.

15 Gladius foris : & pestis, & fames intrinsecus : qui in agro est, gladio morietur : & qui in ciuitate pestilentia & fame deuorabuntur.

16 Et saluabuntur qui fugerint ex eis : & erunt in montibus quasi columba conuallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate sua.

17 Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis.

18 Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in uniuersis capitibus eorum caluitium.

19 Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum in sterquilinum erit, Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur : quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

20 Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerunt ex eo : propter hoc dedi eis illud in immunditiam.

21 Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terra in pradam, & contaminabunt illud.

22 Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum ; & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.

23 Fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.

24 Et adducam pessimos de Gentibus, & possidebunt domos eorum : & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

25 Angustia superueniente, requirent pacem, & non erit.

26 Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum : & quarent visionem de propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus.

27 Rex lugebit, & princeps induetur merore, & manus populi terra conturba-

bus vita eorum : quia prauisio ad omnem multitudinem eius non reuertetur ; & vir in prauitate sua vitam suam non obtinere se facient.

14 Infixerunt in infixione, & apparere omnia, & non ambulans caesioni : quia ador meus ad omnem multitudinem eius.

15 Gladius in foris, & pestis & fames de domo : qui in agro, in gladio morietur ; & qui in vrbe, fames & pestis comedet eum.

16 Et salui euadent euasores eorum ; & erunt ad montes sicut columbi uallium, omne eorum sonantes : vir in prauitate sua.

17 Omnes manus remittentur ; & omnia genua ambulabunt aquis.

18 Et accingent se saccos, cooperiet eos tremor : & ad omnes facies pudefactio, & in omnibus capitibus eorum, caluitium.

19 Argentum suum in plateis deiciet, & aurum eorum remotioni erit : argentum eorum ; & aurum eorum non poterit ad eripere eos in die furoris IHVH ; animam suam non saturabunt, & viscera sua non implebunt quia impactio prauitatis eorum fuit.

20 Et nobilitatem ornatus sui superbiam posuerunt eum ; & imagines abominationum suarum, abominationes suas fecerunt in eo : sic dedi eum ipsis remotioni.

21 Et dabo eum in manu alienorum direptioni, & improbis terrae spolio : & violabunt eum.

22 Et circumgyrate faciam facies meas de eis ; & violabunt absconditum meum : & venient in ea irruptores, & violabunt eam.

23 Fac constrictionem quia terra impleta fuit iudicio sanguinum ; & vrbs impleta fuit violentia.

24 Et venire faciam malos gentium, & hereditabunt domos eorum : & cessare faciam superbiam obfirmatorum ; & hereditabunt sanctuaria eorum.

25 Abruptio venit ; & quarent pacem, & non.

26 Fientia mala super fientiam malam veniet, & auditio ad auditionem erit : & quarent prauisionem de propheta, & lex auferetur de sacerdote, & consilium de senibus.

27 Rex lugere se faciet, & princeps vestiet afflationem ; & manus populi

scutitate,
distortione,
perueritate
& Impres-
sione, clau-
xerunt
omnes
ad bellu,
praelium,
pugnam
y v. 12.
plata, vici-
a intus, in-
terius, in-
trinsecus
b murmurā-
tes, gemen-
tes, strepen-
tes
c v. 13.
d debilita-
buntur ; sta-

cescent
& forancis,
vicia

f vide
Psalm. 77.

49.
g offensio,
offendiculū
h v. 13.
i datus. in
superbiam
k execratio-
nes, detesta-
tiones, idola

l exterprum

m v. 11

n praelius
o afflatum,
afflata, stus
pendam de-
solationem

buntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego Dominus.

populi terræ subito-terrore-percellentur: de via eorum faciam eos, & in iudiciis eorum iudicabo eos; & cognoscent quia ego IHVH.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: Deinde fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo. Hoc inquit, Caput, quemadmodum proximè præcedens non dubium est quin propheta sit concionatus post dies illos trecentos nonaginta de quibus supra cap. 4. vers. 5. ad exponendum amplius & obfignandum eandem prophetiam de euerfione Iudæorum, ac propterea etiam vehementioribus quàm superiore Capite verbis atque fententiis exitum idem prænuntiat. Sunt autem huius Capitis partes in vniuerfum duæ: prima est, propositio fumma, vsque ad vers. 5. secunda, exornatio propositionis, inde ad finem vsque.

VERS. 2. ET TV FILI HOMINIS, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. elucidant: *Hæc tu, fili hominis, dic; Sic indicit Dominus Iehoui terræ Iisrahel finem: aduenit ipse finis in quatuor oras illius terræ.*

VERS. 3.

SUPER TE.] Ô terra Iisrahel: versu præcedente: nam pronomen est fœmineum, vt & reliqua huius versus, & sequentis: alloquitur enim Iehudæam. Aliqui hunc versum exponunt: *Iam finis, id est, excidium, impendet tibi, quum immittens iram meam in te, iudicabo te secundum vias tuas, & reponam super te omnes abominaciones tuas:* id est, animaduertam in te pro meritis & iustè, teque afficiam pœnis, quas merentur omnes abominaciones tuæ.

VERS. 4.

ET NON PARCET OCVLVS MEVS SUPER TE, ET NON MISEREOR.] Alij: *Neque parcet oculus meus tibi, neque vtar clementia.* vt supra cap. 5. vers. 11. & infra vers. 9.

VERS. 5.

SED VIAS TVAS PONAM SUPER TE.] Alij: *nam vias tuas super te reponam.* id est, non potuerunt à te propulsari supplicia tua, sed te indefinenter oppriment, vt in exornatione ostenditur. Alij exponunt, ex publicis & patentibus pœnis, quæ tibi infligentur, manifesta & perspicua erunt omnibus abominaciones suæ, quas non poteris negare. *In medio esse, pro manifestum & publicum esse, vt Iſaia 10. 23. sic infra v. 9.*

VERS. 6.

ET SCIBITIS QVIA EGO DOMINVS.] Alij: *vt experiantini me esse Iehouam.* sic infra vers. 9. & 27.

VERS. 7.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS, &c.] Alij: *sic ait Dominus Iehoui, &c.* Exornatio hæc tres omnino partes complectitur: prima est quædam hypotyposis velut præsentissimæ calamitatis ex iusto iudicio Dei, vsque ad

vers. 12. secunda est descriptio effectorum, quæ ex inuadente calamitate fuerunt euentura cum populo, vsque ad vers. 20. tunc sacratio Dei, vsque ad vers. 23. tertia est, captiuitatis & tyrannicæ dominationis in reliquias Iehudæorum omnes descriptio, ad finem vsque.

AFFLICTIO VNA, AFFLICTIO ECCE VENIT.] Alij: *1. en calamitas calamitatem excipit. 2. malum, vnicum malum ecce aduenit.* id est, eximium & singulare semel euentum, idque iam graue vt non sit amplius repetendum: quod interminatus fuerat Deus supra cap. 5. vers. 9.

FINIS VENIT, &c.] Alij hunc versum: *Finis adest, venit finis, excitatus est super te, vel enigilauit super te, vel finem imposuit tibi.* id est, quo fine peribis. *ecce venit.* videtur esse battologia, sed tamen quæ multum necessaria est, vt magis vrgeat populum ad pœnitentiam *ecce venit.* Hebr. est verbum vel participium fœmineum, nec potest referri ad finem qui est masculineum, sed exponendum, *ecce venit res illa, vel malum illud.* *2. Finis aduenit, aduenit ille finis, peruigil irruit in te, ecce aduenit illud.* Hæc frequentes anaphoræ tribus de causis adhibentur, nempe cum ad certitudinem rei, tum ad celeritatem, vt diximus in Genes. 41. 32. tum ad permouendos afficiendosque auditorum animos. *peruigil irruit in te.* id est, hactenus in consilio Dei tanquam dormitauit: sed iam iam exsurgit & comparatur vt propediem in vos irruat: nam tertio post anno incepta est à Chaldæis obsidio Ieruschalaimorum.

VENIT CONTRITIO SUPER TE QVI HABITAS IN TERRA.] Variè alij ex Heb. reddunt: *1. Kimchius, Sanctes, Vatablus, Marinus: Venit sententia-matuina tibi, seu contra te.* id est, sententia breui ventura. *2. Theodotion: Venit ploce,* id est, *implicatio, ordo, contextusque malorum, &c.* *3. Pellicanus: Venit complexio super te, ô terræ totius habitator.* id est, filum, fatum tuum imminet, textura scilicet, & collectio malorum omnium te apprehendet. *4. Leo Iudas: Venit corona, cidaris super te,* id est, cingeris vndique corona malorum: vt etiam Pellicanus exponit. *5. Forsterus, Auenarius: Venit maturatio, seu folliculus qui mane, id est, statim protruditur, ad te, habitator terræ.* *6. Schindlerus: Venit reuolutio, circuitus, periodus ad te, habitator terræ.* id est, causa est à Deo vt veniat super te hostis, decretum quod venit super te manè, seu maturè. *7. Isidorus Clarius: Venit ad te frondatio.* id est, maturum tempus, quo arbores florescunt & frondescunt:

infra vers. 10. 8. Tremellius, Iunius, & Buxtorfius: *Superuenit matutinum illud tempus tibi.* id est, constituti & denunciati iudicij: vide infra vers. 10. *ô habitator istius terra.* id est, qui adhuc in Iudæa habitatis, propè est tempus quum desinetis isthic habitare: grauis apostrophe. 9. Hispanicus Interpres: *La mañana*, id est, matutinum, *viene para ti, ô morador de la tierra.* id est, *el dia determinado para tu castigo.* Nos reddidimus: *Maturatio venit ad te, habitator terra.* id est, Maturum & iustum iudicium in te statim exercendum. De voce צפירה *tzepirah*, quam *Maturationem* exponimus, vide in Isai. 28. 5. Chaldæus Paraphrastes in significatione *cidaris* aut *coronæ* accepit, reddens: *Venit regnum ad te, &c.* id est, imperator Nabuchodonosor. Montanus: *venit cidaris-matutina ad te.*

ET NON GLORIÆ MONTIVM.] Alij: ex Hebr. & *non echus montium.* id est, non Panici terroris, aut inanis consternationis: qualis fere oritur ex confragosis montibus remugientibus, quem Græci ὄρυμαδός, vel ὄρυμαδός, vocant. q. d. non erit inanis vox aut echo, sed verus hostium strepitus à montibus resonabit. Nos exposuimus: & *non ouationis montium.* vel vt Forsterus: *vt non sit ouatio montium.* Existimamus enim *הדד* *hed* idem esse quod *הידה* *heidah*, siue decurtatum ab eo, de quo vide Isaiæ 16. 9. ac si dicat, plena erunt omnia terrore ac strepitu, seu vexatione hostium, non lætis acclamationibus.

VERS. 8.

NUNC DE PROPINQVO EFFVNDAM IRAM MEAM SVPER TE.] Alij: 1. *Nunc prope est vt effundam, &c.* id est, iam iam, breui effundam. 2. *Iam è propinquo sum.* vel *iam cominus adsum, effundam excandescentiam meam super te, &c.* id est, hætenus ita abstinui à vobis, vt visus sim vobis in altitudine cæli delitescere, & ambitum cælorum obambulare, vt dicitur, Iob 22. 12. & sequentibus: sed iam longè aliter experiemini. His autem versibus mutatur genus à masculino in fœmineum, quia Deus per prosopopœiam terram Iehudæam alloquitur, & non tantum populo, sed terræ ipsi sequentia mala denuntiat: vide supra vers. 3. & 4.

VERS. 10.

ECCÈ DIES, ECCÈ VENIT, &c.] suppositum verbi *venit*, non potest esse dies, nam *venit* est fœmineum, *dies* masculineum. Sed nomen proxime sequens צפירה *tzepirah*, vnde sic distinguendum: *ecce venit, egressa est contritio, &c.* vt vtriusque verbi suppositum sit TZEPHIRAH, de qua voce, vide supra v. 7. Quidam hunc versum reddunt: *Ecce, &c.* Hypotyposeos; quæ habetur supra vers. 5. & 6. breuis repetitio, qua illustratur iudicium Dei allegoricè: nam primùm iudicium Dei velut oculis subiicitur; deindè crimine Iudæorum exposito per grauiissimum asyndeton amplius exponitur his duobus versibus. *diem illum*, videlicet constituti & denunciati iudicij: sic etiam matutinum illud proximè sequitur: *ecce adueniens matutinum: prodiit matutinum illud, effloruit virga ista, germinauit superbiam.* Ætiologia denunciati iudicij à Iudæorum sceleribus per allegoriam: cuius *דו שנידו* (vt Hermodenes vocat) est elegantissimum ex ambi-

gua voce. Nam tribus Iudæorum surculo de facto comparatur, qui germina superbiæ & ramos violentiæ dicitur protulisse, ac proindè iram Dei conciliaffe: vt Isai. 5.

INIQUITAS SVRREXIT INVIRGAM &c.] VERS. 11. variè alij hunc versum ex Heb. efferunt: 1. *Iniquitas surrexit in virgam impietatis, non remanebit residuum ex eis, neque ex disitiis eorum, neque ex eis ipsis,* id est, neque ex illis, qui ab ipsis sunt, hoc est, liberis, posteris, semine, sobole eorum, *neque erit lamentum in eis.* 2. *Iniustitia excreuit in baculum impietatis.* id est, fuit causa flagelli, quo pertundentur impii: iniquitas Israelis excitauit illud flagellum, quo tanquam prædūro baculo Deus percutiet Israelcm, *nullus ex eis, subaudi, euadet, nihil ex opulentiâ eorum: subaudi, remanebit, nihil de strepitu eorum.* audietur, *nec erit luctus in eis, vel de eis, aut propter eos.* vt Ierem. 25. 33. 3. Forsterus: *Iniuria surrexit in baculum improbitatis, nihil de illis, neque de substantia eorum, neque de sono eorum, neque lamentum, seu lamentator in eis.* Nam *הוה* *noah* potest esse nomen & participium. Loquitur de sono instrumentorum musicalium: quanquam alij pro pronomine accipiant: *neque ex eis ipsis.* vel *ex eis eorum.* 4. Tremellius, Iunus, Buxtorfius: *Ipsa violentia assurrexit ad virgam improbitatis: nemo ex eis.* prolepticè, nam sequentia populum distribuunt in humilem plebem aut vulgus, & optimates gloriosos perstreptentes de virtutibus suis, atque [vt Suetonius vocat] aretalogos, *neque ex multitudine ipsorum, neque ex Torasonibus ipsorum superfluous est, neque lamentum de ipsis erit.* id est, neque ex illis quidem supererunt, qui lamentum faciant de mortuis: vide Iirmeia 16.

NEQVE EX SONIV FORVM.] ממהם *mehemebem*, Plerique Hebræorum purant esse geminatum pronomen *הם* *bem*, quasi esset *מהם* *mehem* *אשר* *mehem*, *neque ex illis, qui ab ipsis sunt,* id est, liberis, posteris. Alij volunt esse nomen singulare *מהם* *hameh* cum præpositione & affixo plurali, *neque ex sonitu, strepitu eorum.* Nonnulli, nomen plurale, *המים* *hamim* defectiuum cum præpositione & affixo plurali, *neque ex streperis, thrasonibus; aretalogis, ipsorum.* De voce aretalogus, vide Philippum Beroaldum, & Isaacum Casaubonum in Augustum Suetonij, cap. 74. & Turnebum 10. Aduersarior. cap. 12.

VENIT TEMPVS &c.] Alij: *Aduenit illud tempus &c.* Secunda pars exornationis, vt diximus in vers. 5. cuius summa est, neque mercium, duobus versibus; neque armorum, & rerum militarium, duobus alteris; neque fugæ & roboris, vers. 16. & duobus sequentibus, neque facultatum omnium, vers. 19. fructum vllum Iudæos percepturos esse, sed omnia in ventos esse abitura.

APPROPINQVAUIT DIES.] Heb. *tangere,* seu *attingere fecit dies,* vel *diem.* Alij: *appetit, accessit, pertigit dies illa.*

QVI EMIT, NON LÆTETVR.] Alij: *emptor ne lætetur.* velut re commode empta.

ET QVI VENDIT, NON LVGEAT.] Quidam: & *venditor ne lugentem agat.* velut re incommode



commodè vendita, Alij: & venditor non contristetur.

SVPER OMNEM POPVLVM EIVS.] fœmineum, id est Iehudæa. Sic infra vers. 14.

VERS. 13.

QVIA QVI VENDIDIT &c.] Hunc versum varie alij ex Heb. elucidant: 1. Quoniam vendens ad venditionem non reuertetur, etiamsi in vita extiterit anima eorum, id est, etiamsi adhuc viri superessent, visio enim ad omnem multitudinem eius non reuertetur. vel nam prophetia fiet ad omnem populum seu turbam, aut vulgum eius, & tamen non conuertetur, seu respiciet, & cuiuscuiusque vita in iniquitate sua demersa erit, non confortabuntur. Siquidem vendens ad rem venditam non redibit, etiamsi adhuc in vita existerent: quoniam visio super omnem opulentiam eius non reuertetur. id est, visio prophetica, qua minatur propheta ex reuelatione Dei, quod opulentia eorum sit perdenda, non redibit vacua, aut in cassum abibit, sed reipsa perficietur: non erunt duntaxat verba, aut minæ vanæ, sed res sequetur, nec quisquam vitam suam in iniquitate roborabit. id est, nec est, ut quisque tueatur vitam suam opibus aut iniquitatibus suis, vel & cuiusque in iniquitate eius vita eius, subaudi, defixa erit: & non fortificabuntur, seu roborabunt se, aut confirmabunt se. subaudi, ut reuertantur ad rectitudinem. id est, singuli pertinaciter retinebunt vitia sua, nec dabunt operam ut respiciant.

3. Nam venditor ad rem venditam non est reuersurus. id est, non est cur sit sollicitus de re alienata: nam si recuperaret eam, aut etiam non vendidisset, nihil ex eo habiturus esset commodi, quum ne suam quidem ipsius vitam, nedum possessionem ab hostibus intactam seruare possit: quamuis adhuc in integro sit caterua eorum, qua vendidit: visio enim toti multitudini eius non reuersura est, id est, non esse redituram eis hanc lucis visionem & vsuram, sed omnes omnino esse perituros propter peccata sua; & singuli in iniquitate sua non sunt confirmaturi se caterua sua, 4. Hispanicus Interpres: Porque el que vende no tornara à la venta, id est, à la possession conforme à la ley. Leuit. 25. 13. quia omnes sunt perituri, vel in exilium abducendi, aunque queden viros: porque la vision es dada sobre toda su multitud, id est, esta sententia está dada, no se cancellara: y ninguno en su iniquidad de su vida no se esforçara. scilicet, à hazer penitencia, vel no le valdra.

VERS. 14.

CANITE TVBA &c.] Hunc versum alij ex Heb. exponunt: 1. Classicum canem preparando omnia, vel ut prepararentur omnia ad certamen, nec erit, qui ad prælium eat: quia ira mea super omnem multitudinem, seu turbam, aut populum eius. 2. Clangent classico, videlicet classici siue tubicines, ut comparent se omnes, sed nullus prodibit ad bellum, quia astus ira mea exarsit in omnem multitudinem eius. cuius iræ documenta exponuntur sequentibus versibus. 3. Forsterus: Increperunt crepitaculo, & constituit omnia, & non est qui eat ad bellum, &c. Potest etiam esse infinitiuus, Increperunt increpando. id est validè, & acriter increperunt, clangerunt: וַיִּנְהָאוּ עִוְיָהּ potest esse infinitum Infigere, imprimere, increpare, clangere. & nomen, clangor, tuba, buccina, lituus, quali cre-

pitaculum, aut concrepatorium dicas.

ET SALVABVNTVR, QVI FVGERINT EX BIS &c.] Hunc versum alij ex Heb. explanant: 1. Qui reliqui facti fuerint ex eis, euadentes scilicet, erunt in montibus sicut columbæ conuallium, omnes frementes, quisque in iniquitate sua. vel omnes gementes more columbarum quisque propter iniquitatem suam. 2. Qui euaserint, euadentes eorum, vel, sed ex eis, qui euasuri sunt, euadent; & erunt in ipsis montibus velut columbæ vallium, trepidantes omnes, quisque propter iniquitatem suam, id est, etiam tum, quum erunt in specubus & locis abditissimis montium, eorum tamen animus non magis confirmabitur, quàm securæ sunt columbæ in locis planis, & apertissimis vallibus: sunt enim imbelles columbæ à natura trepidissime.

ET OMNIA GENVA FLVENT AQVIS.] Alij: 1. disfluent ut aquæ, id est præ sudore videbuntur resolui in aquam. timor enim sudorem elicit. 2. vertentur in aquam, liquefient præ metu ut non sit eis vllum robur quo se sustentent. 3. & omnia genua in aquas abitura sunt.

ET ACCINGENT SE CILICIIS &c.] Heb. Et accingent saccos, vel cilicia, & conteget eas terror, seu horror, aut tremos. denique in omni facie erit pudor, & in omnibus capitibus ipsorum caluitium.

ARGENTVM EORVM FORAS PROIICIENTVR.] Alij ex Heb. Argentum suum per plateas abiicient, vide supra in vers. 12.

ET AVRVM EORVM IN STERQVILIVM ERIT.] Alij: 1. & aurum eorum in dissectionem erit, vel in elongationem erit, id est, longe abiicient à se aurum. 2. & aurum ipsorum immunditia, seu separationi erit, id est, æquè ab ipsis abiicietur, atque res propter immunditiam separandæ, ex lege, quia non erunt adiumento, ut confisi fuerant. De voce נִדְדָב niddab, quam remotionem vertimus, vide in Leuit. 12. 2. Sic infra vers. 20.

ANIMAM SVAM NON SATVRABVNT.] Alij: Se ipsos non satiabunt.

QVIA SCANDA LV M INIQVITATVM EORVM FACTVM EST.] Alij: 1. eo quod ruina iniquitatis sua fuit, id est, incident in talem calamitatem ob iniquitatem suam. 2. eo quod offendiculum iniquitatis ipsorum aderit, id est, quod ipsorum iniquitas ipsis excitauerit, ut supra vers. 10. & 11.

ET ORNAMENTVM MONILIVM SVORVM, &c.] Variè alij hunc versum ex Hebr. explanant: 1. Et gloriam ornamenti eius, quod in superbiam posuerant, id est, domum sanctuarij siue templum, quod erat gloria decoris gloriæ Dei, & quo ornabatur tanquam sponsa pretiosis vestibus; propter quod superbiebant & extollebant se Iudæi, vel: & gloriam ornamenti sui in superbiam, vel decus eximium posuerat eis Deus, id est, dederat eis Deus templum pulcherimum & celeberrimum, de quo ipsi gloriabantur. Aut & elegans ornamentum suum, quod Deus posuerat in magnificentiam: ipsi tamen imagines abominationum suarum, & spurcitiarum suarum, seu idolorum suorum fecerunt in eo: propter hoc dedit eum in elongationem, id est abducam eos longius

gius à meo templo. Alij, in abiectiōem, vel in dissectionem. hoc est, disieci illos, & abstuli illis templum. 2. Et pulchritudinem, seu incunditatem ornamenti sui ad superbiam conuertit. id est, posuerat eis superbissimum & magnificentissimum templum: & fecerunt in ea gloria seu pulchritudine templi, imagines abominationum suarum, videlicet idola sua: idcirco dedi eis illud in immunditiam. 3. Quin decorem ornatus sui, illum ad excellentiam posuerat; imagines abominationum suarum, & rerum detestabilium suarum fecerunt in eo: idcirco illum statui ipsis in separationem. Amplificatio ab excidio sacrarij, vt diximus in vers. 5. qua ostendit Deus eò fore grauiores prædictas calamitates, quòd ne Deum quidem accedendi facultas fuerit, quia signa præsentis suæ submouerit propter peccata ipsorum. decorem ornatus sui. id est, arcam Dei, quæ decor erat & gloria ornatissimi & pulcherrimi templi eius. imagines abominationum, &c. vide capite sequente. Idcirco illum statui, &c. id est, illud ipsum templum quod dederam eis, & vbi arcæ fœderis excellentiam & maiestatem meam collocaueram, tam à me repudiabitur, quam res lege immundæ repudiari solent. Vide Iirmeiæ 7. De voce צְבִי tzebi, quam nos nobilitatem vertimus, vide in 2. Samuel. 1. 19.

VERS. 21.

ET DABO ILLVD IN MANVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Tradam enim illum in manum extraneorum direptioni, & improborum huius terræ prædæ, qui profanabunt illum. id est, tanquam rem profanam & abiectissimam conturbabunt, miscentes in eo omnia.

VERS. 22.

ET AVERTAM FACIEM MEAM AB IIS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. transferunt: Et auertente me faciem meam ab ipsis, ubi profanauerint absconditum meum, seu abdutum meum, vel adytum meum, id est, sacrarium, inuadenti ciuitatem ipsam effractores, & profanabunt ipsam. vel & ingredientur in illud grassatores, vel diruentes, & contaminabunt ipsum.

EMISSARIJ.] פְּרִיצִים pharuzim, ruptores, irruptores, effractores, latrones, grassatores, ex leges.

VERS. 23.

FAC CONCLUSIIONEM.] Hebr. Fac restrictionem, clausuram, vinculum, claustrum, catenam. Quidam versum reddunt: Para funem: quia terra plena est iudicio sanguinum, siue causis capitalibus, & ipsa ciuitas plena est violentia. Tertia pars exornationis, vt diximus in vers. 5. typum imperans, his verbis, Para funem, & exponens, sequentibus. Funis enim typus est cum reorum capitalium, qui ducuntur vincti, hoc versu, tum captiuorum qui in seruitutem pertrahuntur, versibus sequentibus.

FAC CONCLUSIIONEM.] Quidam exponunt, conclude, collige omnia in breuem summam, omnia mala, quæ illaturus sum Ierusalaimis: fac omnium breuem epilogum.

IUDICIO SANGVINVM.] id est, peccatis & criminibus capitalibus, quæ morte sunt digna. Alij: cadibus, homicidiis. Forsterus: iudiciis sanguinariis. id est, iudiciis, quibus sanguis innocentium petitur.

VERS. 24.

ET ADDUCAM, &c.] Hunc versum alij ex Maluenda, In Ezech.

Hebr. conuertunt: 1. Adducam ergo pastores gentium, id est, regem Nebucadnetzarem, & alios ductores exercituum, qui occupabunt domos eorum, & efficiam vt cesset superbia potentium, & profanabuntur sacella eorum, vel sacraria eorum. id est, templum, quod pluraliter effert propter amplissimam & augustissimam maiestatem. vel quod tribus potissimum partibus constaret, חַצְרֵי charzer, atrio, הֵיכַל bechal, basilica, seu regia, & דְּבִירֵי debir, loquutorio, seu oraculo. 2. Ideo adducam pessimos gentium, velut carnifices, qui corpora trucidant, & inuolent in publica bona. vt hereditario iure possideant domos istorum: faciantque vt cesset excellentia fortium, id est, thraionum illorum de quibus supra vers. 11. in reipublicæ administrationem incumbentium; & profanentur ij, qui sanctificant ipsos. id est, sacerdotes, prophetae, & ceteri illi impuri Ecclesiæ administri. Hæc vt ita accipiamus, cum prioris membri comparatione, tum sequentium adducimur: hæc enim est proleptis, quæ in sequentibus hysteron proteron exponitur.

PESSIMO.] רַעֲיִי raghe malos. Quidam: pastores, quia perperam legerunt, רֹעֵי roge.

ET POSSIDEBVNT SANCTVARIÀ.] נִחַלְוֵי nichalu potest esse Niphal, vel Pihel à נָחַל nachal, hereditabuntur, vel hereditabunt. vel Niphal à חָלַל chalal, violabuntur, profanabuntur.

SANCTVARIÀ HORVM.] מְקַדְשֵׁיהֶם mekedesebehem, plerique nomen faciunt MEKADESHIM, cum affixo sacraria eorum. Alij participium Pihel, sanctificantes, sacratōres, eorum.

VERS. 25.

ANGVSTIA SUPERVENIENTE &c.] Alij: 1. Excisio, excidium venit. vel Præcisio venit. sed est discordia generum: nam præcisio est fœmineum, & venit, masculineum. sed notant קֶפְדָּהּ kephadah, esse masculineum, & Hebraiciale, non esse signum fœmineum, sed esse paragogicum, ac proinde positum accentum in penultima, quasi esset קֶפֶד kephad. Tremellius & Iunius, He volunt esse locale: in excidium deuenit. scilicet, vel superbia, quæ præcessit, vel pax, quæ sequitur: nam vtrumque Heb. est masculineum. vel sacrarium.

CONTVRBATIO SUPER CONTVRBATIONEM VENIET &c.] Alij ex Heb. versum reddunt. 1. calamitas alia super aliam veniet, & erit rumor super rumorem: q. d. crebæ calamitates superuenturæ sunt huic populo, & crebri rumores spargentur de aduentu hostis. & inquirent, id est, desiderabunt, visionem à propheta, hoc est, non habebunt: & lex peribit à sacerdote. id est, non inuenietur apud eos, obliuiscuntur doctrinæ legis, atque consilium à senioribus. id est, seniores ipsi vel senatores destituentur consilio. 2. Arumna superueniet arumna, & rumor ad rumorem erit, querentque, seu desiderabuntque visionem à propheta, & lex peribit à sacerdote, consiliumque a senibus, vtriusque ordinis ecclesiastici & politici, ad quem transitur versu sequente. de voce הוֹוֵה houah quam sentiam-malam exposuimus, vide in Isaia 47. 11.

REX LVGEBIT.] Verbum ex Hithpahel contium, & ingentem luctum significat: KKKkk vebe

VERS. 26.

vehementissime lugebit. Alij: 1. Rex mœrore se conficiet. 2. Rex ipse continenter lugebit. 3. Rex ipse sumet planctum. Hispanicus Interpres: El rey se enlutara.

ET PRINCEPS INDVETVR MOERORE.] Alij. 1. & princeps induetur desolatione. seu stupore. id est, totus operietur stupore. 2. & princeps induet desolationem. seu vestem de-

solationis. Metonymicè.

SECUNDVM VIAM EORVM FACIAM CVM EIS.] Alij: pro via ipsorum agam cum eis. id est, pro meritis.

ET SECUNDVM IVDICIA EORVM IVDICABO EOS &c.] Alij: & pro iuribus ipsorum. vel prout ius ipsorum est iudicabo ipsos ut experiantur me esse Iehouam:

CAPVT VIII.

Ezechiel post visam Dei similitudinem, spiritu raptus in Ierusalem, videt pestiferas Iudeorum idololatrias sub variis figuris: quare dicit Dominus se eis non parciturum, nec orationes exauditurum.

Vulg.

Malu.

I factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2 Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis, ab aspectu lumborum eius, & deorsum, ignis: & à lumbis eius, & sursum, quasi aspectus splendoris, ut visio electri.

Dan. I. 5. f. 35

3 Et emissa similitudo manus apprehendit me. In concinno capitis mei: & eleuauit me spiritus inter terram & calum: & adduxit me in Ierusalem in visione Dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad pronocandam amulationem.

4 Et ecce ibi gloria Dei Israel, secundum visionem quam videram in campo.

5 Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone porta altaris idolum zeli in ipso introitu.

6 Et dixit ad me: Fili hominis, putasne, vides tu, quid illi faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, ut procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores.

7 Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete.

8 Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum,

I fuit in anno sexto, in sexto, in quinque in nouationis; ego sedens in domo mea, & senes Iehudah sedentes faciebus meis; & cecidit super me ibi manus ADONAI IHVH.

2 Et vidi, & ecce similitudo sicut visio ignis; de visione lumborum eius & ad deorsum, ignis: & de lumbis eius & ad supra sicut visio refulgentiæ, sicut oculus chasmal.

3 Et misit structuram manus, & accepit me in flore capitis meis: & leuauit me spiritus inter terram, & inter calos, & venire-fecit me in Ierusalaim in visionibus ELOHIM, ad ostium portæ anterioritatis facians in septentrionem, quo ibi habitatio similis zelotypiæ, acquirere-facientis.

4 Et ecce ibi grauitas ELOHIM Israelis, sicut visio quam vidi in valle.

5 Et dixit ad me: Fili hominis, leua euge oculos tuos viam in septentrionem. Et leuaui oculos meos viam in Septentrionem, & ecce de septentrione portæ altaris simile zelotypiæ istud in introitu.

6 Et dixit ad me, Fili hominis, an non vides tu, quid ij facientes: abominationes grandes quas domus Israelis facientes hic, ad longinquare desuper sanctuarium meum & adhuc reuenteris videbis abominationes grandes.

7 Et venire-fecit me ad ostium atrij, & vidi, & ecce foramen vnum in pariete.

8 Et dixit ad me; Fili hominis fode euge in pariete. Et perfodi in pariete, & ecce ostium vnum:

a lunationi, mensi

b datiuus facies meas

c formam. vide Exod. 25. 9.

d interioritatis, faciat e respiciens, vel obuersa f quod

g simulacti, imaginis, signi: ut Deuteron. 4. 16.

h zelotypiâ i ut c. 1. 28.

k secundum visionem

l cia, jam, nunc

m datiuus. ad portam

n ut v. 2. o ingressu; aditu

p perfora, foramē fac.

fac. sic max q ut v. 3.

9 Et dixit ad me : Ingredere , & vide abominaciones pessimas , quas isti faciunt hic.

10 Et ingressus vidi , & ecce omnis similitudo reptilium & animalium , abominatio , & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.

11 Et septuaginta viri de senioribus domus Israel , & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum , stantium ansepituras : & unusquisque habebat thuribulum in manu sua : & vapor nebule de thure consurgebat.

12 Et dixit ad me : Certè vides fili hominis que seniores domus Israel faciunt in tenebris , unusquisque in abscondito cubi- culi sui : dicunt enim : Non videt Dominus nos , dereliquit Dominus terram.

13 Et dixit ad me : Adhuc conuersus videbis abominaciones maiores , quas isti faciunt.

14 Et introduxit me per ostium porta domus Domini , quod respiciebat ad Aquilonem : & ecce ibi mulieres sedebant plaugentes Adonidem.

15 Et dixit ad me : Certè vidisti fili hominis : adhuc conuersus videbis abominaciones maiores his.

16 Et introduxit me in atrium domus Domini interius : & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare , quasi viginti quinque viri , dorsa habentes contra templum Domini , & facies ad Orientem : & adorabant , ad ortum Solis.

17 Et dixit ad me : Certè vidisti fili hominis : numquid leue est hoc domui Iuda , vt facerent abominaciones istas , quas fecerunt hic ? quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me : & ecce applicant ramum ad naves suas.

18 Ergo & ego faciam in furore : non par- cet oculus meus , nec miserebor : & cum clamauerint ad aures meas voce magna , non exaudiam eos.

9 Et dixit ad me : Veni , & vide abominaciones malas quas ij facientes hñc.

10 Et veni , & vidi , & ecce omnis ^rstru- ctura ^fcalcatilis , & ^tanimalis , ^uabomi- natio , & omnia ^xstercora domus Israel constitutum super parietem in circuitu circuitu.

11 Et septuaginta viri de senibus do- mus Israel , & Iazanzahu filius Saphanis stans in medio eorum , stantes ^yfaciebus eorum ; & ^zvir suffitorum eius in manu eius : & suauitas nubis suffitus ascendens.

12 Et dixit ad me ; An vidisti fili ho- minis , quod senes domus Israel fa- cientes in tenebrositate , ^avir in ^bpe- netralibus cogitationis suæ : quia di- centes , Non IHVH videns ad nos ; de- reliquit IHVH terram.

13 Et dixit ad me : Adhuc reuerteris videbis abominaciones grandes , quas ij facientes.

14 Et venire-fecit me ad ostium por- tæ domus IHVH quod ad in septen- trionem : & ecce ibi mulieres sedentes , lacrymantes thamuz.

15 Et dixit ad me , An vidisti fili ho- minis ? adhuc reuerteris videbis abomi- naciones grandes ^cde istis.

16 Et venire-fecit me ad atrium do- mus IHVH ^danterius , & ecce ostium ^e basilicæ IHVH inter porticum , & inter altare sicut viginti & quinque viri ; posteriora eorum ad basilicam IHVH , & facies eorum in orientem ; & ij procum- bere-sefe-facientes in orientem soli.

17 Et dixit ad me , An vidisti fili ho- minis ? an leuifacitum-fuit domui Iehu- dah de facere abominaciones quas fe- cerunt hñc ? quia impleuerunt terram ^f violentia , & reuersi-fuerunt ad ^gcom- mouere me ; & ecce ij mittentes inci- sionem ad nasum suum.


18 Et etiam ego faciã in ^hardore ; non cõniuebit oculus meus , & non cõmife- ratione-mouebor : & vocabunt in auri- bus meis voce grãdi , & non audiã eos.

r vsq. 3.
sgressilis.
vide Genes.
1. v. 24.
t bestia , ju-
menti
u spurcicia
x dij ster-
cori vt Le-
uit. 26. 30.
y datus. ad
facies
z quisque
thuribulum
suum in
manu sua

a quisque
b conclau-
bus inferio-
ribus & se-
cres cubi-
culis

c præ
d interius,
faciatum
e regie , te-
pli , palati.
se mox

f vide Ge-
nes. 6. 11.
g extimu-
lare , prouo-
care ad irã,
laccellere
h astu irã,
exquandef-
centia



COMMENTARIA.

VERS. I.



T FACTVM EST IN AN-
NO , &c.] Alij : Fuit autem ,
&c. Quatuor hæc capita (in-
quunt) visionem vnicam
continent , ac proinde pla-
cuit nobis ea coniungere.
Est autem huius visionis inscriptio summa
Maluenda , In Ezechielis.

hoc versu posita : partes verò totidem quot
sunt capita , eadem ferè ratione distinguenda.
Primum enim Iudæorum , qui Ierusalaimis
supererant impietas variis modis ostenditur,
cap. 8. secundo strages civium edenda in ipso
oppido figuratur , his tantum exceptis , quos
Deus ob signauerat , cap. 9. Tertio ignis , quo
KKKkk 2 flammans

flagrans & indignatus Deus cum fame, & peste ante expugnationem vrbis oppidanos profligauit, tum post expugnationem incendit, exhaust, & sursum deorsum euerit ciuitatem totam cum ipso templo, vnde abibat gloria Iehouæ, cap. 10. Postremò, reliquiarum ex clade & incendio vrbis; ereptarum infensissima persecutio & ruina; cui subnectuntur promissiones Euangelicæ ad bonorum consolationem, cap. 11.

IN ANNO SEXTO, IN SEXTO MENSE, IN QUINTA MENSIS. [vel DIE QUINTO ILLIVS MENSIS.] id est, anno sexto deportationis Iehojachinis, supra cap. 1. vers. 2. nempe absoluto illo superiore typo, & enuntiata propheta, cuius tempus fuerat imperatum supra cap. 4. vers. 5. nam hæc visio præcisè post menses quatuordecim exhibita est propheta, quam typus ille fuerat mandatus.

EGO SEDEBAM IN DOMO MEA. [Alij: *me sedente, vel consistente domi meæ.* Nempe in Mesopotamia, vel Babylonia, quò fueram deportatus.

ET SENES IYDA SEDEBANT CORAM ME. [Quidam: *senioribusque Iehuda sedentibus coram me.* nempe deportatis ante annos sex cum Iechonia Rege. Videntur autem ij studio ad prophetam accessisse, vt Deum consulere, & prophetias cognoscerent ad populum pertinentes: & præterea certo Dei consilio prouidentiaque videtur effectum esse, vt tum interfuerint, quum propheta extra se raptus est: quia hoc pacto illustrata est & obsignata Dei veritas, quum propheta eo ipso momento, & consilium improbum duorum principum, quod Ieruschalainis inibat, palam enuntiat in principio cap. 11. & vnus mortem indicat, infra cap. 11. 13.

ET CECIDIT SUPER ME MANVS DOMINI MEI. [Alij: *vt accideret mihi illic manus Domini Iehoui.* vt supra cap. 1. vers. 3.

VERS. 2. ET VIDI. [Alij: *Etenim visionem vidi.* In prima hac visionis parte primùm exponitur ratio illius exhibendæ, vsque ad vers. 5. deinde Iudæorum scelera velut sequentium iudiciorum causæ gradatim & ordine prophetae demonstrantur, reliquo capite.

ET ECCE SIMILITUDO QVASE ASPECTVS IGNIS. [Alij: *quod ecce similitudo hominis quasi specie ignis.* id est, imago quædam hominis ignea. vide supra cap. 1. vers. 26. & 27.

AB ASPECTV LVMBORVM EIVS, &c. [Alij ex Hebr. *à specie lumborum eius deorsum versus specie ignis: à lumbis autem eius sursum versus quasi specie solis rutuli, similis coloris viuidissimi, seu viuidissimo.* De CHASCHMAL vide cap. 1. vers. 4.

QVASI ASPECTVS SPLENDORIS. [זוהר, claritas, splendor, fulgor, resplendentia, radius. Putant Paulum Hebræor. 1. 3. vsum hoc nomine, quum Filium Dei vocat ἀπλάσμα gloria, id est, splendorem, radiam, resplendentiam. Imo existimo Paulum ea loquutione ad hunc Ezechielis locum respexisse, hincque desumpsisse.

VERS. 3. IN CINCIÑO CAPITIS MEI. [ציצית]

ציצית, in flore, seu pluma capitis, hoc est in capillitio seu cincinno, aut pilo capitis.

IN VISIONE DEI. [Hebr. *in visionibus Dei.* vide cap. 1. vers. 1.

IVXTA OSTIUM INTERIVS. [Fere omnes reddunt: *ad ostium portæ interioris.* Cæterum חפנימית *haphenimith, interior, quod est femineum aptè cohæere non posse videtur, vel cum ostio, aut porta, quæ sunt masculæ.* Nos substantiuè accepimus, [ad ostium portæ anterioritatis, seu faciætionis, seu faciæ. hoc est, ad ostium portæ, quæ pulcherrimum frontispicium, quod Itali vocant *facciata*, habebat. Alij subaudiunt: *ad ostium portæ atrij interioris.* quod atrium femineo etiam genere Hebr. habeatur. Quipam reddunt: *ad ostium portæ interioris spectans ad aquilonem.* id est, ad ingressum ipsum atrij magni siue popularis. Sed non dicitur in Scriptura atrium interius, sed exterius. Plerique intelligunt atrium sacerdotum, quod atrio magno seu populari erat interius: vide in 1. Reg. 6. 36. & 2. Paralip. 4. 9.

VBI ERAT STATVTVM IDOLVM ZELI A'D PROVOCANDVM EMVLATIONEM. [variè alij ex Hebr. 1. Sanctes sequutus Hebræos: *vbi erat habitatio idoli zeli zelare-facientis Deum.* 2. Tremellius & Iunius: *vbi erat sedes idoli zelotypia quod prouocat ad zelotypiam.* id est Bahalis illius, cui Achaz altare Damasceno simile fabricandum curauerat, & altare æneum Iehouæ addiderat suo altari aquilonem versus, denique totum cultum Dei à sacerdote illo exhiberi mandauerat, 2. Regum 16. 10. & sequentibus: quæ postea per Chizkiam euerfa omnia, per Menaschem fuerunt restituta, 2. Reg. 21. 3. & sequentibus: iterumque post Ioschiam instaurata per Ioachazum & fratres, 2. Regum 23. 31. & sequentibus capitibus. 2. Forsterus & Auenarius: *vbi erat sedes simulacri zeli possessoris, vel zelum acquirere facientis.* Fere omnes exponunt, idolum quod Deum ad zelotypiam & iracundiam prouocaret. Cæterum quum altare Bahalis fuisse videatur ad meridiem portæ; (cum æneum Iehouæ collocatum fuerit ad aquilonem è regione illius;) & hoc idolum zeli extiterit ad aquilonem portæ, vt hoc versu, & infra vers. 5. satis perspicuè dicitur: non videtur fuisse idolum zeli, ipsius Bahalis. Fortasse erat idolum Veneris aut Cupidinis, quod ad amorem & zelum accenderet.

AD PROVOCANDAM EMVLATIONEM. [מקנה *makneh, Hebræi, & plures ex nostris Participium Hiphil faciunt, verbi קנה kinne, vt He positum sit pro Aleph, ad augendam significationem, zelare-faciens, vel zelum vehementer accendens: alij à קנה kanah, acquirere, acquirere-faciens, possidens, possessor: vt sit significato idem quod BAHAL.*

ET ECCE IBI GLORIA, &c. [Alij: *Ecce autem illic gloriam Dei Iisraelis, secundum speciem, quam videram in ipsa conualle.* id est, in Mesopotamia ad fluuium Chebarem: nam Mesopotamia monte Tauro & Masio à septentrione, & Chaldaicis montibus à meridie terminatur: & sic speciem conualis habet vide Ptolomæum lib. 5. cap. 18. sed rectius acciperis

VERS. 4.

acceperis, in ipsa conualle. de qua supra cap. 3. v. 22. & 23. de De gloria Domini, vide Caput I.

VERS. 5. ET DIXIT AD ME &c.] Alij hunc verbum ex Heb. explanant: *Tum edixit mihi, Fili hominis, atolle iam oculos tuos ad viam qua fert aquilonem versus; quumque sustulisses oculos meos ad viam aquilonem versus, ecce ab aquilone ad portam ipsius altaris, id est, ante quam stare debebat altare æneum holocausti, ex lege: idolum illud zelotypia in ipso ingressu. Iam hoc versu incipit fieri expositio primi sceleris & impietatis in Deum, quam gradatim describi diximus, supra vers. 2. nimirum Bahalis cultus.*

VERS. 6. UT PROCUL RECEDAM A SANCTUARIO MEO.] Alij: 1. *ut longè recedant ipsi Israclitæ à sanctuario meo.* id est, à vero & legitimo templi mei cultu. 2. *ut longè recedam à sanctuario meo.* id est, quo scelere & impietate sua ita deficiunt à me, ut ego non statuum amplius in sanctuario hoc consistere, sed cum sanctuarium hoc aspectabile, tum hanc terram & populum relinquere, ut postea fecisse dicitur, infra cap. 22. & 23. Et si hæc verba de populo quoque possunt non incommodè accipi, & ita reddi: *procul vel longissimè abstinendo à sanctuario meo.*

ET ADHVC CONVERSVS VIDEBIS ABOMINATIONES MAIORES.] Alij: 1. *sed verte te, adhuc videbis &c.* 2. *sed amplius iterum videbis abominationes maximas.* Heb. & *adhuc reuerteris*, pro, iterum, rursus; videbis. Vide de hac loquutione in Genes. 26. 18. Sic infra vers. 13. & 15.

VERS. 7. ET INTRODVXIT ME &c.] Alij: & *deduxit me &c.* Secundi sceleris & impietatis in Deum narratio, nimirum cultus rebus creatis exhibitus etiam impurissimis & abiectionissimis, ex Ægyptiorum vsu, quibuscum iuncta erant recentia fœdera.

AD OSTIVM ATRII.] Quidam reddunt: *ad portam atrij alterius.* id est, Leuitarum, ex quo amplificatur Iudæorum scelus, quod extranei à gente Leuitica atrium illud ingrederentur contra legem, & propius Deum suam impietatem importarent: atque hoc communiter obseruandum est in hoc exemplo, & duobus sequentibus.

ET VIDI, ET ECCE FORAMEN VNVM IN PARIETE.] Aliqui: *Vbi quum aspicerem, ecce foramen vnum, seu quoddam in pariete.* id est, apertura quædam quanta fuit opus, ut in Leuitarum cellas propheta introspiceret: quas muro obduxerant, ne aliis spectari possent.

VERS. 8. ET DIXIT AD ME, FILI HOMINIS FODE PARIETEM, &c.] Alij: *Itaque edixit mihi, Fili hominis, fode iam in isto pariete, &c.* Huius effractionis causa duplex est exposita legen. ibus in ipso contextu: prima est, quod occlusæ erant fores, & illi in tenebris mysteria impietatis suæ exercebant, vers. 12. posterior, quod Deus hoc typo confirmare voluit atrium cæteraque omnia, quæ prius sancta habebantur, sibi profana esse, & paulò post tempore euersum iri.

VERS. 10. DEPICTA ERANT IN PARIETE IN CIR-

CVITV PER TOTVM.] Alij: 1. *sculptum, exaratum erat in pariete circumcircum.* 2. *expressum opus in pariete ipso circumquaque. siue celo. siue pictura.*

ET SEPTVAGINTA VIRI DE SENIORIBVS DOMVS ISRAEL.] id est, publicum populi Iudæici summumque consilium, quod institutum fuerat à Deo, Numeros. 11. 16. & sequentibus: nempe synedrion magnum.

ET IZONIAS FILIVS SAPHAN.] Alij: *cum Iazania filio Schaphanis.* Fortè qui consilio septuaginta præerat.

STANTIVM ANTE PICTVBAS.] Heb. *stantes coram illis.* scilicet, idolis, id est, ministrantes coram illis: synecdochicè, ut hoc loquutionis genus interpretatur Moscheh Deuteron. 10. 8.

ET VAPOR NEBVLE DE THVRE CONSVRGEBAT.] Alij ex Heb. 1. *& densitas, abundantia, nubes suffimensi ascendebat.* 2. *ita ut abundans nubes suffitus ascenderet.* 3. *& deprecatio, oratio nubes suffitus ascendebat.* Suffitus autem signum & symbolum erat orationis. Et ut suffitus gratus & suavis est, ita Deo oratio. Atque hoc loquendi genus piorum orationibus accommodatum crebrò in Scriptura occurrit.

QVÆ FACIUNT IN TENEBRIS.] id est, **VERS. 12.** ut faciant mysteria, cuiusmodi fuerunt apud Græcos Cereris Eleusiniæ, id est, operata & occulta sacra, siue (ut Latini vocant) operanea, & cuiusmodi fuerunt apud Romanos Bonæ Deæ; & apud Ægyptios Osiridis Sacra Pamyliæ, quæ à Persarum voce Michriata vocat Lampridius in Commodum: ex quibus hic cultus & sequentes tanquam ex fœderatis ad Iudæos manauerunt. De Eleusiniis plura Lilius Gyraldus Syntagmate 14. Hospinianus de Origine Fæstorum, folio 86. & sequentibus. De Sacris Bonæ Deæ, idem, fol. 103. & seq. De Pamyliis, ibidem, fol. 161. De Mithricis verò vide Lilius Syntagmate 7. pag. 224. Brissonium lib. 2. Persicorum, pag. 206 & 207. & Salmasium ad Commodum Lampridij, pag. 117. & Casaubonum ad eundem Commodum, pag. 97.

VNVSQVISQVE IN ABSCONDITO CVBILI SVI.] Alij ex Hebr. 1. *Sanctes in cubiculis pictura sua.* 2. *Vatablus: in thalannis pictura sua,* id est, cubiculis egregiè pictis. 3. *Leo Iudæ: in penetralibus sua imaginationis.* 4. *Forsterus: in penetralibus cogitationis sua, vel imaginationis sua.* id est, in conclauibus ingeniosè fabricatis. 5. *Auenarius, in penetralibus fabricationis sua, vel edificij sui.* 6. *Montanus: in conclauibus prospectura sua.* 7. *Tremellius, Iunius, Marinus, Buxtorfius: In conclauibus pictura sua, seu figura, figurationis sua.* id est, in conclauibus figuratis, picturatis, suis. De voce מַשְׁכֵּת *masceith* vide in Leuitic. 26. 1.

DICVNT ENIM, NON VIDET DOMINVS NOS, DERELIQVIT DOMINVS TERRAM.] Alij: *quia dicunt, Non est Iehouas qui videat nos, dereliquit Iehoua terram hanc.* quasi dicant, quum Iehoua non amplius curet nos, ac potius terram hanc omninò reliquerit, profectò est æquissimum nos & terram

nostram fidei aliorum deorum committi, atque eorum maximè, à quibus per cultores eorum speramus adiumentum: quo argumento utebatur Achaz 2. Paralipom. 28. 23. & Idæorum reliquæ in Ægypto Iirmejæ 44. v. 15. & sequentibus.

VERS. 13.

ET DIXIT AD ME, ADHUC, &c.] Alij: *At, inquit mihi, amplius, adhuc videbis abominaciones maximas quas isti faciunt. Narratio tertij sceleris, nimirum Ifacarum sacerdotum cultus impius, inhumanus, impudicissimus, quem describunt Herodotus Lib. 2. Diodorus Siculus Lib. 1. Plutarchus in lib. de Iside & Osiride, & Eusebius Libris tribus primis de Præparatione Evangelica.*

VERS. 14.

ET INTRODVXIT ME PER OSTIVM PORTÆ DOMVS DOMINI QVOD RESPICIEBAT AD AQVILONEM.] Alij: *Et deduxit me ad ostium porta domus Iehouæ quæ est ad aquilonalem tractum. id est, proximè portam atrij sacerdotum.*

ET ECCE IBI MVLIERES SEDEBANT PLANGENTES ADONIDEM.] Has mulieres Immanuel Tremellius & Franciscus Iunius, accipiunt mulieres sacerdotes Isidis impudicissimas, quæ phallos, & ichiphallos gestabant, (quemadmodum in Phallephoriis, id est, Pamyliis viri sacerdotes Osiridis, ut scribit Plutarchus lib. de Iside & Osiride induta vestibus lineis, & publica lupanaria incolebant in domo Iehouæ, cum pueris meritoriis Osiridis ministris, de quibus 2. Reg. 23. 7.

PLANGENTES ADONIDEM.] S. Hieronymus: [*Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamuz vocat: unde quia iuxta gentilem fabulam, in mense Iunio amasius Veneris, & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iunium mensem, eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solemnitatem, in qua plangitur à mulieribus, quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur atque laudatur.*] De gentilico ritu isto, quo mulieres Adonidem plangebant, vide S. Cyrillum in Isaia 18. Pausanias in Corinthiacis lib. 2. [*Est Argis seruatoris Iouis ades, è qua in cellam venias, ubi Arginorum matrone Adonidem lugent.*] Fabellas Hebræorum de Thamuz consulto prætermittimus. Tremellius & Iunius ita hunc locum exponunt: *descentes Thammuzum. [Id est, lugentes Osiridem virum Isidis, Ægyptij ut narrabant, quem amissum in Ægyptio quotannis deperi Isis mandauerat. Hac enim prestigiis suis & incantationibus magicis tantam sibi viroque suo auctoritatem apud Ægyptios comparauit, ut pro diis summis haberentur, & mense quarto (qui mensis est ad messem eo tractu ordinarius) colerentur. Est enim Isis Ægyptiis eadem, quæ Ceres dea frugum, ut inquit Herodotus lib. 2. Numer. 59. Osiris vero (ut Plutarchus eodem libro testatur) est dictus Ægyptiis Ammuz: unde inquit ille, Iouis Ammonis nomen, corruptè est deriuatum. Vocem verò Ammuz, quam Herodotus lib. 2. Numer. 42. & Plutarchus usurpant, non dubitamus ex corrupto Thammuz deriuatum esse: cuius vocis duplex est significatio: primum enim Ægyptiis abstrusum & occultum significat, ut Manetho Sebennites*

*apud Plutarchum ibidem interpretatur: quam obrem sacra illius quoque erant operanea: deinde vero mensem quartum significat, à solemnifesto Thammuzi sine Osiridis requisiti per sacerdotes administras Isidis cum euulatu & planctu maximo. Qui plurima volet de his cognoscere, consulat Plutarchum ibidem, & Eusebium de Præparatione Evangelica.] Ita illi. Cæterum in Græcis Herodoti & Plutarchi non Ammuz sed Ammun scribitur: quæ vox Ægyptiis vsitata, qua appellatus fuit Abbas Ammun apud Palladium in Lausiaca, cap. 53. De luctu Osiridis subiicio locum Pausaniæ in Phocicis, Numer. 350. [*Ægyptios Isidi festos dies agitare, qua anni parte lugeri ab ea Osirin dicunt: ac per illos sane dies inciperet Nilum anniuersario auctu excrefcere quo fit, ut incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque implori, lateque ex eo arua irrigari Isidis lacrymis.*] De festo luctus Osiridis, quod tamen mense Nouembri celebrabatur, vide Hospinianum lib. 2. Festorum, cap. 27.*

Sed de luctu Adonidis & Osiridis, quod huic loco nonnullam lucem inferat, scribit Lucianus in Dea Syria in hunc modum: [*Porro & Bybli vidi templum magnum, Veneris Byblia cognomento, in quo & ritus quosdam in Adonidem peragunt. Cognoui autem & ipse ritus eos, Dicunt igitur factum illud, quo ab apro percussas Adonis fuit, in sua terra contigisse: & in memoriam rei verberantur annis singulis, & lamentantur, & ritus sollemnes peragunt, ac ipsis magni adeo luctus per totam regionem inducuntur. Postquam autem iam verberandi ac deplorandi finis factus est, printipio quidem inferius Adonidi peragunt perinde ac mortuo tum existenti, postea autem sequenti die & viuere ipsum dictitant, & in aerem sursum mittunt, & capita detondent, quemadmodum Ægyptij quando apud ipsos Apis mortuus est. Ex mulieribus autem quacunque tonderi non volunt, talem pœnam exoluunt: unum quidem diem ad questum corpore faciendum prostant: forum autem illud solum peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex Bybliis nonnulli, qui dicunt apud sese humatum esse Osirin Ægyptium, luctusque & ritus hosce non Adonidi, sed Osiridi omnes fieri. dicam autem & unde fidem eius rei sibi faciant. Caput vnoquoque anno ex Ægypto Byblum defertur, septem diebus, quantum spatij ex illa in hanc est, enatus. Ac poenti ipsum ferunt diuina quadam remigatione. Vertitur autem nusquam alio, sed solum Byblum perfertur, & est in summa mirum quiddam. Et hoc quouis anno fit, quemadmodum & me presente tum Bybli factum est, & caput ipsum spectanti è papyro effigiatum.] Hactenus Lucianus, ex quibus apparet Iudæos vicinas Byblias vel Ægyptias superstitiones imitatos. De sacris Adoniorum plura leges apud Hospinianum lib. 2. Festorum, cap. 19.*

MAIORES HIS.] *vel istis, re ipsa, loco, & aliis circumstantiis, quæ euidentissimè ostenduntur sequente versu.*

VERS. 15.

ET INTRODVXIT ME IN ATRIVM DOMVS DOMINI INTERIVS.] Alij: *Et deduxit me in atrium domus Iehouæ interioris. Narratio*

VERS. 16.

ratio quarti sceleris & impietatis in Deum, quod Iudæi proximè Deum & sanctuarium eius constituti, de industria auersabantur Deum, & aduersi solem colebant pro Deo: *interius*, id est, penitissimum atrium, quod erat sacerdotum proximum porticui domus Dei.

INTER VESTIBVLVM ET ALTARE.]

Alij: *inter porticum & altare*. de qua 1. Reg. 6. 3. sic Ios. 2. 17.

QUASI VIGINTI QVINGVE VIRI.] videlicet principes populi, vt nominantur infra cap. 11. 1. Præfecti tribuum, & quasi tributum suorum magistri in Iehuda & Beniamine ex instituto Moïse Exod. 18. 25. Ita ostendit propheta generalem omnium deprauationem.

DORSA HABENTES CONTRA TEMPLVM DOMINI &c.] Alij ex Hebr. *Quorum posteriora obuersa erant versus templum Iehoua, facies autem orientem versus ad solem ferebatur*. id est & ad res cælestes, synecdochicè. Solem autem Persæ Mithram, Assÿrij Osiridem (nam hi omnes colebant solem) Ægyptij verò vocabant Horum, filiumque Isis esse prædicabant, magica virtute ab ipsa ex mortuis excitatum: ac proinde cultus infinitos ei exhibebant: vide 2. Reg. 23. 11. Sic Iudæi hoc capite impiè idola commentitia, & imagines rerum creatarum omnium, animatarum, inanimatarum que, terrestrium & cælestium, hominum & bestiarum dicuntur colere:

ET AD ORABANT AD ORTVM SOLIS.]

Hebr. & ipsi *משתחויהם* *mischtachauithem*, notant Hebræi esse participium Hithpahel mistum præterito, nempe vocem compositam ex participio, & secunda persona præteriti plurali masculina. quasi indicet, ipsos adorantes, & prophetam improperantem eis *adorauistis*. vel quasi dicat, & ipsi idololatræ incuruantes se, vos estis. Chaldaus Interpres componit ex duobus verbis, *שבחת* *schachath*, & *שחב* *schachab*: & ipsi corrumpentes templum, & incuruantes se soli. Alij componunt, vt sit pro *משתחויהם* *mischtachauimathem*: *incuruantes vos*. id est, procidebatis. aut: & ipsi incuruantes sese vos estis in orientem soli. quasi dicat, vos ipsissimi illi estis, qui solem orientem adorant. Nos existimamus compositionem istam indicare immanissimum fuisse scelus, quod isti designabant. Marinus exponit: & ipsi supple dicebant intrantibus, *Adoratis ne vos orientem versus soli?*

VERS. 17. ET DIXIT AD ME, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: *Tum dixit Deus mihi, vidisti ne, fili hominis? an lenius est quidquam visum domui Iehuda, quam facere abominations istas, quas faciunt hic?* 2. *Et dixit ad me, An non vidisti, fili hominis? num leue est domui Iehuda designare abominations, quas hoc in loco faciunt?* id est, an putauit Iehuda non esse

scelus isthæc facere? aut non magnificat relinquere me?

QVIA REPLENTES TERRAM INIQUITATE CONVERSI SVNT AD IRRITANDVM ME.] Alij: 1. *quandoquidem terram impleuerunt violentia, & denuo huc redeunt vt me ad iracundiam prouocent*. 2. *nam impleuerunt terram hanc violentia, & auersi sunt ad prouocandum me*. Transitio ad argumentum sequentium capitum, videlicet, iudicium Dei contra Iudæos euenturum propter peccata ipsorum: quod propheticè enuntiatur hoc & sequente versu. Peccata autem ponuntur duos, inhumanitas atque impietas: & sententia fertur de putatione, tanquam in ramos putridos: qua comparatione vitur Apostolus Roman. 11. 17. & sequentibus.

ET ECCE APPLICANT RAMVM AD NARES SVAS.] Variè hunc locum ex Hebr. accipiunt: 1. Forsterus: *ecce ipsi porrigunt palmitem ad nasum suum*. Describit ritum colentium idola, applicantium ad nares palmitem. 2. Tremellius & Iunius in prioribus editionibus: *ecce autem admittunt sarnentum ante faciem suam*. quasi dicat, ipsi in causa idololatriæ tantopere astuant & feruntur in superstitionem præcipites, vt vel ineptissimum quodque lignum arripiant ad fabricanda idola, potius quàm idolo careant. Est enim sarnentum lignorum omnium ad fabricationem incommodissimum ineptissimumque: vide infra cap. 15. vers. 2. In posterioribus verò editionibus: *ecce autem ipsi iam præmittunt plantarum surculos ante faciem suam*. Amplificatio à re præsentè, quasi dicat, quod eos auersantes Deum ad solem vides respicere, eumque adorare, grauis quidem est impietas: sed vide quid in manibus habeant, oblaturi. Iam enim ramos omni fructu *τῆς ὀπωγῆς* onustos, quasi primitias soli & suis idolis hoc loco offerunt. Vide Iirmei. 44. & Hoseæ 2. 3. & ecce ipsi mittunt cantum, cantionem, modulationem ad nasum suum. Tecto & honesto vocabulo videtur crepitem ventris indicare. quasi dicat, adeo scelerati sunt & impudentes, vt cum extremè malefaciant non magis curant quàm crepitem ventris; oppedunt sibi in nasum, ludentes & nihili facientes impietates suas. *זמורה* *zemorah* propriè, *incisio*, *putatio*, *putamen*, *palmes*, *sarnentum*, *surculus*, *ramus incisus*. Alias explanationes prætermittimus, quod remotiores existimemus à genuina vocis notione.

ERGO ET EGO FACIAM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: *Propterea etiam ego facturus sum, subaudi, factum: ellipsis coniugati, vt Numeror. 11. 14. In excandescencia, non parceret oculus meus, neque vtar clementia, vel neque indulgebo, vt supra cap. 7. 4. & 9. & quamuis clament in auribus meis voce mea, non exaudiam eos.*


VERS. 18.

CAPVT IX.

Apparentes sex viri iubentur omnes in Ierusalem trucidare, qui à viro lineis vestito non sunt signo thau notati: quo factò Dominus exclamanti propheta respondet id futurum exigentibus ipsorum criminibus.

Vulg.

Malu.

1  *T* clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt visitationes vr̄bis, & unusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

2 Et ecce sex viri veniebant de via porta superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & uniuscuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare areum.

3 Et gloria Domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus, & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis


4 Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius.

5 Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcet oculus vester, neque misereamini.

6 Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem: omnem autem, super quem videritis Thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cæperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus.

7 Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos, qui erant in ciuitate.

8 Et cade completa, remansi ego ruique super faciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu, Domine Deus: ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Ierusalem?

1  *T* vocauit in auribus meis voce grandi, ad dicere: Appropinquauerunt visitationes vr̄bis: & viri vas perditionis eius in manu eius.

2 Et ecce sex homines venientes de via portæ altissimæ quæ facians in septentrionem, & viri vas dispersionis eius in manu eius: & vir vnus in medio eorum vestitus linis, & pugillar numerantis in lumbis eius: & venerunt & steterunt c reseruatione altaris æris.

3 Et grauitas ELOHIM Israelis ascensa fuit de super Cherub, quæ fuit super eum, ad limen domus: & vocauit ad virum vestitum lineis, cui pugillar numerantis in lumbis eius.

4 Et dixit IHVH ad eum: Transi in medio vr̄bis in medio Ierusalaim: & signabis Thau super frontes hominum gementium & exclamantium super omnes abominationes factas in medio eius.

5 Et istis dixit in auribus meis: Transite in vr̄be post eum, & percutite: non conuiebit oculi vestri, & non commeratione-mouebimini.

6 Senem, electum, & virginem, & paruulum, & mulieres interficietis ad funditus-perditionem, & super omnem virum cui super eum Thau, non acceditis; & de sanctuario meo violabitis: & violauerunt in hominibus senibus qui faciebatur domus.

7 Et dixit ad eos, Tamine domum, & implete atria violatis, exite. Et exiuerunt, & percutient in vr̄be.

8 Et fuit secundum percutere eos, & relinquer ego: & cecidi super facies meas, & exclamaui & dixi, Ahah ADONA I HVH, an funditus-perdens tu omnem reliquiam Israelis, in effundere ardore tuum super Ierusalaim.

9 Et

a respiciens, obuersa
b mallei-dispergens, ut Ierem. 51. 20.
c lineis, sic u. 3. & 11.
d scribæ, notarij sic u. 3.
e è regione, prope, iuxta
f quem

g insignis, delineabis, circum-scribes
h suspirantiis

i vllus oculorum vestrorum
k lectissimæ, iuuenem

l quj, vel quem
m perfodietis, confodietis, incipientis, profanabitis, sic *staiim*
n datus, ad facies
o confossis, faucis, læsis

p æst. iræ, excandescentiam

9 Et dixit ad me : Iniquitas domus Israel, & Iuda, magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, Dominus non videt.

10 Igitur & meus non parceret oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddam.

11 Et ecce vir: qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum dicens: Feci sicut praecepisti mihi.

9 Et dixit ad me, Prauitas domus Israelis & Iehudah grandis in valde, & impleta fuit terra sanguinibus, & vrbs plena-fuit extensione: quia dixerunt, Dereliquit IHH terram, & non IHH videns.

10 Et etiam ego non conuiebit oculus meus, & non commiseratione-mouebor: viam eorum in capite eorum dedi.

11 Et ecce vir vestitus lineis cui pugillar in lumbis eius revertere-faciens verbum, ad dicere: Feci secundum quod praecipisti me.



COMMENTARIA.

VERS. I.

RECLAMAVIT IN AVRIBUS MRIS VOCE MAGNA, DICENS.] Alij: Deinde inelamaui me audiente voce magna dicendo &c. Secunda pars visionis hoc capite comprehensa stragem Ieruschalaimorum figurat, vt diximus supra Cap. 8. v. 1. Itaque primum praeceptum Dei datur ministris de interficiendis oppidanis, praeterquam electis & signatis à Deo, vsque ad versum 8: deinde exoptulatio prophetæ narratur vers. 8. & responsum Dei, sequentibus.

APPROPINQVAVERUNT VISITATIONES VRBIS.] קרבו karebu] potest esse praeteritum Kal: Appropinquantur visitationes urbis, vel requisitiones ciuitatis. id est, flagella & iudicia. Quidam: viri vel praefecti visitationum. id est, praecipui duces exercitus Nebuchadnetzaris qui destruat urbem, de quibus Ierem. 39. 3. Et potest esse imperatiuus Pihel: Appropinquare-facite. Quidam reddunt: Admonete praefecturas istius ciuitatis. id est, angelorum cohortes, quos ad iudicium hoc exequendum praefecit Deus: nam haec verba ad angelicarum copiarum praefectos siue archangelos, vt appellant theologi referunt. Alij: Appropinquate, qui estis constituti praefides urbis. id est, angeli custodes istius urbis.

ET VNVSQVISQUE VAS INTERFECTIONIS HABET IN MANU SUA.] Alij: 1. & vnusquisque arma, quibus vastet, in manu sua habeat. 2. & singuli habent instrumentum ad perdendum, corrupendum, deuastandum in manu sua 3. & instrumentum quisque suum corrupens, seu lethiferum habet in manu sua.

VERS. 2.

ET ECCE SEX VIRI VENIEBANT.] Alij: Tum ecce sex homines venientes. Quidam sex illos principes exercitus Nebuchadnetzaris accipiunt, quos nominat Ieremias. 39. 3. Alij, angelos humana specie: sex autem propterea videntur poni, quod tria fuerunt Ieruschalaimorum oppida, & in singulis binæ primariae portae, ad quas regiones urbis totius pertinebant. Nam in vrbe Davidis siue arce Tziio-

nis erant portae Davidis, siue Piscium, & porta vetus, in oppido Biniaminis erant porta Ephraimi, & porta anguli: in eo verò, quod fuit Iehudæ, porta sterquilinij & porta gregis: ad quas omnes portas (vt diximus) spectabant vici maximi quos angeli in visione hac obiuerunt. Sunt autem hi angeli Chaldaicarum copiarum veluti principes, vt Daniel. 10.

DE VIA PORTAE SUPERIORIS.] De qua vide 2. Reg. 15. v. 35.

QUAE RESPICIT AD AQUILONEM.] Alij qua est obuersa ad Aquilonem. Ac si Chaldaeam prospiceret, vnde clades Iudæis erat euentura: vt Ierem. 1. v. 14.

ET VNUSCUIVSQUE VAS INTERITVS IN MANU EIVS.) Alij ex Heb. 1. Forstetius: & vnique vas dispersionis, seu collisionis, conuulsionis suae in manu sua. id est, malleus in manu sua. 2. Sanctes in Thesuro, Auenarius: & vnusquisque instrumentum mallei sui in manu eius. Ordo est, & in manu vnus cuiusque erat instrumentum malli sui. 3. Marinus: & vnusquisque habebat instrumentum dispersorij sui, seu mallei sui in manu sua. 4. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: quemque cum instrumento dissipationis suae in manu sua.

VIR QUOQUE VNVS IN MEDIO EORVM.] angelum quendam existimant humana specie. Alij: & virum vnum inter eos. videlicet Christum mediatorem & Seruatorem nostrum, qui vnus auctor est gratiae, obligationis, & salutis nostrae, quae in sequentibus huic Angelo foederis tribuuntur. Nam non mouet nos (inquiunt) quod multi existimant vnum Christum non posse variis figuris in vno viso adumbrari: cum enim varia sint officia Christi, quae res vnica non potest adumbrare simul, certum est Deum pro misericordia infinita sua cum visionibus extra ordinem exhibitis, tum in ordinariis legis caeremoniis eundem Christum propter varia officia & beneficia erga nos figuris variis representauisse: vt exempli gratia, idem est altare, idem sacerdos, idem sacrificium pro peccato, idem holocaustum, idemque mu-

nus &c. quæ omnia vniuersè & absolutissimè in Christo posita, particulatim adumbrari necesse fuit propter infirmitatem nostram. Hoc igitur modo Christus (qui est imago Dei conspicui) idem cum Patre & Spiritu Sancto infidet folio, vt supra cap. 1. v. 27. idemque homo secundum eam conditionem qua minor est Patre, mandata accipit, & exequitur, & sistit se Patri.

VESTITVS ERAT LINEIS.] Alij: *indutum vestibus lineis.* tanquam sacerdos noster expiationem facturus coram Deo, vt figuratus est ordinario Sacerdotio, Exod. 28. 48. & Leuit. 16. 4. Alij vestes lineas candorem & puritatem angelorum designare volunt.

ET ATRAMENTARIVM.] vocem קֶסֶבֶת *keseb, atramentarum* fere omnes exponunt. Non prorsus absurdè Forsterus, *pugillar*, vel *pugillarem* interpretatus est à קִסָּבֶת *kos pungere*, quodd litteræ ceratæ tabellæ stylo, aut graphio pungantur aut exatentur. Et Chaldaus Interpres *keseb*, voce Græca reddidit פִּינְקֶס *pinkes*, id est πίναξ tabula. & Symmachus priscus Interpres *tabulam* reddidit. Et verò pugillarium vsum esse vetustissimum Plinius lib. 13. cap. 11. testatur, sic scribens: [*Pugillarium enim vsum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum.*] Videtur hic vir detulisse pugillaria cum graphiis seu stylis appensa è lumbis. Aliqui exponunt: *cum atramentario scriba ad lumbos suos.* ad obsignandum electos, & salutem. in illis imprimendam sanguine suo: prout propheta noster est, & interpres voluntatis paternæ erga nos.

ET INGRESSI SVNT, ET STETERVNT IUXTA ALTARE ÆREVM.] Alij: *qui venientes constiterunt iuxta altare æneum.* vbi erant accepturi mandatum Dei, nempe ad altare holocaustorum.

ET GLORIA DOMINI ISRAEL ASSUMPTA EST DE CHERVB &c.] Quidam priorem partem versus ita reddunt: *Gloria autem Dei Israelis extulit se,* vel *sublata fuit à Cherubinis quibus insidebat,* ad limen ipsius Domus &c. id est, à Cherubis, qui tegebant operculum propitiatorium super arcam in sancto sanctorum: nam illis hæcenus Deus infederat, 1. Samuel. 4. 4. Sic incipit Deus discedere, à pristina statione sua: vide infra cap. 10. v. 1. & 4. Quo in argumento misericordia Dei gradatim demonstratur, quod non deserit Iudæam momento vno, sed pedetentem & radu lentissimo, primùm ab adyto seu graculo limen templi petit, hoc versu: deinde Cherubinis adit, qui ad dexteram atrij constiterant, infra cap. 10. v. 3. tum ostium orientale & primum atriorum adytum, infra cap. 10. v. 19. vt oppidum ad respicientiam prouocaret, discessumque palam testatum faceret: ac postremò extra ciuitatem in montem euolat, infra cap. 11. v. 23.

VERS. 3.

ET GLORIA DOMINI.] Hanc quidam accipiunt præsentiam & maiestatem IHVH in arca & propitiatorio, cuius gloriosam speciem viderit hic propheta. Alij gloriam illam descriptam primo capite, vt exprimitur ibidem vers. 28. quod congruit cum cap. 10. vers. 2. & sequentibus.

ASSUMPTA EST DE CHERVB.] Verbum חֲבַי *ghalah* est hic in Niphal. Propriè si sic loqui liceat: *ascensa fuit, à Cherubinis.* Notant, quando hoc verbum de Deo, vel gloria Dei, vel aurora, vel nube, vel rore, vel arca, vel visione dicitur, quæ sunt res, vt ita dicamus, spirituales & cælestes, tum idem significare quod recedere, subduci à conspectu & oculis hominum, hoc est, disparere, quod eiusmodi res ceu cælestes & spirituales quum è conspectu nostro subducuntur, sursum ferri videantur. Vide Genes. 17. vers. 22. vnde hic reddunt: *sublata est, subducta est, extulit se, discessit à Cherubinis.*

ET SIGNA THAV SVPER FRON-
TES, &c.] Quidam: & *insignito signo frontes.* videlicet, signo salutari, quale fuerat in Ægypto factum, Exod. 12. THAV, & potest esse nomen appellatiuum, quod exponitur, *signum.* quasi dicat, Imprime signum frontibus illorum. vel nomen proprium postremæ litteræ Alphabeti Hebraici, quam iubebat Deus imprimi seu inscribi frontibus seruandorum. Iam Hebræi notant, illud THAV inscriptum frontibus virorum, significasse vel תְּחִיָּה *ti-chieh, viues;* vel תָּוֹם *thom,* seu תָּם *tham, integer, perfectus;* vel תּוֹרָה *thorah, lex;* vt indicaret, eos qui illud signum haberent, & integri, perfectique essent legis obseruatores, seruandum iri. Origenes, S. Hieronymus, & plerique alij ex nostris obseruant litteram Thau hic signum crucis humano generi salutare significasse, quod ea littera antiquitus apud Hebræos crucis formam habuerit. quam interpretationem probant etiam è protestantibus Auenarius & Schindlerus. At Iosephus Scaliger insita vanitate sua ac præfidentia in Eusebianis pag. 109. asseuerantissimè pernegat Thau vnquam apud Hebræos crucis effigiem aut similitudinem habuisse. Sed Patres Societatis Iesu, qui superioribus annis luculentissimis typis explanationes in Ezechielem coniderunt, ex vetustissimis siclis & semisiclis Hebræorum, priscis Hebraicis characteribus exaratis, Hebraicum Alphabetum concinnatum ediderunt, in quo vt in ipsis nominismatis, perspicuè Thau crucis figuram præfert.

VIRORVM GEMENTIVM ET DOLENTIVM, &c.] Alij: *illorum hominum, qui suspirant, & qui exclamant propter omnes abominaciones istas, quæ fiunt in medio illius.* id est, piorum, ab istis malis abhorrentium: periphrasis.

ET DIXIT ILLIS AUDIENTE ME, &c.] Quidam reddunt hunc versum: *Reliquis autem illis sex viris, de quibus supra vers. 2. edixit me audiente, Transite per hanc ciuitatem post eum, & percutite, ne parcito oculus vester, neque utamini clementia.*

VERS. 5.]

SENEM, ADOLESCENTVLVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Senem, iuuenem, & virginem, paruulosque, & feminas interficitote ad interneccionem.* vide complementum 2. Paralip. 36. 17. *sed ad vllum virum, cui inerit huius signum, ne acceditote, & à sanctuario meo incipitote:* id est, pergentes rectè inde à loco vbi consistitis, obuium quemque per oppidum totum trucidate. Sic manserunt illi viginti quinque, de quibus supra 8. v. 16.

VERS. 6.

& infra cap. 11. vers. 1. quia angeli non proferunt trans altare, sed in ciuitatem perrexerunt; illi autem viginti quinque, & propheta ipsi erant in atrio interiore domus, supra ibidem. Alij exponunt: & à sanctuario meo incipite. occidendo scilicet sacerdotes & Leuitas: ij enim grauius peccauerunt: sic 1. Petri 4. 17. (itaque incipiebant ab hominibus illis senioribus qui erant ante ipsam domum.) id est, à septuaginta illis viris, de quibus supra cap. 8. vers. 11.

VERS. 7. ET DIXIT AD EOS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. educunt: *Et ait illis; Impurate domum ipsam, & implete atria confissis, exite, ut exeuntes percutiant in ciuitate ipsa. puta copia, quas horum præfecturæ Deus commiserat.*

VERS. 8. ET CÆDE COMPLETA, REMANSI EGO, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: *Fuit autem percutientibus ipsis, vel quum ipsi percuterent. aut quum percussissent eos; quum reliquus essem ego, ut procidens in faciem meam clamarem, & dicerem, Ahab Domine Iehoua, an perditurus es omnes reliquias Israël, effundendo excandescentiam tuam super Ieruschalaima? Expostulatio ac potius deprecatio propheta, ut diximus supra vers. 1. cui respondetur duobus versibus sequentibus.*

ET DIXIT AD ME, INIQUITAS, &c.] VERS. 9. Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Qui dixit mihi, Iniquitas domus Israël & Iehuda magna est supra modum, & repleta est ista terra cadibus, ipsaque ciuitas plena peruersione: vide supra cap. 8. 17. quia dixerunt, Dereliquit Iehoua hanc terram, neque Iehoua est, qui respicias. vide supra cap. 8. vers. 12.*


IGITUR ET MEVS NON PARCET, &c.] VERS. 10. Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: *Quapropter etiam ego, non parcet oculus meus, neque utar clementia, vel neque indulgebo: ut supra cap. 8. 18. viam eorum in caput ipsorum reponam. ut cap. 7. v. 9.*

ET ECCE VIR, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Tum ecce vir ille indutus vestibus lineis, ad cuius lumbos erat atramentarium: vide supra in vers. 2. retulit rem, vel retulit responsum, dicendo; Feci quemadmodum præceperas mihi. Id quidem ex more militia. Suetonius in Tiberio, cap. 22. [Tiberius renuntianti Tribuno, Factum esse, quod imperasset, &c.] Tacitus Annali 1. [Nuntianti centurioni, ut nos militia, Factum esse, quod imperasset, &c. idem Suetonius in Claudio, cap. 29. De necesse consularis viri renuntiante Centurione, Factum esse, quod imperasset, &c. Luca 14. 22. ait Seruus; [Domine factum est, ut imperasti.]*

CAPVT X.

Tubetur vir lineis vestitus accipere prunas ignis de medio rotarum, que sunt subtus cherubim, & super ciuitatem effundere, describitur visio Dei, cherubim, & quattuor rotarum.

Vulg.

1  T vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij, apparuit super ea.


2 Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait. Ingredere in medio rotarum, que sunt subtus cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, que sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo:

3 Cherubim autem stabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius.

4 Et elevata est gloria Domini de super cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini.

5 Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quæ

Malu.

1  T vidi, & ecce ad expansionem quæ super caput Cherubimorum sicut lapis sapphiri, sicut visio similitudinis solij, visa fuit super eos.

2 Et dixit ad virum vestitum linis; & dixit, veni ad interualla^a conuolutioni, ad subtus^b Cherubo, & imple^c volas tuas carbonibus ignis de interuallis^d Cherubinis, & asperge super urbem. Et venit^e oculis meis.

3 Et Cherubini stantes de dextera domui, in venire virum: & nubes impleuit atrium^f anterius.

4 Et elevata fuit grauitas IHH de super Cherubum super limen domus: & impleta fuit domus^g ad nubem; & atrium impletum fuit^h ad splendorem grauitatis IHH.

5 Et vox alarum Cherubimorum audita fuit vsque ad atrium forinsecum,

^a rotas phæ-
ræ, orbi
^b datius.
ipsi cherubo
^c pugnos,
pugillos,
palmas
^d datius.
ad Cheru-
binos
^e datius. ad
oculos
meos
^f faciatum,
interius
^g ex nube
^h ex splen-
dore

si vox Dei omnipotentis loquentis.

6 Cúmque praecepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, qua sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam.

7 Et extendit Cherub manum de medio cherubim, ad ignem, qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est.

8 Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.

9 Et vidi, & ecce quattuor rotae iuxta cherubim: rota una iuxta cherub unum, & rota alia iuxta cherub unum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis crystalli.

10 Et aspectus earum similitudo una quattuor: quasi sit rota in medio rota.

11 Cúmque ambularent, in quattuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat qua prima erat, sequebantur & cetera, nec conuertebantur.

12 Et omne corpus earum, & colla, & manus, & penna, & circuli, plena erant oculis, in circuitu quattuor rotarum.

13 Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me.

14 Quattuor autem facies habebat unum: facies una, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilae.

15 Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal, quod videram iuxta fluum Chobar.

16 Cúmque ambularent cherubim, ibant pariter & rota iuxta ea: & cum eleuarent cherubim alas suas ut exaltarentur de terra, non residebant rotae, sed & ipsae iuxta erant.

17 Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur, spiritus enim vitae erat in eis.

18 Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim.

19 Et eleuantia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me, & illis egredientibus, rota quoque subsequuta sunt: & stetit in introitu portae domus

sicut vox ⁱ EL ^k SCHADDAI in loquendum.

6 Et fuit in praecepere eum ad virum vestitum lineis, ad dicere: Accipe ignem de interuallis ^l conuolutioni, de interuallis ^m Cherubinis. Et venit, & stetit ⁿ reseruatione rotarum.

7 Et misit Cherub manum suam de interuallis ^o Cherubinis ad ignem qui interuallis Cherubinorum; & leuauit, & dedit ad ^p volas vestiti lineis: & accepit, & exiuit.

8 Et visum fuit ^q Cherubinis ^r structura manus hominis sub alis eorum.

9 Et vidi, & ecce quattuor rotarum ^s reseruatione Cherubinorum, rota una, reseruatione Cherubi vnus, & rota una, reseruatione Cherubi vnus: & visio rotarum sicut oculus lapidis Tharsis.

10 Et visio earum, similitudo vnus ^t quattuor earum, secundum quod erit rota in medio rotarum.

11 In ambulare eas ad quattuor ^u quartalium earum ambulabunt; non circumgyrabunt in ambulare eas: quia locum, quem ^x faciabit caput post eum ambulabunt, non circumgyrabunt in ambulare eas.

12 Et omnis caro earum, & gibbi earum; & manus eorum & alae eorum: & rotarum plenae oculis circuitu, ^y quattuor eorum, rotarum eorum.

13 Rotis eis vocatum-fuit ^z Conuolutio in auribus meis.

14 Et quattuor facies vni: facies vnus facies Cherubi, & facies secundi facies hominis; & tertij facies leonis & quarti facies aquilae.

15 Et eleuati fuerunt Cherubini, ipsum ^a animal quod vidi in flumine Chebaris.

16 Et in ambulare Cherubinos ambulabunt rotarum ^b reseruatione eorum, & in leuare Cherubinos alas suas, ad eleuari de super terram, non circumgyrabunt rotarum, etiam ipsae de reseruatione eorum.

17 In stare eos, stabant, in eleuari eos, eleuabantur ^c ad eos: quia spiritus vitae ^c cum eis in eis.

18 Et exiuit grauitas IHVH de super limen domus: & stetit super Cherubinos.

19 Et leuauerunt Cherubini alas suas, & eleuati-fuerunt de terra ^d oculis meis in exire eos; & rotarum coniunctioni eorum: & stetit ostio portae domus

ⁱ Fortissimi, & Potentissimi Dei ^k vide Genes. 17. 1. ^l ut v. 2. ^m ut v. 2. ⁿ prope, iuxta rotam

^o ut v. 2.

^p ut v. 2.

^q datus ad Cherubinos ^r forma. ut cap. 8. 3. ^s ut v. 6. sic postea

^t datus.

^u quartarum, quadrarum, quadratarum. ut cap. 1. v. 8. ^x respiciet, vertet-faciet

^y datus. ad quattuor

^z Orbis, sphaera

^a ut c. 1. 5.

^b ut v. 6.

^c cum eis

^d ut v. 2.

Domini orientalis & gloria Dei Israel erat super ea.

20 *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel iuxta fluvium Chobar & intellexi quia Cherubim essent.*

21 *Quattuor vultus vni, & quattuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum.*


22 *Et similitudo vultuum eorum, ipsæ vultus quos videram iuxta fluvium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.*

IHVH^e anterioris; & grauitas ELOHIM^e orientalis Israelis super eos de ad supra.

20 *Ipsum animal, quod vidi sub ELOHIM Israelis in flumine Chebaris: & cognoui quia Cherubiniij.*

21 *Quattuor quattuor facies vni, & quattuor alæ vni: & similitudo manuum hominis sub alis eorum.*

22 *Et similitudo facierum eorum, ipsæ facies, quas vidi super flumen Chebaris; visiones eorum, & ij: ^f vir ad transitum facierum suarum ambulabunt.*



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T V I D I, ET ECCE &c.] Tertia, inquit, hæc visionis pars gloriam Dei figurat è sanctuario discedentis, & ignem furoris sui contra ciuitatem mittentis, vt diximus supra Cap. 8. v. 1. Ac primum quidem mandatum ignis iniiciendi: & ratio ostenditur vsque ad vers. 8. deinde gloria Dei è domo sua ad portam atrij in publicum ciuitatis conspectum discedentis figuratur reliquo Capite. Hunc vero versum ita ex Heb. explanant: *Me autem vidente, quum ecce in illo expanso, quod erat supra caput Cherubinarum, de quo supra Cap. 1. v. 22: similem lapidi sapphirino, quasi speciem similitudinis solij: vt supra Cap. 1. v. 26: apparuit super ipsos Iehoua. id est, in folio ipso videndum se exhibuit gloriâ illâ Iehouæ, quæ prius infidebat Cherubinis templi in Operculo propitiatorio, & inde ad limen domus sese receperat, supra cap. 9. 3. Atque hoc est secundum Dei proficiscentis documentum.*

VERS. 2.

AD VIRVM QVI INDVTVS ERAT LINEIS.] Alij: *ad virum illum indutum vestibus lineis.* de quo cap. 9. 2.

INGREDERE IN MEDIO ROTARVM QUÆ SVNT SVBTVS CHERVBIM.] Alij: *Ingredere interuallum orbium in locum Cherubinarum.* id est, rotarum versatiliū, vt propheta exponit infra vers. 13.

ET IMPLE MANVM TVAM, &c.] Quidam reddunt: *& imple pugnōs tuos prunis igneis ex interuallo Cherubinarum, & sparge contra istam ciuitatem: qui ingressus est ante oculos meos, seu me vidente.*

VERS. 3.

CHERVIM AVTEM STABANT A DEXTRIS DOMVS, QVVM INGREDERETVR VIR.] Quidam: *Cherubim autem stabant à dextera domus, id est, longissimè ab ea parte, vbi exercita fuerat idololatria, vt vidimus supra cap. 8. quum ingrederetur vir ille; & nubes implebat atrium interius, restata Christi ingredientis gloriam, vt qui Deus sit æternus, & consubstantialis cum Patre.*

VERS. 4.

ET ELEVATA EST GLORIA DOMINI DESUPER CHERVB.] Alij: *Tum extulit se gloria Iehouæ à Cherubinis, nempe vt quo tem-*

pote mandabat iudiciorum suorum executionem, eodem Iudæis testatam faceret indignationem suam, quum se ab illis tanquam destinatis exitio discessurum ostenderet ea significatione.

AD LIMEN DOMVS.] Heb. *super limen domus.* sursum versus.

ET SONITVS, seu sonus, alarum Cherubinarum. gloriam Dei recipientium, & quasi applaudentium Christo ipsos accedenti. VERS. 5.

QUASI VOX DEI OMNIPOTENTIS LOQUENTIS.] Alij: *quasi vox seu sonus Dei fortis Omnipotentis: vt supra Cap. 1. v. 24: quum loquitur vt Psal. 29. & supra cap. 1. 24. id est, quum tonat. Aliqui: quando loquebatur. subaudi, in monte Sinai. Exod. 19.*

CVMQVE PRÆCEPISSET VIRO &c.] Alij VERS. 6. hunc versum ex Heb. elucidant: *Fuit autem quum præcepisset vero illi induro vestibus lineis, dicendo, Accipe ignem ex interuallorum orbium, ex interuallo Cherubinarum: vt ingressus ille consisteret iuxta rotas. Regressio ad sermonem institutum supra vers. 2.*

ET EXTENDIT CHERVB, &c.] Hunc VERS. 7. versum quidam ex Hebr. transferunt: *Et extendens Cherub vnus manum suam ex interuallo Cherubinarum ad ignem illum, qui erat in interuallo Cherubinarum, sumpsit & indidit pugnīs illius induti vestibus lineis: nempe ministrans Christo, vt Christus ministrat Deo Patri: qui accipiens exiuit.*

ET APPARUIT IN CHERVBIM, &c.] VERS. 8. Alij: *Apparebat enim in Cherubinis, forma manus hominis sub alis ipsorum.* vide supra cap. 1. 8.

ET VIDI, ET ECCE QUATTVOR ROTÆ, &c.] VERS. 9. Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Tum vidi, quod ecce quattuor quidem rota iuxta ipsos Cherubinos, rota vnaquaque iuxta Cherubinum vnumquemque: quarum rotarum species erat similis colori lapidis berylli thalassij.* Descriptio visionis repetita, qua ostendit propheta, primum quid simile fuerit cum visione capitis 1. tribus versibus: deinde quid dissimile, aut ad ampliorem euidenciam & confirmationem additum. Vide supra cap. 1. vers. 15. & sequentibus.

ET ASPECTVS EARVM SIMILITUDO VERS. 10.

VNA, &c.] Alij: *Et species illarum quatuor erat similitudine vna, ac si esset rota vna in medio rota illius.*

VERS. 11. QVVMQVE AMEVLARENT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Quumque irent ad quatuor quadraturas suas, vel latera sua, ibant, non reflectebant eundo, sed ad locum, quem respiciebat caput, id est, ipse primarius Cherub, vt interpretatur Chaldaeus: post illud ibant, nec reflectebant dum irent.* 2. *Euntibus illis Cerubinis in quaternas partes ipsarum ibant, non diuertebant eundo, nam ad locum, quo spectabat ipsum caput, sequebantur ipsum, non diuertebant eundo.* Explicant, *ipsum caput, id est, spiritus Dei Cerubinos & rotas agens pro voluntate Dei, vt exponitur supra cap. i. vers. 20. & hic infra vers. 17. translatio à re militari quia Spiritus Dei dux & princeps harum copiarum est. Forte est illud Capit. i. vers. 12.] [Et vnumquodque coram facie sua ambulabat.] ipsum caput, id est, ipsa facies eorum.*

VERS. 12. ET OMNE CORPVS EARVM, ET COLLA.] Hebr. *Et omnis caro earum, & gibbi earum.* Hæc videntur dici de rotis, vt cap. i. vers. 18. vt duo proximè sequentia membra de Cherubinis. Verum alij omnia de Cherubinis accipiunt, & ita versum exponunt: *Sed totum corpus illorum, dorsaque illorum, ac manus illorum, atque illorum, etiam rota ipsa plena oculis erant circumquaque, ipsorum quatuor, rotarumque ipsorum. id est, omnia in omnes partes illustrabat Dei prouidentia, aded vt nihil vel minimum cæco impetu ageretur. Hæc autem in parte visio hæc est gloriosior superiore illa primi Capit. i. vide ibi vers. 18.*

VERS. 13. ET ROTAS ISTAS VOCAVIT VOLV-BILES AUDIENTE ME.] Alij ex Hebr. 1. *Rotis ipsis conclamatum est ab vno Cherubimorum, o rota, audiente me. q. d. Me audiente Cherub appellavit nominatim rotas, & iussit, nescio quid, o rotæ, agite, facite hoc aut illud. Subticit formam dati præcepti.* 2. *Hæc autem rota ipsa vocata sunt orbis, me audiente. videlicet, vt orbem nostrum in quo versamur, figurarent, vt supra cap. i. 15. Sic docet propheta se ex Dei ipsius verbo supra vers. 2. rotarum significationem percepisse.*

VERS. 14. QUATTVOR AVTEM FACIES HABEBAT VNVM.] Alij: *Quatuor vero facies erant animali vniciue.*

FACIES VNA FACIES CHERVB.] Quidam: *Facies vnus facies erat Cherubi. id est, humana quidem, sed splendidissima; qua in re hæc quoque visio à superiore differt, supra cap. i. 10. vbi facies bouis, pro Cherubi ponitur. Et hoc est simplicius quam quod alij afferunt.*

VERS. 15. ET ELEVATA SVNT CHERVBIM, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Ita extulerunt sese Cherubini: hoc est animal, quod videram ad flumen Cebaris. Tertium Dei proficiscen-*

tis documentum, quod à dextera parte domus vbi Cerubini constiterant, supra vers. 3. progreditur ad ostium orientale, infra vers. 19. vide supra cap. 9. vers. 3. Extulerunt autem sese sursum versus ad Deum Patrem, quum Ghristus, cui ministrari oportuerat, ab ipsis abiisset. Vide de hoc versu supra cap. i. vers. 5. & sequentibus.

VERS. 16. QVVMQVE AMEVLARENT CHERVBIM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Euntibus Cerubinis autem: vide supra cap. i. vers. 19. & sequentibus: inierunt rota ipsa iuxta illos. videlicet ad ostium Orientale domus, vt narratur infra vers. 19. attollentibus Cerubinis alas suas ad efferendum se è terra, non diuenterunt rota ipsa quoque ab illis.*

VERS. 18. ET EGRESSA EST GLORIA DOMINI &c.] Hos duos versus quidam coniungunt atque ita exponunt: *Egressa igitur gloria Iehoua à loco, qui erat supra limen domus, & stans super Cherubinos; vt narratum est supra vers. 1. eò conscendisse Dominum. Quum leuantes Cherubini alas suas, extulissent se è terra ante oculos meos eundo, & rota è regione illorum; subsistit animal ad ostium porte domus Iehoua primum, id est, ad portam atrij maximi vel popularis extimam: & gloria Dei Iisraelis insidens illis superne.*

VERS. 20. IPSVM EST ANIMAL &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant: 1. *Hoc idem animal est, quod videram sub Deo Iisraelis ad flumen Cebaris: & cognouit tandem quod Cherubini essent.* 2. *Ipsum est animal illud, quod videram subiectum Deo Iisraelis ad flumen Cebaris: & cognouit Cherubinos eos esse.* Animal, singulare pro plurali esse notant: nam quatuor animalia erant: vide supra cap. i. v. 5. & sequentibus; quæ nunc ait fuisse quatuor angelos Cherubinos.

VERS. 21. QUATTVOR VLTVS VNI.] Heb. *Geminatur vox, Quatuor quatuor facies vni.* Quidam versum reddunt: *Quaterna facies vniciue, seu singulis, & quaterna ala vniciue; seu singulis: similitudoque manuum hominis sub alis illorum erat.*

VERS. 22. ET SIMILITVDO VLTIVM EORVM &c.] Quidam hunc versum ex Heb. reddunt: *De similitudine denique faciei ipsorum, eadem facie quam videram ad flumen Cebaris, erant species ipsorum, illorumque: quisque in tractum faciei sue obiectum ibant. vel quisque ibant recte aurosum.* His verbis summam concludit propheta narrationem suam: quasi dicat: omninò ita erant in speciem constituti angeli, & rotæ, & ita agebant, vt diximus supra Capite i. si ea tantum exceperis, quæ dicta sunt hoc capite, v. 12. & sequentibus.


ET IMPETVS SINGVLORVM.] Heb. *visiones eorum, & ipsi. vel ea, seu ipsamet. rotæ. vt prius pronomen referatur ad Cherubinos, posterius ad rotas. Aliqui reddunt: aspectus eorum & essentia eorum. q. d. cuncta, quæ videram, erant huiusmodi.*


CAPVT XI.

Aduersus Iezoniam & Pheltiam qui dicebant, pessimum tractantes consilium, Nonne dudum edificatae sunt domus? haec est lebes, nos autem carnes; vaticinatur illos & quotquot nolunt resipiscere puniendos: & prophetante Ezechiele mortuus est Pheltias: reliquias autem Israel dicit se reducturum in terram ipsorum, & daturum eis cor carneum, vt colant ac timeant Dominum.

Vulg.

Malu.

- 1**  *Televauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, qua respicit ad solis orium: & ecce in introitu portae viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaia, principes populi.*
- 2** *Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista,*
- 3** *Dicentes: Nonne dudum edificatae sunt domus? haec est lebes, nos autem carnes.*
- 4** *Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis.*
- 5** *Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: Loquere: Haec dicit Dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui.*
- 6** *Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis.*
- 7** *Propterea haec dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & haec est lebes: & educam vos de medio eius.*
- 8** *Gladium meruistis, & gladium inducam super vos, ait Dominus Deus.*
- 9** *Et eiiciam vos de medio eius, daboque vos in manu hostium, & faciam in vobis iudicia.*
- 10** *Gladio cadetis: in finibus Israel indicabo vos, & scietis quia ego Dominus.*
- 11** *Haec non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel indicabo vos.*
- 12** *Et scietis quia ego Dominus; quia in preceptis meis non ambulastis, & iudicia*

- 1**  *Televauit me spiritus, & venire-fecit me ad portam domus IHVH^a anteriorem^b faciantem in orientem; & ecce in ostio portae viginti & quinque viri: & vidi in medio eorum Iazania filium Ghazur, & Phelatiathu filium Benaiathu principes populi.*
- 2** *Et dixit ad me: Fili hominis, isti homines excogitantes concupiscentiam, & ^c consiliantes consilium mali in vrbe ista.*
- 3** *Dicentes: Non in propinquo aedificare domos: ipsa olla & nos caro.*
- 4** *Ad sic propheta super eos, propheta, fili hominis.*
- 5** *Et cecidit super me spiritus IHVH, & dixit ad me, Dic, Sic dixit IHVH: Sic dixistis domus Israel, & ascensiones spiritus vestri, ego cognoui eam.*
- 6** *Multiplicauistis ^d violatos vestros in vrbe ista, & impleuistis ^e plateas eius violato.*
- 7** *Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH, violati vestri quos posuistis in medio eius, ij caro, & ipsa olla: & vos exire-facere de medio eius.*
- 8** *Gladium timuistis, & gladium venire-faciam super vos, ^f Fidelis-sermo ADONAI IHVH.*
- 9** *Et exire-faciam vos de medio eius, & dabo vos in manu ^g alienorum: & ^h faciam in vobis iudicia.*
- 10** *In gladio cadetis, super terminum Iisraelis indicabo vos: & cognoscetis quia ego IHVH.*
- 11** *Ipsa non erit vobis ⁱ ollae, & vos eritis in medio eius ^k carni; ad terminum Iisraelis indicabo vos.*
- 12** *Et cognoscetis quia ego IHVH; ^l qui in constitutis meis non ambulau-*

^a Orientalē
^b aspicientem, vertentem-faciam, obuersam

^c consulentes, consulentes

^d confosos, saucios, occisos sic mox e vicis, fontana

^f vide Genes. 22. 16.

^g exterorū
^h exercebo in vos

ⁱ datus, in ollam, pro olla
^k in carnem, pro carne
^l quod, vel quicumque

stis,

mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.

13 Et factum est, cum prophetarem, Pheltias filius Banaia mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu Dominus Deus: consummationem tu facies reliquiarum Israelis?

14 Et factum est verbum Domini ad me, dicens.

15 Fili hominis, fratres tui: fratres tui, viri propinquitui, & omnis domus Israel, uniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem: Longè recedite à Domino, nobis data est terra in possessionem.

16 Propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longè feci eos in Gentibus, quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas uenerunt.

17 Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel.

18 Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa.

19 Et dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.

20 Ut in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciãntque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Dominum.

21 Quorum cor post offendicula, & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

22 Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super ea.

23 Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad orientem vrbis.

24 Et spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldaeam ad transmigrationem, in visione, in spiritu Dei: & sublata est à me visio, quam videram.

25 Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

stis, & ^m iudicia mea non fecistis: & secundum ⁿ iudicia gentium quæ ^o circuitibus vestris, fecistis.

13 Et fuit secundum prophetare me, & Phelatahu filius Benaiah mortuus fuit: & cecidi super facies meas, & exclamaui voce grandi, & dixit Ahab ADONAI IHVH, consummationem tu faciens reliquiam Israelis.

14 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

15 Fili hominis, fratres tui homines redempturæ tuæ, & omnis domus Israelis ^p omne eius: ^q quibus dixerunt eis habitantes Ierusalaim, Longinquate de super IHVH; nobis ipsa data fuit terra hæreditati.

16 Ad sic, dic, Sic dixit ADONAI IHVH, Quia longinquare feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris: fui eis Sanctuario ^r paucis in terris quo ^r paruo uenerunt ibi.

17 Ad sic, dic, Sic dixit ADONAI IHVH, Et congregabo vos de populis, & colligam vos de terris, quibus dispersi fuistis in eis: & dabo vobis humum Israelis.

18 Et uenient inibi, & discederem facient omnes abominationes eius; & omnes execrationes eius de ab ea.

19 Et dabo eis cor unum; & spiritum nouum dabo in ^s intimo eorum: & discederem faciam cor lapidis de carne eorum; & dabo eis cor carnis.

20 ^t Correspondentiæ in constitutis meis ambulabunt, & iudicia mea obseruabunt, & facient ea: & erunt mihi ^u populo, & ego ero eis ^x ELOHIM.

21 Et ad cor abominationum eorum, & execrationum eorum cor eorum ambulans: viam eorum in capite eorum dedi, ^y Fidelis sermo ADONAI IHVH.

22 Et leuauerunt Cherubini alas suas, & rotæ ^z coniunctioni eorum: & grauitas ELOHIM Israelis super eos de ad supra.

23 Et ascendit grauitas IHVH de super medium vrbis: & stetit super montem qui de ^a ante vrbi.

24 Et spiritus leuauit me, & uenirefecit me in Chaldaeos, ad deuolutionem, in visione spiritus ELOHIM: & ascendit de super me visio quam vidi.

25 Et loquutus fui ad deuolutionem, omnia verba IHVH quæ uiderem fecit me.

^m iura. sic
^{v.} 20.
ⁿ iura
^o circumstãt
vos

^p omnis ipsa
^q quod

^r paruo

^s in traneo

^t datus. ad
correspon-
dentiam


^u datus. in
populum

^x datus. in
Deum

^y vi v. 8.

^z vi c. 1. 10.

^a Oriente



COMMENTARIA.

VERS. I.



T ELEVAVIT ME SPIRITVS &c.] Alij: *Tum attolens me spiritus &c.* Huius Capitis, inquit, (quo postrema pars visionis exponitur de persecutione ruinaque infensissima reli-

quiarum ereptarum ex clade & incendio urbis, & de bonorum liberatione,) partes præcipuæ sunt tres: prima est, contestatio & sententia aduersus improborum reliquias, duodecim versibus, adiuncto sigillo, vers. 13. secunda est, consolatio bonorum, vsque ad vers. 22: tertia, narratio profectionis Dei derelinquentis Ieruschalaima, & confectæ visionis, quatuor vltimis.

ET INTRODVXIT ME AD PORTAM DOMVS DOMINI ORIENTALEM, QUÆ RESPICIT AD SOLIS ORTVM.] Alij: *adduxit me ad portam domus Iehoua primam, quæ spectat orientem versus.* de qua supra Cap. 10. v. 19.

VIGINTI QVINQUE VIRI.] de quibus supra cap. 8. v. 16. isti autem reuertebantur à cultu, quem intus soli exhibuerant, supra 8. 16. & de oppidi confirmatione agebant inter se progredientes, vt docent sequentia.

VERS. 2.

DIXIT QVE AD ME: FILI HOMINIS, HI SVNT VIRI QUI COGITANT INIQUITATEM.] Alij: *vanitatem.* Notant, esse propositionem infidorum consiliorum, quæ isti subministrabant regi Tzidkiæ, totique populo, qua via sternitur ad contestationem prophetae imperatam, vers. 4. & seqq.

VERS. 3.

DICENTES, NONNE DVDDVM AEDIFICATA SVNT DOMVS. &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant: 1. *Dicunt enim, Non in propinquo est, vel non est prope.* subaudi contritio aut excidium quod huic vrbi minantur propheta: *aedificemus igitur domos.* vel aedificandæ sunt domus: *hæc vrbs Ieruschalaimorum est vt olla, seu vt lebes, & nos vt caro.* quod bifariam accipiunt; Primò, q. d. non excedemus vrbe quandiu vixerimus: sicut neque extinguntur carnes ex olla priusquam elixatæ & coctæ fuerint: demus ergo securè operam aedificandis domibus. secundò, vt sit ironia, seu sarcasmus. q. d. scilicet, verum est quod dixerat Ieremias 1. v. 13. ardeni olla Babylonij nos succendendos? nihil minus. Sic verba Ieremiæ ludificantur. aut, quasi dicant, si perendi fumus, malumus in ipsa vrbe perire & excoqui seu aduri vt carnes in olla, quam deportari. 2. Tremellius & Iunius: *Qui dicunt, Non in propinquo aedificanda sunt domus; hæc vrbs futura esset olla, & nos caro illa.* Hunc versum, inquit, planè aliter quàm vulgus interpretum co. Et sumus reddere, cum quia hæc natiua est significatio vocum & consequentio, tum quia illorum interpretatio nititur fundamento; quod omninò aduersatur prophetæ verbis, vers. 8. Nam hæc verba putant ex nimia securitate & præfidentia profici-

Maluenda, In Ezechielis:

cisci, quum propheta ex contrario diffidentiam & metum, exprobrer. Sensus igitur est; istos principes populi percussos metu à Chaldæorum potentia, & diffidentia à Deo, omnem lapidem mouisse vt sese aduersus Chaldæos confirmarent, & populum ab auscultando Iirmeia auerterent. Quapropter statuunt (quemadmodum sit in obsidionum metu) suburbana in propinquo aedificia diruenda esse, neque porò aedificanda, vt Chaldæis obsessuris nullus sit receptus: deinde traducetes non tantum in ludibrium, verum etiam in quandam prodicionis speciem prophetiam Iirmeia 1. 13. confirmant ita futurum esse, si satatecta manerent suburbatia aedificia: nempe Chaldæos illorum aedificiorum ope adiutos feruefacturos esse populum Iudæorum, tanquam in olla, quam Iirmeia prædixerat, & cocturos atque absumpturos intra mœnia Ieruschalaimorum, *hæc vrbs futura esset olla &c.* videlicet, quam prædixit Iirmeia. I. 13.

IDCIRCO VATICINARE DE EIS, VATICINARE FILI HOMINIS.] Alij: *Idcirco propheta contra istos, propheta, fili hominis.* Mandatum prophetiæ, vt diximus in vers. 2. qua propheta primùm Iudæos contestatur, vers. 5. & 6. deinde sententiam à Deo latam pronuntiat, sex sequentibus.

VERS. 4.

ET IRRVIT IN ME SPIRITVS DOMINI &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant: *Et accidente mihi spiritu Iehoua edixit mihi, Dic, sic ait Iehoua: Ita dicitis, o domus Israelis: Contestatio hæc duo Iudæis exprobrat, consilia nefariæ diffidentiae, hoc versu; & maleficia, sequente: nam eorum, qua veniunt in spiritum vestrum unumquodque ego noui.* Alij: *nam affectiones animi vestri ego noui, unamquamque earum:*

VERS. 5.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS &c.] Alij hunc versum ex Heb. exponunt: *Idcirco sic ait Dominus Iehoui; Confossi vestri, quos disponitis in medio eius, hi sunt illa caro, & hæc vrbs olla ipsa est.* Sententia hæc blasphemias Iudæorum retorquet in ipsos. & ostendit istis principibus non illud ipsum, quod metuunt, sed aliquid grauius euenturum esse. Est quidem (inquit propheta) hæc vrbs velut olla, & multitudo, quam vos gladio & durissima tyrannide vestra confoditis, velut caro, quæ in olla feruentissima percoquitur: sed tam multi sunt confossi vestri, vt iniquum sit vos capieadem olla, ac propterea ampliosem vobis comparari, nimirum terminum totum Israelis, v. 10. & 11. *vos autem educam è medio eius.* vt sequens exegesis docet, versibus quatuor.

VERS. 7.

ET EDVCAM VOS.] *NEM* horzia, potest esse infinitum, exire-facere; educere, pro futuro, & educam, vel præteritum eduxit: vt sit mutatio personæ.

ET SCIBTIS QVIA EGO DOMINVS.] Alij: *vt experiamini me esse Iehouam.* Sic infra v. 12.

VERS. 10.

M M M m m IN

VERS. II. IN FINIBVS ISRAEL IUDICABO VOS.] Quidam: *disiectos in terminum Iſraelis iudicabo vos.* id est, puniam vos, seu iudicabit in vos exercebo. Hebræi hoc referunt ad Tzidkiam excæcatum, filiosque eius ac principes interfectos à Babylonio in Riblah, quæ erat in finibus Iſraelis: vide 2. Reg. 25. 6. & Ierem. 39. 5. & 52. 9. & ſequentibus.

VERS. 13. ET FACTVM EST QVVM PROPHETÆREM.] id est, quum has diuinas viſiones à Deo perciperem, & mandata Dei ad populum acciperem. Quidam: *Fuit autem me prophetante &c.* Sigillum prophetiæ præcedentis quo Deus ſuam & prophetæ fidem obſignauit, vt diximus in verſ. 1. & quo via ſternitur ad ſequentem piorum conſolationem.

VERS. 14. PHELTIAS FILIUS BANAIÆ MORTVVS EST.] repentina & improuiſa morte hunc obiſſe Hebræi annotant. quod est horrendum.

HEV, HEV, HEV, DOMINE DEVS CONSUMMATIONEM TV FACIS RELIQUIARVM ISRAEL.] Alij: *Aba Domine Iehoui, tu conſummationem facis cum reliquiis Iſraelis.* id est, video te iamque manum admouere ad conſummandum iudicia tua, & perdendum reliquiās Iudæorum. Hebræa maiore ſenſu: *Conſummationem tu faciens reliquiis Iſraelis.* q. d. nedum conſumis, ſed ipſam conſummationem facis reliquiis Iſraelis, id est omnino, funditus conſumis ac perdis. Hispanicus Interpres: *A ſeñor Iehoua, hazes tu conſumacion del reſto de Iſraël?* id est, quieres acabar eſtos pocos que quedan de Iſraël?

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: *Sed fuit verbum Iehoua ad me, dicendo.* Secunda hæc pars capituli, vt diximus in verſ. 1. conſolatur pios duobus argumentis: primum iniuriæ nomine, quam faciebant Iudæi, qui in terra ſubſtiterant, piis fratribus ſuis deportatis, verſ. 13. deinde promiſſionibus Dei, cum de reſtitione fidelium & beneficio Euangelij, vſque ad verſ. 21. tum de iuſto illius iudicio aduerſus immorigeros, verſ. 21.

VERS. 15. FILI HOMINIS, FRATRES TVI, FRATRES TVI, &c.] variè hunc verſum ex Hebræis explanant: 1. *Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinquitatis, seu affinitatis tue,* id est, qui tibi ſunt ſanguine iuncti, propinqui tui, & omnis domus Iſraelis, vniuerſa inquam ipſa, ſunt ij, quibus dixerunt habitatores Ieruſalaim, *Elongate vos, vel recedite procul à Iehoua, quia nobis data eſt terra in poſſeſſionem.* quaſi dicat, Ieruſolymitani dixerunt fratribus tuis & vniuerſis Iudæis deportatis: vos procul abite deportati ab vrbe iſta, vbi habitat Iehoua, propter peccata veſtra: nos verò hîc perpetuo ſumus manſuri poſſeſſores iſtius terræ. 2. *Fili hominis, fratres tui, fratres inquam tui, viri qui iure propinquitatis tibi iuncti ſunt, & omnis domus Iſraelitarum vniuerſa ea ſunt, ad quos dixerunt habitatores Ieruſalaim, Diſceſſerunt procul à Iehoua.* id eſt deſecerunt à Deo, ideo acti ſunt in exilium. hæc verò terra nobis vt eam occupemus, data eſt. id eſt, nos tamen in ea manebimus. 3. Hispanicus Interpres: *Hombres tus hermanos, tus hermanos, los hombres de*

tu parenteſco, y toda la caſa de Iſraël, toda ella. ſubaudi, ſon los que con ſus pecados hazen la conſumacion, &c. à quien dixeron los moradores de Ieruſalem. Aut los moradores de Ieruſalem que dixeron, ſcilicet, à los que ſe dieron à los Chaldaeos conforme al mandamiento de Dios. *Alexaos de Iehoua,* id eſt, del templo, id eſt, deſerrados como impios: à noſotros eſ dada la tierra en poſſeſſion. 4. *Fili hominis, ſunt fratres tui, fratres tui, viri vindiciarum tuarum, seu neceſſarij tui, & tota domus Iſraelis quanta quanta eſt, quibus dicunt habitatores Ieruſalaimorum; Longe abeſte à Iehoua, noſtra eſt, nobis data eſt hæc terra in hæreditatem.* id eſt, ſunt fratres tui, &c. videlicet, qui deportati ſunt in Babyloniam, hi ſunt (inquit Deus) quibus iſti iniuriam maximam faciunt, cum quia ex præcedente ſua habitatione ſtatuunt ſe viros bonos eſſe, Deo acceptos, eaquæ re. in poſſeſſione terræ ab eo conſeruatos; tum quia ex deportatione tua, & aliorum iudicant malè de vobis, tanquam ſi exoſi eſſetis Deo, à cultu illius vos præſidenter abdicant, & omnia ſibi ipſis velut re optime geſta adiudicant. *Longe abeſt à Iehoua, &c.* vt qui vltro prodideritis cum Iehonia, & commiſeritis vos in manum Babylonij ex conſilio Iirmeiæ 27. ac proinde terra & cultu ceſſeritis. Hæc verba hominum inſolentiſſimorum, & de calamitatibus ex re præſente iudicantium.

VIRI PROPINQVI TVI.] Hebr. *homines redemptionis tue.* id eſt, conſanguinitatis tue. De voce גְּהֻלָּה gheulah vide in Leuitic. 25. verſ. 24.

QVIA LONGE FECI EOS IN GENTIBVS, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Etiam ſi eos procul abegerim in gentes, etiam ſi diſperſerim eos in terras, ad quas venerunt; ſui tamen eis paululum ad ſanctuarium in nationibus, ad quas venerunt.* id eſt non tamen deſeram eos, ſed audiam eorum preces perinde atque hîc in templo. 2. *Quod procul abegerim eos in gentibus, & quod diſperſerim eos in regiones: attamen ſum eis ſanctuarium:* id eſt, etli deportati mei earent ſanctuario veſtro ſpectabili, & coram illud colere nequeunt: tamen ego (qui ſum veritas ipſas ſanctuarij) ſum præſens ipſis, & ipſi me præſentem colunt ſpiritu: quod ipſius Iechezkelis & Danielis, atque aliorum exempla docent: *pauliſper in ipſis regionibus quò venerunt.* id eſt ad breue illud tempus, quò in deportatione manſuri ſunt extra promiſſam terram.

IN SANCTIFICATIONEM MODICAM.] Alij: *in ſanctuarium paucum, paruum, modicum.* Potest etiam aduerbialcere: *in ſanctuarium paruum, pauliſper, paululum, modico tempore, tantiſper.*

PROPTEREA LOQVERE, HÆC DICIT, &c.] Hunc verſum alij reddunt: *Idcirco Sic ait Dominus Iehoui, & congregabo vos ex iſtis populis, & recipiam vos è regionibus, in quas diſperſi eſtis: & dabo vobis terram Iſraelis.* Exegeſis promiſſionis, quam modo fecit Deus de pauco illo tempore, quo populus erat manſurus in regionibus exteris. Sunt autem hæc promiſſiones Euangelicæ, vt tribus verſibus deinceps confirmatur.

Et

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18. ET IN GREDIENTVR ILLVC.] Alij: *Quumque venerint illuc. scilicet in Ecclesiam.*

AVFERENT OMNES OFFENSIONES.] Alij: 1. *amovebunt omnia detestabilia eius. 2. tollent omnia idola eius. Hebr. discedere, vel recedere-facient omnes abominaciones, contaminationes, spurcitas eius. id est, idola.*

CVNCTAS QVE ABOMINATIONES EIVS DE ILLA.] Altera vox Hebræa eiusdem pene significationis cum præcedente. *abominaciones: auersiones: fœditates. vt supra cap. I. vers. II. & hîc vers. 21.*

VERS. 19. ET DABO EIS COR VNVM.] Quidam: *Nam indam ipsis cor vnum. id est, integrum ipsum atque in veritate, solideque adunatum Deo & toti corpori Ecclesiæ: est enim cor studiorum & voluntatum sedes: vt Actor. 4. 32.*

ET SPIRITVM VNVM.] id est renouationem Christianam spiritu mentis vestræ, vt loquitur Paulus Ephesior. 4. 23. vide infra cap. 36. 26.

ET AVFERAM COR LAPIDEVM DE CARNE EORVM, ET DABO EIS COR CARNEVM.] Alij: *amouens, inquam, cor lapideum à carne eorum, indam eis cor carneum. Cor lapideum, id est durum atque indocile: vide 2. Corinth. 3. vers. 3. vt contra carneum appellatur molle, tractabile, docile.*

VERS. 20. QVORVM COR POST OFFENDICVLA, &c.] Hunc versum nos ordine verborum ex Hebr. reddidimus: Alij: 1. *Et quorum cor ambulat, seu vergit, ad cor, vel affectum contaminationum, aut spurcitarum eorum, & abominacionum eorum, viam eorum in caput eorum dabo, dictum Domini Iehoua. quasi dicat, animaduertam in eos, quorum animus est magis propensus ad colenda idola, quam Deum. 2. Quod si querundam cor aut corda spurcitas suas & abominaciones suas sc̄tari perrexerint, rependam viam eorum in caput eorum, dictum Domini Iehoua. 3. At illis, quorum animis obibit cor detestabilium istorum & abominatio-*

num istorum, siue obibit intima detestabilia & abominaciones istorum, viam suam in capite ipsorum reponam: vide supra cap. 9. vers. 10. dictum Domini Iehoua. id est, qui se dabunt in penitissimam idololatriam, & adhærebunt istis, merita supplicia persoluum.

ET BLEVAVERVNT CHERVBIM; &c.] Hos duos versus quidam connectunt: *Deinde quum extulissent Cerubini alas suas, cum rotis è regione ipsorum, quibus insidebat gloria Dei Israël superne: Ascendit gloria Iehoua è medio ciuitatis ipsius, substititque super montem, què est ab oriente ciuitati. Conclusio, inquit, visionis de discessu Dei ab vrbe, duobus his versibus: & de reuersione prophetæ ad suos in spiritu, duobus alteris.*

ET ASCENDIT GLORIA DOMINI DE MEDIO CIVITATIS, &c.] id est, *Sublata est, discessit, &c. vide supra cap. 9. 3.*

STETIT QVE SVPER MONTEM, QVI EST AD ORIENTEM VRBIS.] vel *urbi. videlicet super montem Oliuarum, vt nominatur 2. Samuel. 15. 30. & Zachar. 14. 4. vt omnes ferè interpretantur: hunc enim esse ad orientalem partem Ierusalaim omnis Sacra topographia testatur. Insignis typus gloriosæ Christi Ascensionis, Luca 24. 50. & Actor. 1. 13.*


ET SPIRITVS LEVAVIT ME, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Et spiritus attollens me reduxit me in Chaldeam, ad multitudinem deportatam, hac ipsa visione ablata per spiritum Dei, quum ascendisset à me visio, hac quam videbam. id est, quum ascendens disparuisset, vt Genes. 17. 22. vide supra cap. 9. 3.*

ET LOQVVTVS SVM AD TRANSMIGRATIONEM.] vel *ad captiuitatem, id est, captiuos. Quidam: Et eloquutus sum apud multitudinem deportatam. seu deportatorum. vide supra cap. I. vers. 1. id est, cum seniores populi (de quibus supra cap. 8. 1. velut testes diuinitus adhibitos; tum verò populum ipsum deportatum in Babyloniam.*


CAPVT XII.

Ezechiel suis factis portendit futuram Ierusalem & regis ipsius captiuitatem; reliquis gladio, peste & fame in Ierusalem consumptis: ostendit etiam visionem prophetarum non cassam futuram nec in longum differendam.

Vulg.

I  T factus est sermo Domini ad me, dicens.
2 Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est.
3 Tu ergo fili hominis, fac tibi vasa Maluenda. In Ezechielis.

Malu.

I  T fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.
2 Fili hominis in medio domus mutationis tu habitans: quibus oculi eis ad videre, & non viderunt, aures eis ad audire, & non audiuerunt, quia domus mutationis ij.
3 Et tu fili hominis fac tibi vasa de-

transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis; transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est.

4 Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.

5 Ante oculos eorum perfode tibi parietem: & egredieris per eum.

6 In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel.

7 Feci ergo sicut praeceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, in humeris portans in conspectu eorum.

8 Et factus est sermo Domini manè ad me, dicens.

9 Fili hominis, numquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: quid tu facis?

10 Dic ad eos: Haec dicit Dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem, & super omnem domum Israel, quae est in medio eorum.

11 Dic: Ego portentum vestrum quomodo feci, sic fiet illis, in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt.

12 Et dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient ut educant eum: facies eius oporietur ut non videat oculo terram.

13 Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldaeorum: & ipsam non videbit, ibique morietur.

14 Et omnes qui circa eum sunt praedidium eius, & agmina eius dispergam in omnem ventum: & gladium euaginabo post eos.

15 Et scient quia ego Dominus, quando disperfero illos in Gentibus, & disseminauero eos in terris,

16 Et relinquam ex eis viros paucos, à gladio, & fame, & pestilentia: ut enarrent omnia scelera eorum in Gentibus, ad quas ingredietur: & scient quia ego Dominus.

uolutionis, & deuoluere die oculis eorum: & deuolues de loco tuo ad locum alium oculis eorum, si forte videbunt, quia domus mutationis ij.

4 Et exire-facies vasa tua sicut vasa deuolutionis, die oculis eorum: & tu exhibis in vespere oculis eorum, secundum exitus deuolutionis.

5 Oculis eorum perfode tibi in pariete: & exire-facies in eo.

6 Oculis eorum super scapulam leuabis in nocte-crepera exire-facies; facies tuas cooperies, & non videbis terram: quia prodigium dedi te domui Israelis.

7 Et feci sic secundum quod praeceptus-fui, vasa mea exire-feci, sicut vasa deuolutionis die: & in vespere perfodi mihi in pariete in manu: in crepera nocte exire-feci super scapulam leuavi oculis eorum.

8 Et fuit verbum IHVH ad me in mane, ad dicere.

9 Fili hominis, an non dixerunt ad te domus Israelis, domus mutationis: Quid tu faciens?

10 Dic ad eos; Sic dixit ADONAI IHVH: Principis leuanda ista in Ierusalem, & in omni domo Israelis, qui hi in medio eorum,

11 Dic, Ego prodigium vestrum, secundum quod feci, sic conficietur eis; in deuolutione in captiua-abductione ambulabunt.

12 Et princeps, qui in medio eorum, ad scapulam leuabit in nocte-crepera, & exhibit; in pariete perfodient ad exire-facere in eo: facies suas cooperiet; correspondentia quod non videbit oculo ipse terram.

13 Et expandam rete meum super eum, & capietur in venatione mea: & venire-faciam eum in Babelem terram Chaldaeorum, & eam non videbit, & ibi morietur.

14 Et omnem qui circuitibus eius, adiutorium eius, & omnes alas eius spargam omni spiritui: & gladium euacuabo post eos.

15 Et cognoscent quia ego IHVH: in dispergete me eos in gentibus, & spargam eos in terris.

16 Et superrelinquam de eis homines numeri; de gladio, de fame, & de peste: P correspondentiæ numerabunt omnes abominationes eorum in gentibus, quo venerunt ibi; & cognoscent quia ego IHVH.

a deuolues, migra. sic
stam
b tota die
c datus. ad,
ante, oculos
d ut v. 3. sic
mox

e ut v. 3. sic
v. 6. & 7.
f ut v. 8. 8.
sic v. 7.

g portentū.
sic v. 11.

h ut v. 3.

i praelati.
ut v. 2.

x datus.
ad oculum
b amphiblitron
m rete, sae
gena

n ventilabo

o superstites,
restantes-
faciam
p datus. ad
correspondentiā
q narrabunt

17 Et factus est sermo Domini ad me, dicens.

18 Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede sed & aquam tuam in festinatione & mærore bibe.

19 Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem suum in sollicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: ut desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatem omnium, qui habitant in ea.

20 Et ciuitates, quæ nunc habitantur, desolata erunt, terræque deserta: & scietis quia ego Dominus.

21 Et factus est sermo Domini ad me, dicens.

22 Fili hominis, quod est prouerbiū istud vobis in terra Israel, dicentium: In longum differuntur dies, & peribit omnis visio?

23 Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quiescere faciam prouerbiū istud, neque vulgò dicetur ultra in Israel: & loquere ad eos quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis.

24 Non enim erit ultra omnis visio cassa, neque diuinitio ambigua in medio filiorum Israel.

25 Quia ego Dominus loquar, & quòd tamque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.

26 Et factus est sermo Domini ad me, dicens.

27 Fili hominis, ecce domus Israel ditentium: Visio, quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iste propheta.

28 Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur ultra omnis sermo meus: verbum, quòd locutus fuero, complebitur, dicit Dominus meus.

17 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

18 Fili hominis panem tuum in commotione comedes: & aquas tuas in contremiscentia, & in sollicitudine bibes.

19 Et dices ad populum terræ, Sic dixit ADONAI IHVH habitantibus Ierusalem, Ad humum Israel; Panem suum in sollicitudine comedent, & aquas suas, in afflatione bibent: Correspondentiæ afflabitur terra eius de plenitudine sua, & de violentia omnium habitantium in ea.

20 Et vrbes habitatæ exsiccabuntur, & terra afflatio erit: & cognoscetis quia ego IHVH.

21 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

22 Fili hominis, quid prouerbiū istud vobis, super humum Israelis, ad dicere: Prolongabuntur dies, & auferetur omnis præuisio.

23 Ad sic, dic ad eos, Sic dixit ADONAI IHVH; Cessare feci prouerbiū istud, & non prouerbiabunt illud adhuc in Israele: quia si loquere ad eos, Appropinquauerunt dies, & verbum omnis præuisio.

24 Quia non erit adhuc omnis præuisio præcipitantiæ, & diuinitio dispersita, in medio domus Israelis.

25 Quia ego IHVH loquar quòd loquar verbum, & confectum fuit; non protrahetur adhuc: quia in diebus vestris, domus mutationis, loquar verbum & faciam illud, Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

26 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

27 Fili hominis, ecce domus Israelis dicentes; Præuisio quam ipse præuidens diebus multis; & temporibus longinquis ipse prophetans.

28 Ad sic dic ad eos, Sic dixit ADONAI IHVH; Non protrahetur adhuc omnia verba mea: quòd loquar verbum, & confectum fuit, Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

trepidatione
f vt c. 4. 16.

tellurem

u vt c. 4. 16;

x vt v. 16.

y stupende-

desolabitur

z præ

a vide Gen

nes. 6. 11.

b deuasta-

buntur, de-

solabuntur

c afflatus,

afflatus, stu-

penda deso-

lacio, & de-

solatissima

d tolletur,

disperibit

e ultra, am-

plius, de in-

ceps

f ON IS

ibi in qui-

nimo

g vt v. 24.

h temerita-

tis, vanita-

tis, mendaci]

i vt confi-

ciatur, fiat

x vt v. 24.

l vide Gen

nes. 22. 16.

sic v. 28.

m datus,

in, ad dies

multos.

n visa est

n datus.


in, ad tem-

pora lon-

ginqua iste

prophetat

o vt v. 24.



COMMENTARIA.

VERS. I.



FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: *Et fuit verbum lebona ad me, dicendo:* Huius, inquit, prophetiæ tria sunt membra è quibus primum deportationem, captiuitatem, clademque Tzidkijæ, & ludæorum in Iudæa commorantium prædicat, vsque ad vers. 17. secundum ostendit mala hanc vltimam cladem proximè sequutura iudicio Dei, vsque ad vers. 21. tertium denique confutat proterua ludæorum verba prophetias ludificantium, ad finem vsque Capituli. In hoc autem primo membro duæ sunt omninò partes: typus, vsque ad vers. 8. & anagogè siue accommodatio typl, versibus sequentibus.

VERS. 2.

FILI HOMINIS, IN MEDIO DOMVS EXASPERANTIS TV HABITAS &c.] Alij: *Fili hominis in medio domus rebellionis, seu rebellis tu confides, &c.* vide supra cap. 2. 5. Hoc versu præmunit propheram Deus fortitudine animi. constantiaque aduersus obduratas Iudæorum mentes, vt audacter exhibeat typum, qui imperatur versibus sequentibus.

QVI OCULOS HABENT AD VIDENDVM, ET NON VIDENT &c.] vide Isai. 6. 9. & 42. 18.

VERS. 3.

FAG TIBI VASA TRANSGRESSIONIS.] Alij: *para tibi instrumenta migrationis.* iam proponitur typus generatim, hoc versu; & speciatim enarratur, quatuor sequentibus. Instrumenta migrationis. id est, supellectilem & sarcinas tuas, vt solent migrantes. Quidam reddunt: *instrumenta migrantibus accommodata.* id est, omnia necessaria iis, qui aliò sunt transmigraturi.

ET TRANSMIGRABIS PER DIEM CORAM EIS.] Quidam: *& migra de die ante oculos eorum.* id est, interdiu ipsis videntibus.

TRANSMIGRABIS AVTEM DE LOCO TVO AD LOCVM ALTERVM, IN CONSPECTV EORVM, SI FORTE ASPICIANT &c.] Alij: *quum emigraueris è loco tuo in locum alterum, fortasse visuri sunt:* hac dubitandi particula Deus prophetam excitat, vt spe aliqua sibi facta contra spem ad typum hunc populo exhibendum adducatur. *nam domus rebellis sunt.* q. d. quia nondum aures ipsorum meis verbis, oculive antegressis exemplis affecti sunt, sed in sua rebellionem perstant, hac etiam tentandum est via: vt his rebus tam accuratè prædictis & præfiguratis euincantur.

VERS. 4.

ET EFFERES FORAS VASA TVA QVASI VASA TRANSMIGRANTIS.] Alij: *Quum autem extuleris instrumenta tua, vt efferantur instrumenta migrationis.* 2. *Et efferes instrumenta tua vt vasa ad transmigracionem parata.* Sic vers. 7.

PER DIEM IN CONSPECTV EORVM.] Alij: 1. *idque interdiu coram oculis eorum.* 2. *de die ante oculos eorum.* videlicet, vt oculati

sint testes typi & prophetiæ tuæ.

TV AVTEM EGREDIERIS VESPERE CORAM EIS.] Alij: *tu egreditor vesperi: vt figures nocturnum Tzidkijæ aliorumque effugium, de quo 2. Reg. 25. & Iirmeiæ 39. & 52. ante oculos ipsorum.* videlicet, quos testes adhibueris typicæ figuræ tuæ per noctem: sic versu sequente.

SIC EGREDITVR MIGRANS.] Alij: *secundum processum migrationis. vel vt qui procedun in migrationem.*

ANTE OCULOS EORVM PERFODE &c.] VERS. 5. Quidam hunc versum ex Heb. transferunt. *Ante oculos illorum perfode tibi in muro foramen, per quod educas illos.* nimirum testes aduocatos, quibus repræsentatur comitatus ille, qui prosequutus est fugientem regem in campetribus Iericho.

ET EGREDIERIS PER EVM.] Heb. *& exire-facies in eo.* subaudiunt, illos testes aduocatos. Alij: *& effer vasa tua per illum.* id est, educ, exporta supellectilem tuam per parietem illum perfossum domus tuæ. vel perfossum murum vrbis.

IN CONSPECTV EORVM IN HVMERIS PORTABERIS, IN CALIGINE EFFERERIS.] VERS. 6. Alij: 1. *Et videntibus ipsis baiula super humerum, & effer in caligine.* subaudi, tuos, & supellectilem, seu sarcinulas. 2. *Ante oculos illorum super humerum portans, caca nocte educito.* id est, portans super humerum sarcinulam, qualem rex dissimulato habitu gestaturus est, vt consulat vitæ suæ. De voce *גְּבֻלָּה* *ghalatab*, quam hîc creperam-noctem vertimus, vide in Genes. 15. 17. Sic infra v. 12.

FACIEM TVAM VELABIS, ET NON VIDEBIS TERRAM.] Alij: *faciem tuam operiso.* id est cæcum agito, vt excæcationem Tzidkijæ præfigures: *vt non aspicias terram hanc.* Babyloniam, in qua versaris: nam Tzidkijæ excæcatus Riblæ, venit quidem in Babyloniam, sed non vidit eam.

QVIA PORTENTVM DEDI TE DOMVI ISRAEL.] Alij: *nam ostentum propono te domui Israelis.* Vide Psal. 70. 7. q. d. hac ratione volo eis portendere ac significare quid illis euenturum sit.

FECI ERGO SICVT &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Ita igitur faciens quemadmodum iussus fueram, instrumenta mea extulsi, vt efferantur instrumenta migrationis de die, ac vesperi perfodi mibi in muro foramen manu; caca nocte educens illos, super humerum portans ante oculos illorum.*

MANE.] illius diei: iam sequitur anagoge siue accommodatio typl. Alij, mane sequente noctem illam, postridie.

NUMQVID NON DIXERVNT AD TE DOMVS ISRAEL &c.] q. d. nonne vides quantopere obstupuerint, cum ne hoc quidem typo exhibito permoueantur ad consulendum te, & cognoscendum iudicia mea? nam videtur

detur hæc interrogatio negare potius hoc loco quàm affirmare, more Hebraico: quia deportati Iudæi falsis pseudoprophetarum prædictionibus fascinabantur, vt apparet ex Iirmeiæ 28. & 29. & infra cap. 13.

VERS. 10. SUPER DVCEM ONVS ISTVD, &c.] Alij ex Heb. 1. *onus istud*, id est, graue vaticinium infaustum ac triste, *principis est*, vel *super principem*, aut *de principe, qui est in Ierusalaim, atque totius domus Israelis qui sunt in medio eorum*. 2. *Ipsius est principis onerosa hæc propheta, qui est Ierusalaimis*, Vide Isai. 13. 1. & Iirmeiæ 38. v. 2. & sequentibus: & *totius domus Israelis, qui sunt illic*, puta in vrbe Ieruschalaimorum.

VERS. 11. DIC, EGO PORTENTVM VESTRM.] Alij: *Dic, Ego sum ostentum vestrum*, id est, vobis diuinitus exhibitum ad portendum illis deportationem, non autem vobis reuersionem, quam prædicant pseudopropheta vestri.

IN TRANSMIGRATIONEM ET IN CAPTIVITATEM IBVNT.] Alij: *migratione, seu deportatione in captiuitatem abibunt*. Cum tæx ipse Tzidkija, duobus versibus sequentibus; tum comitatus eius, vers. 14. tum populi omnes, vers. 15. & 16.

VERS. 12. PARIETEM PERFODIENT VT EDVCANT EVM.] Alij: *in muro perfodient foramen ad educendum eo. vel per eum*, seu *per illud*; scilicet, foramen, vel murum, quod idem est: nimirum comitatum suum secum, vt supra vers. 5. Alij: & *egredietur per parietem, quem perfoderunt, vt efferrent per eum*. subaudi, regem.

FACIES EIVS OPERIETVR, VT NON VIDEAT OCULO TERRAM.] ex Heb. alij: *faciem suam operiet vt non aspiciat ipse oculo suo terram*, id est, dissimulabit se quàm diligentissimè, ne innotescat, aded vt ne sibi quidem discedenti potestatem facturus sit inspiciendi terram: sic loquitur ratione typi: nam res sequente versu exponitur.

VERS. 13. ET EXTENDAM RETE MEVM SUPER EVM &c.] Alij: *Sed expandam rete meum contra ipsum &c.* id est, Circumueniam eum copiis Babylonicis, 2. Reg. 25. 5. Ierem. 36. 5. & 52. 8.

ET IPSAM NON VIDEBIT.] Alij: *quam non videbit*. Videlicet, ante captus oculis quàm eo veniat.

IBIQVE MORIETVR.] vt prædixit etiam Iirmeia 32. 4. & 5. & 34. 3. & sequentibus.

VERS. 14. ET OMNES QUI CIRCA EVM SVNT, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Et omnes circumstantes eum*, id est, comitatum eius, *auxilium eius*, seu *auxiliares eius*; & *omnes alas eius*, seu *copias*, vel *omnia agmina eius dispergam in omnem ventum*, & *gladium exeram post eos. vel & gladio exerto persequar eos*.

AGMINA.] אגפים *agbaphim*, propriè *ala*; metaphorice, *agmina*, *copia militares*, quomodo Latinis dicuntur, *ala equitum*, *ala legionum*.

VERS. 15. ET SCIENT QVIA &c.] Alij hunc versum exponunt: *Vt experiantur me esse Iehouam, quum sparsero eos in gentes, & disperfero eos per regiones. Fines iudiciorum Dei: nimirum impio-*

rum euictio, hoc versu; & bonorum separatio ad gloriam Dei prædicandum & amplificandum Ecclesiam eius, versu sequente.

ET RELINQVAM EX EIS, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Reliquos autem faciam ex eis homines numeri, seu paucos*, vt Genes. 34. 30. *à gladio, à fame, & à peste: vt enarrent omnes abominationes suas, vel eorum in gentibus quò deuenerint, denique vt cognoscant me esse Iehouam*. Cum ipsi agnoscentes Deum, tum gentes ab illis edocet. Seruabuntur pauci tantum vt scelera Iudæorum inter gentes enarrent, & prædicent diuinam iustitiam, cum ipsi, tum ipsa gentes audientes.

ET FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME DICENS.] Alij: *Iterum fuit verbum Iehouæ ad me, edicendo*. Secundum membrum prophetiæ, vt diximus in vers. 1. de malis captiuitatem prædictam proximè secuturis, quorum typus ponitur vers. 18. & anagogè, seu accommodatio duobus sequentibus.

FILI HOMINIS, &c.] Hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. *Fili hominis panem tuum in commotione, seu tremore edito, & aquas tuas cum fremitu & formidine bibes*. 2. *Fili hominis, panem tuum in commotione comedito, & aquas tuas cum tremore & cum sollicitudine bibito*. Vide supra cap. 4. 16.

ET DICES AD POPVLVM TERRÆ, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. transferunt: *Postea indices populo huius terra, Sic ait Dominus Iehoua in habitatores vrbis Ieruschalaimorum, in terram Israelis, Panem suum cum sollicitudine comedent, & aquas suas cum vt desolatione bibent: vt desoletur terra illius à plenitudine sua, siue, vt desolata terra illius destituantur iis, quibus plena est, præ violentia omnium, qui habitant in ea*.

VT DESOLETVR TERRA.] Hebr. *terra illius*. Relationem fæmineum, scilicet illius vrbis Ieruschalaimorum.

A PLENITVDINE SVA.] id est, ab ubertate sua & copia frugum: & vniuersè ab his, quibus plena est. q. d. exhaustietur habitatoribus & opibus, priuabitur incolarum & opum multitudine.

ET CIVITATES QVÆ NVNC, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Et ipsa ciuitates habitata deuastentur, ac terra ipsa desolata sit, ita experiemini me esse Iehouam*.

ET FACTVS EST, &c.] Alij: *Deinde fuit verbum Iehouæ ad me dicendo*. Tertium membrum prophetiæ, quo proponitur iudicium & blasphemum Iisraelitarum dictum aduersus prophetas, vers. 22. & confutatur sequentibus.

QVOD EST PROVERBIVM ISTVD VOBIS IN TERRA ISRAEL?] Alij: *quid sibi vult prouerbum istud apud vos de terra Israelis: מַשְׁחָל maschal, propriè, sententia, dictum, dictum, factum, tritum sermone prouerbum: vide in Numeror. 23. 7.*

DICENTIVM: IN LONGINQVVM DIFFERVNTVR DIES, ET PERIBIT OMNIS VISIO.] Alij: *dicentium: Producentur dies illi, aut peribit omnis visio*. Quasi dicant, nihil ad nos ista prophetiæ: nam aut longo post nos interuallo, aut nunquam euentura sunt. Quæ duo

duo reicit propheta, versu sequente.

VERS. 23. IDEO DIC AD EOS, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum exprimunt: *Idcirco dic eis, Sic ait Dominus Iehoui, Facturus sum ut cesset pro- uerbiu hoc, neque utantur eo amplius in Iis- raële: quim potius dic eis, Propè sunt dies ipsi & res cuiusque uisionis.* Confutatio hæc pri- mum ueritatem Dei asserit contra Iudæorum ludibria, duobus uersibus: deindè confirmat iuramento, uers. 25. ac postremò, amplificat, reliquis.

ET SERMO.] Hebr. *uermum, omnis uisionis.* id est, res, euentus eorum quæ per prophetas præuidentur & prædicuntur.

VERS. 24. NON ENIM ERIT ULTRA OMNIS VISIO CASSA, &c.] Alij ex Hebr. *Non enim erit amplius ulla uisio uanitat, aut diuinatio blandientis, in medio domus Israël.* Vide infra cap. 13. uers. 23.

NEQVE DIVINATIO AMBIGVA.] Forsterus: & *diuinatio dispersita.* id est, lubrica, dubia, anceps. Alij: & *diuinatio blanda, diffusa, lenis.* id est, diuinatio seu prophetia assentatrix, mendax. uel *diuinatio blandientis, essentatoris propheta.*

VERS. 25. QVIA EGO DOMINVS EOQVAR, &c.] Alij hunc uersum ex Hebr. conuertunt: 1. *Quoniam ego Iehoua loquar, & quodcunque eloquar, efficiam: non differetur ultra quin in diebus ue- stris, ô domus rebellis, loquar uerbum & perficiam illud, dictum Domini Iehoua.* 2. *Nam ut ego sum Iehoua, eloquar quodcunque uerbum elo-*

quaturus sum. id est statuero loqui, & fieri. Formula iuramenti, non *protrahetur tempus amplius: quum diebus uestris ô domus, rebellis, eloquar uerbum, etiam efficiam illud, dictum Do- mini Iehoui.*

NON PROLONGABITVR A MPLI VS.] Hebr. id uerbum est fœmineum, unde non rectè apratur cum uerbo, quod est masculineum: quidam subaudiunt *tempus: non protrahetur tempus.* quod aliquando fœminee usurpatur. uide infra uers. 28.

ET FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: *Denique fuit uerbum Iehoua, ad me, dicendo.*

NON PROLONGABITVR ULTRA OMNIS SERMO MEVS.] Hebr. *Non protrahetur amplius omnia uerba mea.* uidetur discor- dia generis & numeri, nam *protrahetur* est fœmineum & singulare: at *uerba mea.* est mas- culum & plurale. Et quamuis Sanctes ex- ponat, *non protrahetur singulum,* uel unum, quodque *uermorum meorum:* at manet semper dissensio generis. Propterea quidam proxi- mum suppositum uerbi subaudiunt: *non pro- trahetur amplius tempus omnium uermorum meorum.* quod *תקו gheeth,* tempus Hebræis interdum sit generis fœminei. Alij: *non differetur,* aut *non prolongabitur ultra euentus omnium uermorum meorum.* uidentur subaudiuisse, *העלה pheghulah,* effectio, operatio, opus. uide supra uers. 5.

VERS. 26.


VERS. 28.

CAPVT XIII.

Minatur Dominus pseudopphetis ex suo serebro diuinantibus, populùmque se- ducentibus, falsam promittendo pacem, & parietem luto absque paleis liniendo; similiter & filiabus Israël de corde suo prophetantibus, & puluillos sub omni cubito consuentibus.

Vulg.

Malu.


I  *factus est sermo Do- mini ad me, dicens:*
2 *Fili hominis, uat- ticinare ad prophetas Israël, qui prophe- tant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite uerbum Domini:*

3 *Hac dicit Dominus Deus: Va pro- phetis insipientibus, qui sequuntur spiri- tum suum, & nihil uident.*

4 *Quasi uulpes in desertis, propheta tui Israël erant.*

5 *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israël, ut sta- retis in prelio in die Domini.*

6 *Uident uana, & diuinant menda-*

I  *fuit uerbum IHVH ad me ad dicere.*
2 *Fili hominis, prophe- ta^a ad prophetas Israël* a contra b propheta- tis- prophe- tantibus

3 *Sic dixit ADONAI IHVH; Hoi super prophetas defluentes, qui ambulantes post spiritum suum, & ad nequaquam uiderunt.*

4 *Sicut uulpes in siccitatibus, pro- phetæ tui Israël fuerunt.*

5 *Non ascendistis in rupturis, & se- piuistis sepem super domum Israël, ad stare in^c cessione in die IHVH.*

6 *Præuiderunt^d præcipitantiam & diuinatio* c bello, prelio d temeritam tem. sic u. 7.

cium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem.

7 Numquid non visionem cassam uidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus; cum ego non sim locutus.

8 Propterea hoc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis uana, & uidistis mendacium: ideo ecce ego ad uos, dicit Dominus Deus:

9 Et erit manus mea super prophetas, qui uident uana, & diuinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus.

10 Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipsi edificabant parietem, illi autem linebant eum luto absque paleis.

11 Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans: & dabo lapides praevalides desuper irruentes, & uentum procella dissipantem.

12 Siquidem ecce cecidit paries: numquid non dicetur uobis: Vbi est litura, quam liniistis?

13 Propterea haec dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem:

14 Et destruam parietem, quem liniistis absque temperamento: & adaequabo eum terra, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus.

15 Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamque uobis: Non est paries; & non sunt qui liniunt eum.

16 Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem, & uident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus.

17 Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: uaticinare super eas,

18 & dic: Haec dicit Dominus Deus: Va Maluenda, In Ezechielis.

diuinationem mendacij; dicentes, Fidelis-sermo IHVH, & IHVH non misit eos; & anxie expectare fecerunt ad surgere facere uerbum.

7 An non prauisionem præcipitantiæ præuidistis, & diuinationem mendacij dixistis? & dicentes, ° Fidelis-sermo IHVH, & ego non loquutus fui.

8 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH: Correspondentiæ loqui uos præcipitantiæ, & præuidebitis mendacium ad sic ecce ego ad uos, † Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

9 Et erit manus mea ad prophetas præuidentes præcipitantiæ, & diuinantes mendacium; in consilio populi mei, non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur; & ad humum Israel non uenient: & cognoscetis quia ego ADONAI IHVH.

10 Correspondentiæ in correspondentiâ ^h errare fecerunt populum meum, ad dicere, Pax, & non pax: & ipse ædificans foraneum parietem; & ecce ij ⁱ oblinentes eum insulso.

11 Dic ad oblinentes insulsi, Et cecidit: fuit ^k nimbus inundans, & dedi lapides grandinis, cadere facient; & spiritus horribilium-tempestatum ^l discindet.

12 Et ecce cecidit paries: an non dicetur ad uos, Vbi ^m oblitio quam obleuistis -

13 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH: Et discindam spiritum horribilium-tempestatum, in ⁿ ardore meo: & nimbus inundans in naso meo erit; & lapides grandinis in ardore, ad ^o consummare.

14 Et diruam parietem quem obleuistis insulso, & tangere faciam eum ad terram, & deuoluetur fundamentum eius: & cadet, & consummabimini in medio eius; & cognoscetis quia ego IHVH.

15 Et consummabo ardorem meum in pariete, & in oblinentibus eum insulso: & dixi uobis, Non paries, & non oblinentes eum.

16 Prophetæ Israelis prophetantes ad Ierusalem, & præuidentes ei prauisionem pacis: & non pax, † Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

17 Et tu fili hominis, pone facies tuas ad filias populi tui prophetare sese facientes de corde suo: & propheta super eas.

18 Et dices, Sic dixit ADONAI IHVH, NNNnn Hoi

e uide Gen
nes 22. 16.

f ut v. 7.

g decreto,
arcano, cetero
tu, concilio

h seduxerunt

i obducen-
tes, inersu-
tantes: ut

Leuit. 14. 42.
sic v. 12. 14.
15.

k imber, plu-
uia uehe-
mens

l diffinder,
discabis,
sic v. 13.

m oblectio,
obductio, li-
tura, iacul-
tatura

n æstu-ira,
excandef-
centia. sic

statim
o consumma-
tum. sic

v. 14. 15.

f ut v. 7.

quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite uniuersa ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorum.

19 Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & uiuificarent animas, quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

20 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad uolandum.

21 Et dirumpam cervicalia uestra, & liberabo populum meum de manu uestra, neque erunt ultra in manibus uestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus.

22 Pro eo quod mæerere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristauit: & confortastis manus impij, ut non reuerteretur à via sua mala, & uineret:

23 propterea uana non uidebitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & etiam populum meum de manu uestra: & scietis quia ego Dominus.

Hoi consuentibus coopertoria super omnes axillas manuum mearum, & facientibus uelamina super caput omnis ^q surrecturæ, ad ^r uenari animas: an animas uenabimini ^r populo meo, & animas uobis uiuificabitis?

19 Et uolauistis me ad populum meum in pugillis hordeorum, & in fragmentis panis, ad mori-facere animas quæ non morientur; & ad uiuificare animas quæ non uiuent; in mentiri uos populo meo ^c audientibus mendacij.

20 Ad sic, Sic dixit ADONAI IHVH, Ecce ego ad coopertoria uestra quibus uos uenantes ibi animas ^u efflorescentibus; & ^x discindam ea de super brachia uestra: & dimittam animas, ^y quas uos uenantes animas-uiriles efflorescentibus.

21 Et ^z discindam uelamina uestra, & eripiam populum meum de manu uestra; & non erunt ^a adhuc in manu uestra uenationi: & cognoscetis quia ego IHVH.

22 Correspondentiæ perturbare cor iusti falsitate; & ego non dolore-affeci eum: & ad ^b obtinere manus improbi ad ^c nequaquam reueterere de via sua mala ad uiuificare eum.

23 Ad sic præcipitantiæ non præuidebitis, & diuinationem non diuinabitis ^d adhuc: & eripiam populum meum de manu uestra, & cognoscetis, quia ego IHVH.

^q statura, ætatis
^r insidiis capere. sic
mox
^s datus.

^r auditoribus

^u datus. germinantibus, pullulantibus, pubescentibus sic
^{statim}

^x dilacerabo, dirumpam; diffindam, discabo

^y quibus
^z ut u. 20.
^a ultra, amplius, deinceps
^b roborare, confirmare
^c neutiquã, non omninò

^d ut u. 21.



COMMENTARIA.

VERS. I.

IT FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: Deinde fuit uerbum Iehouæ ad me, dicendo. Huius Capitis, inquit, partes sunt duæ: quarum vnâ Deus reprehendit & interminat pseudopphetis, usque ad v. 17. alterâ, prophetis populum Dei fallentibus, ad finem usque. Prophetis autem primum denuntiat Deus maledictionem per prolepsin propter mendacia ipsorum, uersibus tribus; deinde sigillatim contestatur ipsos de improbissimis ipsorum mendaciis, usque ad uers. 8. tum iudicia ex eo malo consequutura pronuntiat, sententiam ferens & in prophetas ipsos, uers. 8. & 9. & in totum eorum cætum, qui ipsis auscultauerint, usque ad uers. 15. ubi demum prophetiæ hæc prior pars concluditur, uers. 15. & 16.

VÆ PROPHETIS INSIPIENTIBVS.]

Alij: De istis prophetis stultissimis. Vox נבלין nebalim, omnia ista continet, defluentibus, exhaustis, languidis, defectis, caducis, flaccidis, fatuis, insulsis, nebulonibus, uoce consentiente: uide in Deuter. 32. 6.

QUI SEQUUNTUR SPIRITVM SVVM.] Alij: qui eunt post spiritum suum. uel post suas phantasias. hoc est post sua somnia. Vide Iirmei. 14. uers. 14. & 23. uers. 9. & sequentibus.

ET NIHIL VIDENT.] Alij: 1. quum nihil uiderint. 2. & post id, quod non uiderunt. 3. & quæ non uiderunt. id est, quorum uisio non est à Deo oblata ipsis.

QUASI VULPES, &c.] Alij hunc uersum ex Hebr. exponunt, 1. Tanquam uulpes in desertis facti sunt propheta tui, o Israel. uel in maceris, ruinis, delitescetes, quibus vineæ sepiuntur, ut ex insidiis & lateribus hypocrisis erumpant ad deuestandam uineam Domini.

VERS. 4.

ni. 2. *Similes vulpibus*: Vide Canticor. 2. 15. per vastitates, propheta tui sunt, d. Israel. id est, famelicis vulpibus, quæ in desertis regionibus versantur, ac proinde inedia pressæ feruntur maiore impetu in prædam etiam tenuissimam: vt de prophetis dicitur infra v. 19.

VERS. 5. NON ASCENDISTIS EX ADVERSO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. interpretantur: 1. *Non ascendistis ad irruptiones, aut sepitis, seu obducitis sepem pro domo Israelis, vt consistat in bello die Iehouæ.* Contestatio exornans superius dictum: non facitis, inquit, officium bonorum prophetarum, hoc versa; sed contra mendacia colitis, versu sequente, vt testis est vestra ipsorum conscientia, vers. 7. *Non ascendistis ad irruptiones, &c.* id est, neque obsistitis Satanae, & malo irruptenti in Ecclesiam vos ipsi, neque obstacula alia seu sepimenta, ne irrumpat, adhibetis: denique salutem populi negligentes causa perditionis ipsorum estis: venustissima allegoria à re castrensi, vt Psalm. 105. vers. 23. & 30. *vt consistat in bello die Iehouæ.* id est, vt Ecclesia infracta maneat, quum Deo videbitur ipsam probare, & piis sanctisque certaminibus exercere. 2. *Non ascendistis ad fracturas, vel rupturas, aut per irruptiones.* subaudi muri perforati ac perrupti: metaphora ab expugnatione urbium: *neque sepiuistis sepem super domum Israelis,* id est, circum domum Israelis: altera metaphora, à munitione vinearum. *vt staretis in pralio in die furoris Iehouæ.* id est, non strenuè propugnauistis Ecclesiam, tempore, quo Dominus voluit eam per hostes exercere.

VERS. 6. VIDENT VANA, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. explanant: 1. *Viderunt vanum, seu vanitatem,* id est, prophetiam vanam & falsam. & *diuinationem mendacem.* diuinauerunt, & prædicauerunt: *dicentes, Dicitur Iehoua, & Iehoua non misit eos: & populum sperare fecerunt, vt confirmet sua prophetia verbum.* id est, populo spem fecerunt, quod futura sit prophetia eorum. Persuadebant populo vera esse, quæ dicebant. 2. *Vident vanitatem, & diuinationem mendacij, qui dicunt Dicitur Iehoua, quum Iehoua non misit ipsos: & spem faciunt fore vt præstet verbum.* quod ipsi videlicet comminiscuntur & dicunt. Quidam reddunt: *sperantque ratum fore.* Hispanicus Interpret: *y hazen, esperar para confirmar la palabra.* scilicet, à sus oyentes el cumplimiento de sus prophecias.

VERS. 8. PROPTEREA HÆC DICIT DOMINUS DEVS, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Idcirco sic ait Dominus Iehoua, Eo quod loquimini vanitatem, & videtis mendacium, idcirco ecce me contra vos, dicitur Domini Iehoua.* Proposita litis contestatione sequitur bimebris sententia, vt diximus in vers. 1.

VERS. 9. IN CONSILIO POPULI MEI NON ERUNT, &c.] Alij ex Hebr. 1. *in arcano populi mei non erunt, vel in cœtu: & in albo, seu catalogo domus Israelis non scribentur, neque venient ad terram Israelis.* id est, non reuertentur cum aliis in patriam postliminio, vel non intrabunt in requiem Sanctorum. 2. *in consilio populi mei non erunt, & in descri-* Malucnda, In Ezechiel.

prione domus Israelis non conscribentur, neque in terram Israelis venient. id est, neque in Ecclesia, neque in libro vitæ comprehendentur, neque restitutionem consequentur; sed à Deo, Ecclesia, & reseris Ecclesiæ aspectabilibus abalienati permanebunt.

ET SCIETIS QVIA EGO DOMINUS DEVS.] Alij: *ita experiemini me esse Dominum Iehouam.*

EO QVOD DECEPERINT POPVLVM MEVM.] Alij: *Eo quo, & eo qua, vel eo quod multis modis fecerunt vt erraret populus meus.* Vide similem loquutionem Leuit. 26. 43.

DICENTES, PAX, ET NON EST PAX.] Alij: *dicentes pacem esse vbi nulla esset pax.*

ET IPSE ÆDIFICABAT PARIETEM, ILLI AVTEM LINIEBANT LVTO ABSQVE PALEIS.] Alij ex Hebr. & ipse, scilicet, qui primus erat inter pseudo prophetas, *ædificat parietem, illi vero, videlicet, qui ipsi fauebant pessimi assentatores; crustum inutilem oblinunt, vel incrustabant ipsum luto friabili.* siue luto, cui nihil iniicitur, veluti fœnum, stramen, paleæ ad compingendum & consolidandum opus. q. d. antesignanus ipse, duxque pseudoprophetarum compingebat & construebat falsam prædictionem, reliqui vero gregales eius laudabant, approbantque. 2. *quumque hic extruit luteum parietem, ecce illi obducunt ipsum insulso seu inepto rectorio.* Elegans allegoria, qua transitus comparatur ad alterum sententiæ membrum: ita sunt (inquit Deus) pseudopropheta isti vt structores nequam inter se colludentes, quorum si quis lutum è plateis comportauerit, & lutacei parietis formam construxerit, omnes vno consensu aduolant, & operam suam consumunt in colendo & ornando falso pariete: ita extruunt illi ac potius destruunt Ecclesiam Dei, quorum fuerat ascendere ad irruptiones, & firmam sepem obducere, supra vers. 5. 3. & ipse princeps pseudoprophetarum, vel quisque ex ipsis extruebat parietem foraneum, & ecce ipsi complanabant eum luto infirmo, vel simplici, nudo, mero, solubili.

PARIETEM.] *חֵטְל* chaitz, à *חֵטְל* chutz, foris, platea, aiunt esse parietem foraneum, exterioriorem. Marinus ait esse parietem extra domos, cortis claudendæ seu sepiedæ gratia. Nos vocamus, *pared de corral.* Mercerus annotat esse *murum leuiorem*, vt quem Gallicè appellant, *haye.* Tremellius & Iunius, ex etymo vocis *parietem luteum* accipiunt, qui ex luto materiaque per plateas iacente efformatur.

LVTO ABSQVE PALEIS.] *חֵטְל* thaphel, propriè *deciditio, caditio, caduco, inconditio, insulso, fatuo*, hoc est, materia insulsa & fatua, quæ ad compingendum inutilis est, & citò decidit. Sic versu sequente, & 14. & 15.

DIC AD EOS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Dic ad eos, qui inutili crusta oblinunt, vel ad incrustantes incrustationem friabilem, neque tenacem, quod casurus sit: erit imber inundans, & vos lapides magna grandinis cadetis.* subaudi, super illum murum: vt sie

apostrophe ad lapides: & ventus procella dirumpet. 2. Dic ad complanatores luto-infirimo, Casurus est paries: erit imber inundans, & dabo lapides grandinis, qui corruere-facient parietem, ventus turbinum scindet illum. id est, ventus turbulentus ac, procellosus franget, pertumpet, deturbabit parietem illum. 3. Dic obducentibus ineptum-rectorium, Atqui casurus est, id est, ruiturus omnibus modis: qui sequentibus verbis similiter per allegoriam exprimuntur coniunctam ironiæ. erit imber inundans, & vos o lapides immanis-grandinis casuri estis, & ventus procellarum, seu procellosissimus, vt infra vers. 13. diffindet eum. id est, inundabit imbre, grandine, vento, & modis omnibus Deus in opus vestrum, & labefactabit totum.

ET DABO LAPIDES.] Nunc Hebr. legitur, ואתננה veattenah. & vos lapides. Aliqui legunt cum Nostro, ואתננה veattenah, & dabo, vel & dedi. quam lectionem nobis visum est sequi.

LAPIDES PAÆGRANDES.] Hebr. lapides אלגבניש elghabisch, aiunt esse nomen compositum ex אל el articulo augente significatum, & גביש ghabisch, de quo vide Iob 28. 18. voluntque esse grandinem immanem, magnam: redduntque, & vos, o lapides immanis-grandinis, cadetis, vel casuri estis. Forsterus componit ex EL, fortis, potente, & גביש ghabisch, crystallo, quasi dicas, Crystallo magnum & potens: exponitque: & vos o lapides grandinis, seu crystallo cadetis. Auenarius, ex sono vocis hatiolatur esse gypsum præposito articulo Arabico EL ac si dicat, & vos vt lapides grandinis, vel gypsi corruetis. quod non congruit. Sic infra vers. 13.

DESUPER IRRVENTES.] Hebr. est futurum plurale fœmineum, secundæ vel tertiæ personæ, cadetis, vel cadent. vel translatiue, cadere-facietis, vel facient. & refertur ad lapides, qui Hebr. sunt fœminei generis. cadetis. super parietem. vel cadere-facietis, difficietis, parietem.

VERS. 12. SI QUIDEM ECCE CECIDIT &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Et ecce muro cadente, vel vbi ceciderit murus, an non dicetur ad vos, Vbi est tectorium, quod obduxistis? vel incrustatio qua murum incrustastis? 2. Quum ecce ceciderit paries iste, an non dicetur vobis, vbi est tectorium illud, quod obduxistis?

VERS. 13. PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: 1. Propterea sic dicit Dominus Iehoua: Ego efficiam vt ventus procellosus irrumpat in furore meo in parietem, & sit imber inundans in ira mea, & lapides grandinis magna in calore meo, ad perdendum. 2. Idcirco sic ait Dominus Iehoui, & diffindam vento procellosissimo in excandescencia mea, & imber inundans in ira mea futurus est, lapidesque immanis grandinis in excandescencia ad consumptionem. videlicet parietis illius.

VERS. 14. ET DESTRVAM PARIETEM &c.] Alij ex Heb. 1. Ego euertam parietem illum, quem vos crusta-inuisti, vel solubili incrustastis, & affligam eum ad terram, & reuegetur fundamentum eius, & cadet, & vos conficiemini in medio eius, & scietis quod ego sum Iehoua. 2. Ita destrvam pa-

rietem, quem obduxeritis inepto tectorio, & prosternam eum in terram, adeo vt detegatur fundamentum eius: eaque irrrente consumemini in medio eius, vt experiamini me esse Iehouam. Exponunt: eaque irrrente, videlicet excandescencia vel æstu iræ, qui nominatus est versu præcedente: nam eo referti comonstrat mutatio generis.

ET CADET.] verbum est fœmineum, vnde non videtur apte referti posse ad parietem, qui est masculci generis: sed ad ardorem, seu æstum iræ, vel excandescenciam, quæ præcessit vers. 13. quod etiam indicat proximè antecedens accentus, Athnach, in medio eius. Pronomen est fœmineum. id est excandescencia, seu Ierusalaim. Mirum Maldonarum vitium eruditum exponere, in medio eius. scilicet fundamenti, vt apparet ex genere fœminino, Hebraicè. Sed יסוד iesod non est fœmineum, sed masculcum.

ET COMPLEBO INDIGNATIONEM MEAM VERS. 15. &c.] Alij hunc versum conuertunt: Sic vbi consummauero excandescenciam meam in parietem illum, & in eos, qui obducunt illum inepto tectorio, Dicam de vobis, Minime est paries ille, & minime qui obducebant illum.

PROPHETÆ ISRAEL QUI PROPHEANT VERS. 16. &c.] Alij: Isti propheta, vel Id est, propheta Israelis &c. Iungendum cum superioribus, qui obducebant, Isti propheta. seu, Id est, propheta &c. Seipsum explicat, quos per incrustatores seu complanatores intelligat, nempe pseudopphetas.

QUI PROPHEANT AD IERUSALEM.] Heb. in Latino: Ipsi Ierusalaim. quidam: pro urbe Ieruschalaimorum: seu in gratiam Ierusalaimorum,

ET VIDENT EI VISIONEM FACIS.] id est, prædicunt ei omni felicia ac prospera

ET TV FILI HOMINIS &c.] (Id est) hunc versum reddunt: Tu quoque, fili hominis, oppone faciem tuam filiabus populi tui, quæ prophetissas agunt ex animo suos, & propheta contra eas. Huius prophetiæ, quæ altera pars capitis est, quam Deus Iechezkeli imperat hoc versu, partes sunt totidem, quas in superiore diximus: prolepsis, siue propositio summa, vers. 18. contestatio, vers. 19. & sententiæ dictio, sequentibus.

QUÆ PROPHEANT,] מתנבאות mitnabbeoth, Particium fœmineum plurale Hitchpael, prophetare sese-facientes, seu prophetissas agentes. Notant Hebræi, vt aliàs etiam diximus, id verbum in ea coniugatione, fallacè plerumque prophetiam significare, quum quis sese propria auctoritate à Deo non missus ingerit, vt prophetet: & vt equidem hîc sumi extra omnem controuersiam est.

VÆ QUÆ CONSVNT PVLVILLOS SVB OMNI CVBITO MANVS, ET FACIUNT CERVICALIA SVB CAPITE VNIVERSÆ ETATIS] AD CAPIENDAS ANIMAS.] Tremellius & Iunius hunc locum ita enarrant: Væ consuentibus puluillos pro omnibus axillis manuum, vel brachiorum populi mei, & parantibus confibulas pro capite cuiuscunque stature ad venandum animas. Pseudopphetissas his verbis propheta figurat à ritu ipsarum duplici: nam quum

quam vellent ipsæ quietem, eamque firmissimam & immotam Iudæis significare, puluillos assuebant, velut quietis constantissimæ typos: & capitia pro omni sexu ac ætate confingebant, certis loris, fibulis, aut consimilibus astricta, vt figurarent populum certissimè protegi & constantissimè diuina ope, nunquam fore vt defensio hæc ab ipsis cessaret. Atque his modis populum fallebant, vitæ suæ falsis artibus consulebant, & Dei nomen dedecorabant adhibentes commentitios typos prophetiis suis, atque impiè blasphemabant.

CONFIBULAS.] Hebræa, inquit, vox vniuersè (vt ipsius etymon ostendit) significat ea, quibus res constringuntur atque adherescunt: vt sunt fibula, lora, harpedonæ, vncii, pedes quos Iureconfulti vocant offendices, & si quæ sunt huiusmodi: quamobrem vocem latepatentem ad exprimendam vtrunque illius vim adhibuimus; fortè etiam tias, siue (vt propriè vocat Lilius) apices, commodè reddideris. Quidam tamen allegoricum esse sermonem volunt, consuevere puluillos & facere cernicalia, pro eo quod est ad voluntatem & plausum populi falsas prophetias aptare: vt in superiore allegoria, *incrustare parietem*.

PVLVILLOS.] כֶּסֶת חֹתָם *chesathoth, puluina-ria*, seu puluillos omnes fere interpretantur: nec desunt, qui *culcitellas*. Forsterus à כֶּסֶת *casah* deducit, *tegumenta, opertoria, operimenta*. Hispanicus Interpres, *coxinetes*, reddit. Sic infra vers. 20.

CERVICALIA.] מִסְפַּחֹת *misphachoth*, Hebræi passim & nostri, exponunt *lintheamina*, seu *velamina*, explanata & extensa, quibus mulieres caput velant & ornant, *vela, pepla, flammeos*. Forsterus existimat esse idem omnino quod מִסְפַּחֹת *misphachoth*, permutato Tet in Samech: de quo vide Ruth 3.15. & Isai. 3.22. Tremellius, Iunius, Buxtorfius, aiunt esse, *confibulas, offendices*, forte etiam *tias, & apices*. De *offendiculis* vide Festum: de *apice*; eundem Festum, & Seruium in 2. Aeneidos, ad versum illum,

Fundere lumen apex.

cuius formam expressam inspicias apud Iacobum Gutherium lib. I. de Vetere Iure Pontificio, cap. 29. Possis exponere *capitia*, id est, capitum tegmina, de qua voce Nonius cap. 14. §. 37. vel *suffibula*: [*Suffibulum*, inquit Festus, est *vestimentum album prætextum quadrangulum oblongum, quod in capite virgines Vestales, quum sacrificant, semper habere solent; idque fibula comprehenditur.*] Cuius formam exhibet Gutherius eodem loco. Forte erant *rica*. Festus: [*Rica est vestimentum quadratum fimbriatum, purpureum quo Flaminiæ pro palliolo mitræ utebantur, vt Verricus existimat: Titinius, rica ex lana succida alba vestitus: alij dicunt, pallium esse triplex, quod consiciant virgines ingenuæ patrimæ matrimæ; quod ceruleo colore infectum lauatur aqua pura. Alij, quo Flaminiæ cingat pileum.*] Ego nequaquam dubitauerim CESATHOTH, & MISPACHOTH quæ hic memorat propheta genera quædam stragulorum aut vestimentorum fuisse, quæ pseudo-prophetiæ ad veneficia seu falsa vaticinia

adhiberent, tunc nota, nunc vero incognita: vt apud Romanos Vestales & Flaminiæ, ad sacrificia. Quidam exponunt: *superhumerales tunicas, & cernicalia, quasi rem sacram instar ephod*. Hispanicus Interpres hunc locum exponit: *Ay de aquellas que cosen coxinetes à todos codos de manos. Manos por brazos: y haz en veletas sobre la cabeça de toda edad. id est, hinchén las cabeças de viento, de vanas esperanças. para caçar las animas*. Sic infra vers. 20. & 21.

ET QUVM CAPERENT ANIMAS POPULI MEI.] Alij: 1. *animas venamini in populo meo*. Contestatio, id est, an dispendio vitæ animarumque populi mei oportet vos victum quærere sceleratissime? allegoria. 2. *num capietis animas populi mei?* id est perderis.

VIVIFICABANT ANIMAS EORVM.] Alij: 1. *& animas vobis viuas conseruatis?* id est, quum vtilè vobis futurum est, eis pronuntiatis vitam. 2. *& animas, quæ ad vos veniunt, vel quæ vestra sunt, id est, vobis credunt, viuificabitis?* promittendo scilicet illis felicia, quod contra tamen eueniet.

ET VIOLABANT ME AD POPVLVM MEVM PROPTER PUGILLVM HORDEI ET FRAGMEN PANIS.] Hebr. *Et violauistis, profanauistis, confodistis, sauciastis, lastistis me, ad populum meum, vel apud populum meum, coram populo meo, in pugillis hordeum, vel propter pugillos, seu pro pugillis hordei. & in fragmentis panis. seu propter fragmenta panis. vel pro buccis, frustulis panis.* id est, pro re exigua, tenuissima, adeoque nihili: vt Michæ 3.5.

AD INTERFICIENDVM ANIMAS, &c.] Alij ex Hebr. 1. *ad interficiendum animas, quas neci dare non debueratis; & ad viuificandum animas; quibus vitam promittere non debueratis: dum vos mentimini populo meo, qui auscultant mendacio.* id est, vaticiniis vestris vanis. 2. *morte-afficiendo animas; quæ non morentur, nisi vestra culpa: & viuificando, seu victuras predicando animas, quæ non sunt victuræ: mentiendo apud populum meum, qui auscultant mendacio.*

QUIBVS VOS CAPITIS ANIMAS VOLANTES.] Variè alij ex Hebr. 1. *quibus venamini ibi animas in auolantes, siue, vt sint auolantes, vel vt auolent à corpore.* hoc est, moriantur & pereant. Ita Kimchius; Sanctes, Leo Iudæ; Vatablus. 2. *Isidorus Clarius: quibus venamini ibi animas vt sint inuolantes.* id est, vt aduolent & veniant ad vers. 3. Forsterus: *quibus vos capitibus ibi animas quasi sint germinantes.* 4. *Marinus: quibus vos venamini animas germinantibus.* id est, iuuenibus pubescentibus, scilicet puellis: nam est femineum. 5. *Auenarius: quibus vos venamini ibi animas virescentes.* 6. *fæminas ad efflorescendum.* id est, quas ob id florituras vos illis mentimini. 7. *Tremellius & Iunius: quibus vos illic, videlicet in Iudæa, vbi prophetiæ tenues Iudæos explebant spe, & exhauriebant domos. venamini animas adductura eas in floralia.* id est, vt eas abducatis in hortos vestros floribus consitos, & in lucos vestros, vbi sunt

lupanaria ad perditionem animarum constituta. Eiusmodi hortos *floralia* appellari testis est Varro lib. 1. de Re rustica, cap. 23. Aptius expones: *in floralia*, id est, festa au sacra Floræ, de quibus Lactantius Firmianus lib. 1. cap. 20. Fortè Iudæis idololatriæ erant Ludi seu festa similia Romanis Floralibus: de quibus plurima Hospinianus lib. 2. de Festis, folio 99. & sequentibus. Sic statim.

ET DIMITTAM ANIMAS, QVAS VOS CAPITIS, ANIMAS AD VOLANDVM.] Ex Hebr. alij: 1. & *amandabo*, seu *dimittam liberat*, *eripiam animas, quas venamini, animas vt auolent*. Ordo inuersus: animas, inquam, quas venamini vt auolent à corpore, id est, moriantur & pereant. vel *animas, inquam, vt sint auolantes*. subaudi è manibus vestris. quasi dicat, liberabo eas è manibus vestris. 2. Forsterus: & *dimittam animas, quas vos allicitis, vt sint anima auolantes*. seu *germinantes*. 3. Tremellius & Iunius: & *dimittam animas, quibus vos in floralia abducentes venamini animas virorum*. id est, animas fœminarum, quibus vos capitatis animas virorum in floralibus seu lucis illis, vel lupanaribus idololatriæ.

VOS CAPITIS.] Heb. *vos venantes*. vos, est masculinum, & *venantes* fœmineum: perspicua discordia geuerum, non sine mysterio: forte vt innuat pseudopphetissas illas ad venandum animas masculas & viriles, masculam & virilem operam adhibuisse, ac victrices euasisse, seu præualuisse.

ANIMAS AD VOLANDVM.] Hoc solum loco occurrit in Scriptura plurale masculinum נִפְשֵׁי נֶפֶשִׁים *nephachim*, & proculbiò signicat animas virorum, quasi dicas, animas masculas, viriles.

VERS. 21.

ET DIRUMPAM CERVICALIA VESTRA &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Et lacerabo confibulas vestras, vt eripiam populum meum è manu vestra, neque sint amplius in manu vestra vestra venationi, seu præde: ita experie-*

mini me esse Iehouam. Obseruandum hoc versu in eodem filo verborum esse permissionem generum: nam *cervicalia vestra*. pronomen est masculinum, vt etiam, *brachia vestra*, superiore versu: at *de manu vestra, & in manu vestra*. & verbum, *cognoscetis* sunt fœminea omnia. Fortè quod promiscuè alloquatur pseudopphetas, & pseudopphetissas: vel quod pseudopphetissis propter earum immanem animum tribuantur pronomina masculina: vide versu præcedente.

PRO EO QVOD MOERERE FECISTIS COR IVSTI MENDACITER.] Alij ex Heb. 1. Sanctes: *Pro eo quod, vel propterea quod dolere fecistis cor iusti mendacio*. id est, falsa & mendaci prophetia, prædicendo illi aduersa & infelicia nomine meo, idque falsò. 2. Forsterus: *Propter perturbare cor iusti mendacio*. id est, *Propterea quod perturbatis cor iusti mendacio*. 4. Auenarius: *Propter obscurare, seu perturbare cor iusti falsitate*. 4. Tremellius & Iunius, ac Buxtorfius: *Eo quod atterunt animum iusti falso, seu falsitate, &c.* Conclusio summa prophetiæ. Coniugario Hiphil auget significatum.

QVEM EGO NON CONTRISTAVI, &c.] Alij: *quam ego non eram affecturus dolore, & confirmant manus improbi, vt non reuertatur à via sua pessima, vt in vita conseruem eum*. Alij: *vt seruetur viuus*. Heb. exponunt: *uiuificando eum*. id est, promittendo ei vitam longam & omnia prospera.


PROPTEREA VANA NON VIDEBITIS &c.] Nonnulli hunc versum ex Heb. reddunt. *Idcirco vanitatem non estis visura, & diuinationem non diuinitura amplius*. id est, peritura estis: Noema, vt supra cap. 12. 24. pro eo quod est, non eritis amplius, nedum vt vanitatem videatis, & prophetetis populo. *Sed eripiam populum meum e manu vestra, & experiemini, ô vos pseudopphetissæ, me esse Iehouam*.

VERS. 23.

CAPVT XIV.

Comminatur Dominus idololatrias qui veniunt ad prophetas, vt per eos consulant Dominum, dicens se illos perditurum, & prophetas decepturum, vt respondeant iuxta illorum integritates: Noë autem, Danielem & Iob sua iustitia liberaturos se tantum & non impios de fame, malis bestiis gladio & peste, que in populum peccatorem immittet Dominus: additur etiam consolatio reliquiarum Israel.


Vulg.

1  *T venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me.*

2 *Et factus est Sermo Domini ad me, dicens:*

3 *Fili hominis, viri isti posuerunt im-*

Malu.

1  *T venerunt ad me homines de senibus Israel: & sederunt a facibus meis.*

2 *Et fuit verbum IHHV ad me, ad dicere.*

3 *Fili hominis, homines isti ascenderunt*

a datiuus. ad facies meas

munditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis sua statuerunt contra faciem suam: numquid interrogatus respondebo eis?

4 Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hec dicit Dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis sua statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum:

5 Ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt à me in cunctis idolis suis.

6 Propterea dic ad domum Israel: Hec dicit Dominus Deus: Converterimini, & recedite ab idolis vestris, & ab uniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras.

7 Quia homo homo de domo Israel, & de profelytis quicumque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis sua statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me.

8 Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus.

9 Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel:

10 Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas propheta erit:

11 Ut non erret ultra domus Israel à me, neque polluatur in uniuersis prauaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

12 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

13 Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, ut prauaricetur prauaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & iumentum.

dere fecerunt stercorem sua super cor suum; & impactionem prauitatis suae dederunt rectitudinem facierum suarum: an quæri quærar eis?

4 Ad sic loquere ad eos, & dices ad eos, Sic dixit ADONAI IHVH, vir vir de domo Israelis, qui ascendere faciet stercorem sua ad cor suum, & impactionem prauitatis suae ponet rectitudinem facierum suarum; & veniet ad prophetam: ego IHVH responsus fui ei venienti in multitudine stercorem suorum.

5 Correspondentiæ capere domum Israelis in corde eorum: qui abalienati fuerunt de super me in stercorem suis, omne eorum.

6 Ad sic, dic ad domum Israelis, Sic dixit ADONAI IHVH; Reuertimini & reuertere facite de super stercorem vestra, & de super omnes abominationes vestras conuertere facite facies vestras.

7 Quia vir vir de domo Israelis, & de tracto, qui trahet in Israele, & abalienabitur de post me, & ascendere fecit stercorem sua ad cor suum, & impactionem prauitatis suae ponet rectitudinem facierum suarum: & veniet ad prophetam ad quærerere ei in me; ego IHVH responsus fui ei in me.

8 Et dabo facies meas in viro ipso, & afflare faciam eum signo, & prouerbis; & excindere faciam eum de medio populi mei: & cognoscetis quia ego IHVH.

9 Et propheta quia persuadetur, & loquetur verbum; ego IHVH persuasi prophetam ipsum: & extendam manum meam super eum, & abolebo eum de medio populi mei Israelis,

10 Et leuabunt prauitatem suam: sicut prauitas quærentis sicut prauitas prophetae erit.

11 Correspondentiæ non errabunt adhuc domus Israelis de post me; & non taminabuntur adhuc in omnibus transgressionibus suis: & erunt mihi populo, & ego ero eis ELOHIM; Fidelis sermo ADONAI IHVH.

12 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

13 Fili hominis, terra quia errabit mihi, ad transcendere transcensionem, & extendam manum meam super eam; & confringam ei baculum panis: & mittam in ea famem, & excindere faciam de ea hominem, & animal.

b deos stercoreos suos, tornatilia sua vide Leuit. 16. 30.

c offendiculum, ruinam d curuaturam, distortio nis, peractio nis

e è regione, ex aduerso

f Quisquis, quicumque

g ut v. 3.

h ut v. 3.

i ut v. 3.

k ut v. 3.

l ut v. 3.

m datiuus.

n ut v. 3.

o omnes ipsi

p ut v. 3.

q ut v. 4.

r peregrino;

aduena, in-

quilino

f peregrina-

bitur, inco-

lec

t ut v. 3.

u ut v. 3.

x ut v. 3.

y ut v. 3.

z datiuus, in

signum

a datiuus, in

prouercia

b quum

c ut v. 5.

d ultra, am-

plius, deinceps. sic mox

e defectio-

nibus

f datiuus. in

populum

g datiuus. in

Deum

h vide Ge-

nes. 2. 16.

i quum

k peccabit,

delinquet

l virgam,

scipionem

m qua

n bestiam,

jumentum

14 Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

15 Quod si & bestias pessimas induxero super terram ut vastem eam; & fuerit inuia eo quod non sit pertransiens propter bestias:

16 Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.

17 Vel si gladium induxero super terram illam, & dixerò gladio: Transi per terram: & interfecero de ea hominem, & iumentum.

18 Et tres viri isti fuerint in medio eius, viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli liberabuntur.

19 Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effunderò indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem, & iumentum:

20 Et Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.

21 Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quod & si quattuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem: ut interficiam de ea hominem, & pecus.

22 Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios, & filias: ecce ipsi ingredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adiunctiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem, in omnibus quæ importauì super eam.

23 Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum, & adiunctiones eorum: & cognoscetis quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

14 Et erunt tres homines isti in medio eius, Noach, Daniel, & Iob, ij in iustitia sua eripient animas suas, ° Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

15 Si P feram malam transire-faciam in terra, & orbabit eam: & erit ¶ afflatio de ¶ nequaquam transiente de faciebus feræ.

16 Tres homines isti in medio eius, viuens ego, ¶ Fidelis-sermo ADONAI IHVH, si filios & si filias eripient: ij ad solum ij eripientur; & terra erit ¶ afflatio.

17 Aut gladium venire faciam super terram ipsam; & dicam, gladius transibit in terra; ¶ & exscindere faciam de ex ea hominem, & ¶ animal.

17 Et tres homines isti in medio eius, ¶ Viuens ego ¶ Fidelis sermo ADONAI IHVH; non eripient filios & filias: quia ij ad solum ij eripientur.

19 Aut pestem mittam ad terram ipsam; & effundam ¶ ardorem meum super eam in sanguine, ad exscindere-facere de ex ea hominem, & ¶ animal.

20 Et Noach, Daniel, & Iob in medio eius, ¶ Viuens ego, ¶ Fidelis-sermo ADONAI IHVH; si filium si filiam eripient: ij in iustitia sua eripient animam suam.

21 Quia sic dixit ADONAI IHVH, Etiam quia ¶ quattuor iudiciorum meorum malorum, gladium & famem, & ¶ feram malam, & pestem mittam ad Ierusalaim ad exscindere-facere de ex ea hominem, & ¶ animal.

22 Et ecce superrelicta fuit in ea euasio, exire-facti filij & filia, ecce ij exeuntes ad vos; & videbitis viam eorum, & ludicra eorum: & ¶ consolabimini super malum quod venire-feci super Ierusalaim, ad omne quod venire-feci super eam.

23 Et consolabuntur vos, quia videbitis viam eorum, & ludicra eorum; & cognoscetis quia non gratis feci omne quod feci in ea, Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

o vt v. 11.

p viuum, bestiam. sc statim q afflatus, stupenda desolatio

¶ neutiquam, non omnino ¶ vt v. 11

¶ vt v. 15.

¶ quo exscindam x vt v. 13.

y vt viuo z vt v. 11.

a æstū iræ, excandescantiam

b vt v. 13.

c Ne viuam


d vt v. 11.

e quaternarium

f vt v. 15.

g vt v. 12.

h consolacionem. cāq pietis



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T VENERUNT AD ME, &c.] Hunc versum alij sequenti coniungunt: *Deinde quum venientes ad me quidam de senioribus Israël sederent coram me: Fuit verbum Iehoua ad me dicendo, &c.* Huius capitis, inquit, præter inscriptionem (quæ duobus versibus continetur) propheticae partes sunt duæ: prior est, propositio impietatis Iudæorum, & iudiciorum Dei contra illos & prophetas illorum; vsque ad vers. 12. posterior, propositio decreti irrevocabilis, ad finem vsque.

VIRI SENIORVM, &c.] Alij: *quidam de senioribus Israël.* Tremellius & Iunius hæc annotant: *[Plerique omnes ex deportatorum numero hos seniores fuisse putant, ut supra cap. 8. 1. neque repugnamus valde: sed tamen videtur potius ex prophetia argumento statuendum esse, hos fuisse liberos, ac non deportatos, qui ad Iudææ regnum adhuc pertinuerint, & cum legatione Tzidkija venerint in Babyloniam: ut solent legatis seniores consiliarij & viri auctoritate, ingenio, scientiaque præstantes adhiberi. Legationem autem ante hæc tempore fuisse à Tzidkija missam in Babyloniam, ut à fiduciario rege, apparet ex Ieremia 51. v. 59.]* Hæc illi. Quæ nobis sanè non displicent.

VERS. 3.

FILI HOMINIS, &c.] Priore hac propositione, aiunt, continentur duo: hypothetis, quæ materia est siue occasio totius prophetiæ, hoc versu: deinde thesis, siue prophetia generatim & ad Iudæos omnes, & ad hos, qui coram erant, sermonem Dei accommodans.

VIRI ISTI POSVERUNT IMMUNDITIAS SVAS, &c.] Alij ex Hebr. 1. *viri isti ascendere fecerunt, vel passi sunt ascendere, idola sua ad cor suum, & offendiculum iniquitatis sue posuerunt coram facie sua: nunquid rogatus respondebo eis, vel num consultus interrogabor eis?* quasi dicat, sunt idololatræ ex animo, magnam tamen præ se ferentes religionem: num quum me consulent, eis sum responsurus? sanè non, nam sunt indigni. 2. *viri isti induxerunt stercoreos deos suos in animum suum, offendiculum iniquitatis sue positum habent è regione faciei sue: an villo pacto consulor ab eis?* id est, totum animum suum addixerunt idololatriæ, & adhuc iniquitatibus suis immergi sunt: qua fronte, obsecro, audent isti comparere in conspectu meo ad consulendum me? indignissimum est me ab istis vel momento vno appellari, qui me non consulunt ex animo, sed suis studiis, dum consultores agunt coram te, indefinenter traducuntur: vide infra cap. 20. 4.

NVM QVID INTERROGATVS, RESPONDEBO EIS.] Forsterus: *An querar questus ab illis. הַאֲדַרְוֹשׁ אֲדַרְוֹשׁ לְהֵם haiddarofsch iddarefch labem.* Secundum constat esse primam personam futuri Niphal, *querar, requirar.* primum verò plerique volunt esse infinitum Niphal cum præfixo *He* interrogatiuo, *Maluenda, In Ezechielis.*

posito *Aleph* pro *He*, nempe *הַאֲדַרְוֹשׁ haiddarofsch*, pro *הַאֲדַרְוֹשׁ habiddarofsch*, quia difficilis esset pronuntiatio duorum *He* continua, *queri, querar?* vel *querendo, passivè, querar?* aut *consultendo consulor?* aut *requirendo requirar?* Tremellius & Iunius: *An consulendo consulor, vel an villo pacto consulor ab eis?* vel *an villo pacto expositurus essem eis?* puta, qui me proponunt sibi ante oculos suos. Hoc sensu accipitur Hebræum verbum Iesai. 65. 1. Nobis magis placet quod aliis quoque visum; futurum esse, ut secundum, diuersæ formæ, atque esse concursum duorum futurorum augendi sensus gratia, ut 2. Reg. 6. 21. *[Num percussiam percussiam, pater mi? Sic hinc: An requirar requirar eis, id est, an omnino, villo pacto, querar ab eis? Nonnulli Hebræorum volunt vtrumque esse futurum Hithpâhel, & Daghes, esse loco Thau characteristico eius coniugationis; quod sane amplius intendit significatum: An querere me faciam, querere me faciam? id est, an villo pacto me exponam eis?]*

VERS. 4.

PROPTER HOC LOQVERE EIS, &c.] Alij: *Idcirco alloquere eos, &c.* Thesis, ut diximus in præcedentem versum: cuius argumentum summum ponitur duobus versibus: Deinde vero ergasia, siue exornatio illius, vsque vers. 12.

EGO DŌMINVS RESPONDEBO EI IN MULTITVDINE IMMUNDITIARVM SVARVM.] Variè alij ex Hebr. 1. *ego Iehoua adductus sum ut respondeam ei, venit in multitudine sordium suorum.* id est, quamvis veniat in multitudine idolorum suorum, seu plenus idolis suis. 2. *ut sum Iehoua, iurantis verba, ut multa hoc capite extant ad confirmationem dicti. responsabo eidem tempore de multitudine stercoreorum decorum ipsius.* id est, non de illis rebus, quas rogaturus est, sed de hoc vno argumento, quod exponitur sequente versu.

RESPONDEBO EI.] נַגְהַנֶּתִי naghanethi, præteritum Niphal variè accipiunt. Forsterus: *ego Iehoua respondebo ei secundum multitudinem idolorum eius.* id est, reddam, rependam. Vatablus, & Bertramus: *respondentem me exhibui, sui me induci ut responderem, exorabilis fui, exorabilem me reddidi, præbui, ei.* præteritum pro futuro, ut scilicet, reuelem secretum cordis eius, non ut præstem, quod postulat, ut sequente versu exponitur. Marinus: *respondere factus fui.* siue *adductus sum ut responderem ei. inductus, impulsus sum ad respondendum.* Auenarius: *consultus sum ei, cognitus sum ei, de sententia animi mei.* Schindlerus: *exauditus sum ei.* Ex verbo si sic liceat loqui: *responsus sui ei.* Nam ea coniugatio significationem passivam ordinariè habet, id est, responsum à me habuit, retulit. Hebræa addunt, *בָּהּ bah,* cum *He*, quod tamen pro *Aleph* positum volunt, ut litteræ *Eheu* sunt permutabiles, *ba, venis, vel venienti.* Quidam legunt

BAH, in ea. seu in eodem tempore. Aliqui exponunt: *responsor fiam ei in ea.* scilicet iniquitate sua, in multitudine idolorum suorum. quasi dicat, Permittam per idola dari responsum, ut illaqueantur, qui mihi non penitus adhæferint. Vide de hoc loco Theſaurum nouissimum Sanctis, colum. 2028. & sequentibus: & infra etiam vers. 7.

VERS. 5.

UT CADIATVR DOMVS ISRAEL, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *ut deprehendam, vel capiam, carnam, domum Israël in corde eorum.* id est, ut reuellem eis, quæ gerunt in animis suis, ut palam ostendam eos defecisse à me, qui alienati sunt omnes à me propter sceleritates suas. 2. *ut reprehendam domum Israël in animo ipsorum, quod auerterunt se à me, adhæserunt stercoreis diis suis omnes.* id est, verberem & euincam, velint nolint, ipsorum conscientias impietatis suæ.

VERS. 6.

PROPTEREA DIC AD DOMVM ISRAELIS: HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. elucidant: *Idcirco dic domui Israël, sic ait Dominus Iehoui, Convertimini, & auertite animos à stercoreis diis vestris; auertite, inquam, ab omnibus abominationibus vestris faciem vestram.* Ergastix, siue exornationis, de qua diximus in vers. 8. membra sunt hæc, reuocatio ad pœnitentiam, hoc versu, interminatio contra obnitentes cum populares, tum pseudo prophetas, quatuor sequentibus; & iudiciorum finis, v. 11.

ET RECEDITE.] Hebr. *reueri*, seu *conuerſi-facite.* subaudi. alios, q. d. inuitate alios ad pœnitentiam. vel *oculos*, seu *animos vestros.*

VERS. 7.

QVIA HOMO HOMO, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. efferunt: 1. *Quoniam quicumque de domo Israël, & de peregrino, qui habitat in Israele, qui ab alienatus fuerit à me, & passus fuerit ascendere sordes suas in cor suum, posueritque offendiculum iniquitatis suæ ante faciem suam; & venerit ad prophetam consulturus me per eum: ego Iehoua patiar ut respondeatur ei ex me. vel propter me.* id est, in gloriam nominis mei, & non propter preces eius. 2. *Nam quisquis è domo Israël, aut ex peregrinis, qui peregrinantur in Israele, auerterit se à post me, seu à sequendo me, inductis stercoreis diis suis in animum suum, & offendiculum iniquitatis suæ positum habuerit e regione faciei suæ: quum venerit ad prophetam ut consulat per eum me, ut sum Iehoua, responsabo ei per me.* vide supra v. 4.

VERS. 8.

ET PONAM FACIEM MEAM SVPER HOMINEM ILLVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Ponamque faciem meam contra hominem illum, & vastabo eum, ut sit in signum, & in prouerbium, seu vice fabula, extirpaboque eum de medio populi mei, & scietis quia ego Iehoua.* 2. *Et opponens iratam faciem meam viro isti, ponam in signum, id est, eum anteaſti iudicij monumentum, tum demonstrationem iustorum iudiciorum Dei euentorum immorigeris, ut loquitur Apostolus 2. Theſſalon. i. vers. 5. & in parabolas, ex interminatione Deuteronom. 28. 37. denique excindam eum è medio populi mei, ut experiamini me esse Iehouam.*

ET FACIAM EVM IN EXEMPLVM.]

והאשמותי vahasimothibu, plerique à הוֹפִילִי cum se in sinistro faciunt prateritum Hiphil, & ponam, seu ponere-faciam eum in signum. sed exemplaria constanter habent cum se in dextro à שָׁמַם schamam, & aflare-faciam eum seu & obstupesciam, stupendum reddam, vel stupende-desolabo eum, ut sit in portentum: Adde quod à s v m prateritum Hiphil vix reperitur in Scriptura.

VERS. 9.

ET PROPHETA, QVMM ERRAVERIT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Et propheta, si seductus loquutus fuerit sermonem, id est, si pronuntiauerit prophetiam falsam, si falsus fuerit propheta: ego Iehoua seduxi prophetam illum; extendamque manum meam super eum, & delebo, extirpabo, eum de medio populi mei Israël.* 2. *Ipse autem propheta, quum pellectus fuerit ut eloquatur verbum, videlicet, quod illi postularint, ad voluntatem prophetans ipsis: ego Iehoua pellexero prophetam ipsum: & extendens manum meam contra ipsum, perdam ipsum è medio populi mei Israël.* id est, quemadmodum auis imprudens pellicitur esca, ita effecero ut iste perfidus & nequam pelliciatur ipsis muneribus donariisque consulentium; sed tandem quoties commodum videbitur ut auceps plagarum funes retrahens, aut piscator retium peridromidas, ita inclinans manum meam intercipiam ipsum.

ET PORTABVNT INIQUITATEM SVAM

&c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: *Itaferent pœnam iniquitatis suæ, æquè pœna consulentis, ac pœna propheta erit.* q. d. vterque punietur, & qui superstitione contulit, & qui falso responderet. Hic iniquitas, pro pœna iniquitatis, ut in sequentibus huius versus: vide in Genes. 4. 13.

VERS. 10.

ET FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME, DICENS.] Alij: *Iterum fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.* Secunda pars prophetiæ ut diximus in versum 1. qua Deus nunc demum recusantibus ludæis pedem referre ab idololatria, & suis iniquitatibus, sententiam fert irreuocabilem, primùm de quatuor plagis pronuntiatæ lege, vsque ad vers. 21. dein de verò de funestissima captiuitate, & reliquiarum salute ex promissionibus Euangelij, versibus reliquis.

VERS. 12.

ET SI FVERINT TRES VIRI &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Etiamsi essent hi tres viri in ea, Noach, Daniel, & Iob, ipsi cum iustitia suæ eriperent se ipsos; solum ut ex versu sequente exprimitur, dictum Domini Iehoui: Hypothetica denuntiatio, ut Ierem. 5. 2. quasi dicat, propheta, si intercederent homines mihi acceptissimi, & in quibus edidi hætenus documenta spectatissima misericordiæ, non tamen duceret misericordia. In his enim tribus fuerunt illustrissima gratiæ diuinæ exempla: eum Noach ex communi diluuii; Iob ex grauissimis post omnem hominum memoria calamitatibus & Daniel ex communi Sapientum cæde ereptus, atque euectus sit.*

VERS. 14.

QVOD SI ET BESTIAS PESSIMAS &c.] Quidam hunc versum ex Heb. reddunt: *Si bestias malas transfusero in terram orbaturus eam adeo*

VERS. 15.

adeo ut sit desolatio, seu desolatissima absque transeunte propter illas bestias.

VERS. 16. TRES VIRI ISTI SI FVERINT IN EA &c.] Alij hunc versum exprimunt: Tres viri isti in ea, ne viam ego, dictum Domini Iehoui, si filios aut si filias eriperent; ipsi se solos eriperent, terra autem esset desolatio, seu desolatissima.

VERS. 19. IN SANGVINE.] vel pro sanguine. Quidam: ad eadem. ut supra cap. 5. v. 17. id est, pestem certissimam & presentissimam mortem afferentem. Alij: in sanguine. humano corrupto. id est, efficiam ut sanguis humanus corruptur & inficiatur propter aeris corruptionem unde generetur pestis.

VERS. 21. QUONIAM HÆC DICIT DOMINVS &c.) Hunc versum alij ita concipiunt: Nam sic ait Dominus Iehoui &c. Alterum membrum denuntiationis, de captiuitate accessura ad superiores plagas, ut diximus in vers. 12. Etiam quum quatuor iudicia mea hac pessima, gladium ac famem; bestiasque malas, & pestem immisero contra urbem Ierusalaimorum, ad excindendum ex ea homines & iumenta. 2. Quoniam sic dixit Dominus Iehoua: Quanto magis si quatuor iudicia mea mala, id est, flagella, quibus orbem punio: gladium & famem, & bestiam malam & pestilentiam immisero contra Ierusalaim, ut succidam ex ea homines & iumenta. Est sensus: vnaquæque ex dictis plagis perdere solet nationem totam; quanto magis ipsæ quatuor simul immissæ delebunt: ipsas autem quatuor omnes in urbem Ierusalaim immitam, hoc versu: & tamen mitius agam nam non profus redigetur in nihilum, nam reliquias conseruabo, versu sequente. De particula *אנא* vide Genes. 3. 1.

VERS. 22. TAMEN RELINQVETVR IN EA &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Et ecce remanens in ea euasio, vel Et ecce reliquum in ea, quod est asu filiorum, & filiarum, qui educti sunt, et ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum, id est, viuenditationem, ac studia eorum, & consolationem capietis super calamitate, quam induxi super Ierusalaim; super omni,

inquam, calamitate, quam induxi super eam. 2. Sed ecce reliqua fiet in ea euasio. vel reliqui fiene in ea, qui euadant, qui educantur, filij & filiae: ecce ipsi procedent ad vos; id est, in deportationem vobiscum venient: sed longè aliter instituentes vias suas quam rebelles isti, nempe in penitentia & fide in Christum: ut videatis viam ipsorum & actiones ipsorum: id est, iustam mercedem antea actæ vitæ eorum, quam tam proteruè abutuntur ad blasphemandum nomen meum & ludificandum: ut dicitur supra cap. 11. v. 25. & consolemini ipsos in malo, quod induxero contra urbem Ierusalaimorum in omnibus, qua induxero contra eam. id est, annuntiatis promissionibus Euangelij, ex peccatorum conscientia & malorum acerbitate ad certam fidem & conscientiam promissionum & gratiam dei erigatis.

VIAM EORVM ET ADINVENTIONES EORVM.] Aliqui in bonum accipiunt, piam vitam & sanctas actiones reliquiarum. Alij in malum, id est, antea actam prauam eorum vitam & improbas actiones: quod est rectius; è sequente versu.

ET CONSOLABIMINI.] *וַיְחַנְּנֵנִי* venichanthen, Quidam ex Pihel faciunt, actiue & consolabimini illos. Sed plures sunt qui ex Niphal, passiue, seu neutraliter & consolationem capietis. Sed prius magis aridet.

ET CONSOLABVNTVR VOS &c.] Alij: hunc versum ex Heb. transferunt: 1. Hi afferent vobis consolationem, quando videritis viam illorum & studia eorum; & cognoscetis quod non sine causa fecerim omnia qua feci ei, dictum Domini Iehoua. 2. Et consolationi erunt vobis, quum videritis viam eorum & actiones eorum: ut agnoscatis me non immeritò fecisse, quacunque fecero in eam, dictum Domini Iehoui. id est, tandem id sequetur, ut erecti fide & vera penitentia ac certiores facti de gratia Dei & salute sua, vos ipsos attonitos ad grauitatem iudiciorum Dei, quibus pressi fuerint, consolentur.

CAPVT XV.

Sicut lignum de vite præcisum soli seruit igni, ita Iudeos ob inueterata peccata cum Ierusalem prædicat exurendos.

Vulg.

Malu.



I factus est sermo Domini ad me dicens.

2 Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemonum, quæ sunt inter ligna siluarum?

3 Numquid tolletur de ea lignum, ut fialopus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodeumque vas;

Maluenda, In Ezechielis.



I fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

2 Fili hominis, quid erit lignum vitis de omni ligno? a incisione quæ fuit in lignis siluæ?

3 An b accipietur de ex eo lignum ad facere ministeriali: si accipient de ex eo c clauus ad suspèdere super eum omne vas?

a ramo, palmitis. inciso ut c. 8. 17.
b accipi fiet
c paxillus, palus

OOOO 2 4 Ecce

4 Ecce igni datum est in escam: utramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: numquid utile erit ad opus?

5 Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

6 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem.

7 Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, cum posuero faciem meam in eos,

8 & dederò terram inuiciam, & desolatam: eo quod præuicatores extiterint, dicit Dominus Deus.

4 Ecce igni datum fuit ad comedere: duas extremitates eius comedit ignis, & medium eius exustum fuit, an perumpet ministeriali?

5 Ecce in esse illud^d consummatum non^e conficietur ministeriali: etiam quia ignis comedit illud, & exustum fuit; & conficietur adhuc ministeriali?

6 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH; secundum quod lignum vitis in ligno siluæ, quod dedi illud igni ad comedere: sic dedi habitantes Ierusalem,

7 Et dabo facies meas in eis; de igne exiuerunt, & ignis comedet eos: & cognoscetis quia ego IHVH, in ponere me facies meas in eis.

8 Et dabo terram^f afflationem: correspondentia transcenderunt transgressionem, & Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

^d integrum, perfectum
^e aptabitur, apparabitur.
sic paulo inferius

^f afflatum, afflandam, stupendam, desolationem, desolatissimam
g vide Gen. 22. 16.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



FACTVS EST SERMO DOMINI AD ME DICENS.] Alij: Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo: Hæc, inquit, prophetia velut præcedentium corollarium est continens typum, versibus quatuor primis post hunc; & anagogen seu accommodationem illius prophetiam, tribus vltimis.

VERS. 2.

FILI HOMINIS, QUID FIET, &c.] Alij ex Hebr. versum hunc exponunt: 1. Fili hominis, quid fiet ex ligno vitis præ omnibus lignis? id est, quid præstat lignum vitis alij arbori, si fructum non fert? & ex palmite, qui est inter ligna siluæ? infrugifera & sterilia. Esse inter ligna siluæ, est non proferre fructum, quod arbores siluestres soleant esse infructuosæ. 2. Fili hominis, quid est lignum vitis præ omni ligno? quid præ putato ramo, qui est in lignis siluæ? Typus Iudæorum in Iudæa adhuc commorantium. quasi dicat, quid est in istis hominibus cur se ipsi faciant tanti, aut ego ad parcendum ipsis amplius adducar? Imò verò (inquit sequentibus) vt modo se habent, sunt isti omnium hominum indignissimi. 3. Fili hominis, quid erit lignum vitis præ omni ligno, palmite, inquam, qui est inter ligna siluæ? q. d. Si lignum vitis non fert fructum, quid præstat aliis lignis siluestribus & infructuosis? vel etiam ipsis palmitibus & ramis arborum siluestrium incisarum? Responsio sequente versu adhibetur: ac si dicat, nedum non præstat, sed illis omnibus inutilius est. Nam siluestria ligna quamuis infrugifera, at ædificiis, vasis, aliisque rebus sunt apta: & lignum vi-

tis si fructum non ferat, nulli profus rei, nisi igni vtile est.

NUMQUID TOLLETUR, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. tradunt: 1. Num accipitur ex ea lignum, seu materia, ex qua fiat opus aliquod? num capiunt ex ea clauum, seu paxillum vllum, vt suspendant ad eum quodcunque vas? 2. An sumitur ex eo lignum ad aptandum operi? an assumunt, impersonaliter, pro assumitur ex illo paxillus ad appendendum ei vllum instrumentum? Contraria his docere videtur Plinius initio capituli 1. lib. 14. [Vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Iouis simulacrum in vrbe Populonia ex vna conspicimus, tot ætis incorruptum, item Massilia pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesia Diana scanditur ex vite vna Cypria, vt ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt: nec est ligno vlli æternior natura. Verum ista ex siluestribus facta crediderim, quando hæc vites consuetudine annua coërcentur, & vis earum omnis euocatur in palmities, aut deprimitur in propagines, &c.] Sed loquitur Ezechiel de eo, quod ordinarie videmus in vitibus, quæ tondentur, seu putantur.

ECCE IGNI DATVM EST, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum explanant: 1. Ecce traditur igni in deuorationem, vel ad deuorandum: duas extremitates eius ignis absumpsit, medium eius combustum est, num proderit ad opus? 2. Ecce igni traditur in escam: quum duas extremitates eius consumpsisset ignis, & medium eius vstulatum fuerit, an proderit ad opus? id est, sarmentum exsectum non potest, vt sit integrum

VERS. 3.

VERS. 5.

integrum ad vllum opus accommodari, sed cogitur & in ignem abiectum vritur, vt Ioan. 15. 6. Postea vero sequitur comparatio minoris exposita vers. 5.

NVM QUID VILLE ERIT AD OPVS?] Hebr. an perumpet, aut proficiet ad ministeriale? Hispanice eleganter dicimus, aprouchara paraun meneſter? Sic versu sequente.

VERS. 5.

ETIAM QVVM ESSET INTEGRVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. exponunt: 1. En quum esset illud integrum, non ponit quippiam ex eo fieri: quanto minus quum ignis ipsum deuorauit, exustunq; sit, fiet ex eo ultra opus aliquod? 2. Ecce quum esset integrum, non aptabatur operi, quanto igitur minus, quum ignis consumpsit ipsum, & ustulatum est, aptaretur adhuc operi?

QVANTO MAGIS.] כן אפי' chi, etiam quia, quanto magis, vel quanto minus. vide in Genes. 3. 1.

VERS. 6.

PROPTEREA HÆC DICIT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: Idcirco sic ait Dominus Iehoui: Quemadmodum est lignum vitis inter ligna siluæ, quod trado igni in escam: ita traditurus sum habitatores Ieruschæ-

laimorum. Anagoge, siue accommodatio typi, vt diximus in vers. 1.

ET PONAM FACIEM MEAM IN EOS, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. reddunt: Nam opponam faciem meam iratam eis; quum ab vno igne exiuerint, alter ignis consumet eos. id est, ignis prodiens ab ira Dei indefinenter ardebit; & qui ab vno euaserit, deprehendetur & consumetur altero; quemadmodum superioribus prophetiis omnibus indicatum est, inde à cap. 5. Vt experiamini me esse Iehonam; quum obiecero faciem meam iratam eis.

DE IGNE EGREDIENTVR, ET IGNIS CONSUMET EOS.] Nonnulli: de igne vno egressi sunt, Ægypto; & ignis alius, Babylonia absumet eos. vel ex vna calamitate transibunt ad aliam, & quia non resipuerunt, conficientur igne iræ Dei.

ET DEDERO TERRAM IN VIAM, &c.] Alij hunc versum: Et dabo terram in desolationem. vel exponamque terram ipsam desolationi, eo quod prauaricauerint prauaricatione, dictum Domini Iehoui.

VERS. 8.

CAPVT XVI.

Ierusalem prius abiectissima, mirum in modum à Deo exaltata, ostendit ingratitude varia idololatria, in qua & Samariam & Sodomam superauit: idcirco tradet eam Dominus in vastationem & in ignominiam omnibus gentibus; seruabit tamen pactum reliquiis suis.

Vulg.

Malu.

1



Factus est sermo Domini ad me, dicens:

2 Fili hominis, notas fac Ierusalem abomina-

biones suas:

3 Et dices: Hec dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus, Amoræus, & mater tua Cethæa.

4 Et quando nata es, in die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.

5 Non pepercit super te oculus vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectiõne anime tue, in die qua nata es.

6 Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: Viue: dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue.

1



Fuit verbum IHVH ad me, ad dicere.

2 Fili hominis, cognoscere fac Ierusalaim abominaciones suas.

abominaciones suas.

3 Et dices, Sic dixit ADONAI IHVH Ierusalaim: Excisiones tuæ & genitura tuæ de terra Chenaghianæ: pater tuus Amoræus, & mater tua Chithæa.

4 Et genitura tuæ in die nasci-fieri te, non excisus-fuit umbilicus tuus; & in aquis non abluta-fuisti oblectationi: & saliri-fieri non saliri-facta-fuisti; & infasciari-fieri nõ infasciari-facta-fuisti.

5 Non a connixit super te oculus ad facere tibi vnam de istis, ad commiseratione-moueri super te: & deiecta-fuisti ad facies agri in abominaõne animæ tuæ, in die nasci-fieri te.

6 Et transiui super te, & vidi te conculcare-te facientem in sanguinibus tuis: & dixi tibi, In sanguinibus tuis viue, & dixi tibi, In sanguinibus tuis viue,

a conuixit, indulget

7 Multiplicatam quasi germen agri dedi de: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tuaintumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confusione plena.

8 Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum (ait Dominus Deus) & facta es mihi.

9 Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo.

10 Et vestiui te discoloribus, & calceauit te ianthino: & cinxi te bysso, induite subtilibus,

11 Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

12 Et dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

13 Et ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus: simitam, & mel: & oleum comedisti, & decora facta res vehementer nimis: & profecisti in regnum.

14 Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

15 Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut eius fieres.

16 Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est:

7 Multiplicitatem sicut germen agri dedi te, & multiplicata-fuisti, & grande-facta-fuisti, & venisti in ornatu ornatuum: mammæ apparatus-fuerunt, & pilus tuus germinauit; & tu nuditas, & vacuitas.

8 Et transitui super te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus charitatum; & expandi alam meam super te, & cooperui nuditatem tuam: iuramento-obstrictus-fui tibi, & veni in federe ad te, Fidelis-sermo ADONAI IHVH, & fuisti mihi.

9 Et abluui te in aquis, & mundaui sanguines tuos de super te: & vnxi te in oleo.

10 Et vestiui te recamatura, & calceauit te taxo, & superalligauit te in bysso, & cooperui te extracto.

11 Et ornaui te ornatu, & dedi armillas super manus tuas, & stragulum super guttur tuum.

12 Et dedi monile super nasum tuum, & circulos super aures tuas, & coronam decoris in capite tuo.

13 Et ornaui te auro & argento, & indumentum tuum byssus, & extractum, & recamatura: simila, & mel, & oleum comedisti: & pulchruisti in valde valde, & perrupisti in regno.

14 Et exiuit tibi nomen in gentibus in pulchritudine tua: quia consummatio ipsa, in decore meo quem posui super te, Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

15 Et confidisti in pulchritudine tua, & meretricata-fuisti super nomen tuum: & effudisti meretricationes tuas super omnem transeuntem, ei erit.

16 Et accepisti de vestimentis tuis, & fecisti tibi excelsa.

^b Myriadem: vt Leuit. 26.

^c vide Genes. 9. 22. ^d in fœdus tecum

^e serico, vel conchylio, sic v. 13. ^f collare, torquem

^g ornatus, pulchritudinis

^h in vehementia valde ⁱ datius. in regnum & totalitas, vniuersitas, perfectio. ^k vel die trahit, totalis, omnimodo, perfecta



COMMENTARIA.

VERS. I.



TRACTVS EST SERMO DOMINI, &c.] Alij: *Et fuit verbum Iehoua ad me, edicendo.* Huius (inquiunt) capitis (quod perpetua allegoria exprimit Dei administrationem erga Iudæos & Ieruschalaim) præter inscriptionem duobus primis versibus comprehensam, partes omnino sunt tres: prima est, narratio allegorica ex comparatione spiritualis coniugij inter Deum & Ecclesiam Iudæorum, vsque ad vers. 35. secunda est, sententia Dei Ecclesiam veterem, velut

perfidissimam coniugem, repudiantis & flagellantis grauissime, vsque ad vers. 60. postrema est, promissio redintegrandi fœderis & connubij sacri cum electis reliquis, quatuor versibus vltimis.

NOTAS FAC IERUSALEM.] Hebr. cognoscere-fac ipsam Ierusalaim, vel ipsi Ierusalaim, &c. nempe per litteras, vt volunt quidam Hebræorum; nam propheta in Babylonia erat. Sed aptius est, publicè tu vaticinare in Babylonia, & denuntia Ierusalaim abominationes suas, ac si præsens esset: nam fama tua-

rum prædictionum facile ac celeriter ad ipsam perferetur. Quidam reddunt: *notas fac urbi Ieruschalaimorum abominationes ipsius*. id est, Iehudææ, synecdochicè: nam Ieruschalaimis sedes erat Ecclesiæ, & regni caput: sic deinceps.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS IERVSALEM, &c.] Alij: *Sic ait Dominus Iehoui urbi Ieruschalaimorum, &c.* Huius narrationis prolepsis siue propositio summa hoc versu continetur. Sunt enim duo illius membra hîc singulis vocibus expressa: vnum est genituræ, quæ exponitur à vers. 4. ad 13. alterum verò commercij & conuersationis, inde vsque ad versum 35. quæ duo hoc versu posita per hysteron proteron deinceps explicantur.

RADIX TVA.] מכורותיך *mehorothaichs* plurale מכורות *mehoroth*, cum affixo singulari feminico, Hebræi & plerique nostrorum à כור *cur*, seu כרה *carah* deducunt, exponuntque, *habitationes tua, peregrinationes tua, seu incolatus tui, vel mansiones tua, vt sit quasi מגורות mehoroth, posito Caph, pro Ghimel.* Reuchlinus & Auenarius reddunt: *colonia tua.* à כור *cur, foco, fornace, catino, Deuter. 4. 20.* nimirum vt significet locum vbi quis suum focum & fornacem habet. Hispanicè dicimus, *donde tiene casa y hogar.* Forsterus à חור *chor*, vel חרה *charah, fissiones tua, vel excisiones tua.* id est, vbi excisus es ex vtero matris. Sic enim loqui solet Scriptura, de prima alicuius origine, & natali radice, vt Isai. 51. 1. Pellicanus reddit: *origo tua.* seu *origines tua.* Leo Iudæ: *vena tua.* Marinus notat ductam eleganter figuram, seu metaphoram ab alio materna, quæ formam fornacis seu cori refert; vel certè à patria ipsa, à qua continemur sicut aurum in catino, & granum in coro: vnde ipse reddit: *conceptiones tua, & natiuitates tua, &c.* Tremellius, Iunius, Buxtorfius; à מכר *machar, vendidit, deriuant, Mem, sit radicale, negotiationes tua, seu commercia tua.* id est, conuersatio tota, synecdochicè.

ET GENERATIO TVA.] Hebr. & generationes, genitura; natales, natiuitates tua. id est, ortus, curatio, educatio, & institutio prima: nam hîc genus synecdoches frequentat Scriptura sacra: vt Genes. 3. 16. & 1. Timoth. 2. 15. *sunt è terra Chenahaneï, seu Chenahanorum, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa.* Alij: *quasi pater tuus sit Emoræus ipse, & mater tua Chithæa.* id est, si patre Abrahamo essetis, faceretis opera Abrahami: sed degenerastis ab illo, & in familiam Cenahanæam malitiosè transiistis: quin imò ita obfirmati estis in vestris iniquitatibus, vt si patre Emoræo, & matre Chithæa essetis orti: sic infra vers. 45: quasi dicat, ista non adscita est, sed hæreditaria & natiua malitia vestra. De Emoræo vide in Genes. 10. 16. de Chithæo, Genes. 10. 15. Iosue 1. 4. Et Salomon. vxores etiam Chithæas accepisse memoratur, 2. Reg. 11. 1.

VERS. 4.

ET QUANDO NATA ES.] Alij: *Nam ad genituras tuas, &c.* vel & quod ad natiuitatem tuam attinet. Prius hoc narrationis membrum per antithesin exponit duo, nimirum statum calamitosum miserumque gentis ex Abrahamo ortæ, donec educeretur ex Ægy-

pto, vsque ad vers. 6. & beneficia ornamentaque à Deo in gentem collata, versibus sequentibus. In hac autem narratione tota gens cum corpore vnico comparatur, & status eius cum infantis recens in lucem prodeuntis statu, ac paulatim per sua incrementa prouehenti.

IN DIE ORTVS TVI.] Hebr. *in die gigni-fieri, seu nati-fieri te.* Nam est infinitum Hophal, vt 40. 20. Sic infra vers. 5. Alij: *in die, qua tu nata es, vel quo die genita fuisti.* id est, quum in hanc lucem venisset, & hac vita vteretur Abraham progenitor gentis vestræ, ex quo velut trunco gens propagata est. Nam vt ad hæc tempora procul referamus, adducimur cum prophetæ ipsius narratione; tum verbis Iehoschuhæ 24. 2. & sequentibus tum historiæ fide: maximè quum iniquum sit ortum, educationem, augmentum, & cætera, quæ deinceps ponuntur, ad vnicum tempus referre captiuitatis in Ægypto, & tempora (quæ accuratissimè propheta vbique obseruat) confundere.

NON EST PRÆCISVS VMBILICVS TVVS.] Alij: *non fuerat præcisus umbilicus tuus, &c.* id est, à natura in morte, in sordibus peccatorum, infirmitate, & vanitates erasi: quæ omnia allegoricè significantur verbis sequentibus.

VMBILICVS TVVS.] Exponunt, id est, longum illud intestinum ab vtero matris pertinens ad umbilicum fætus, quo, dum in vtero est, viuunt fætus: synecdoche. Nam hoc intestinum in fætu continet omnia vitæ instrumenta, venam umbilicalem ad alimoniam, arterias duas ad respirationem, & vrachon ad exudanda fætus excrementa. Hoc autem intestinum, nisi præcidatur, matri & infanti lethale est, nisi resectum curetur, est exitiosum partui, quia totum profundit sanguinem & exhalat spiritum meatu illo.

ET AQUA NON ES LOTA.] Alij: & aquis non eras lota. id est, vt cui non sunt ablutæ sordes recens in lucem edito, ita iacebas in sordibus peccati, vt ostenditur Iosue 24. v. 2. & sequentibus.

IN SALVTEM.] למשגיח *lemischghi*, alibi hæc vox non occurrit. L x x. & Noster à *ymiaschagh* deduxerunt. Sed vt cernas quàm variè à variis accepta sit, non grauior diuersas aliorum interpretationes referre. Hebræi ferè exponunt: *ad lenitatem, vel lenimen, vel lenitatem, seu lenimentum, aut linimen, linimentum, lituram.* hoc est, ad lenificandum, seu læuigandum carnem tuam: quippe lotio carnem lenit, mollificat, læuigat, delicatamque efficit. Nimirum à verbo Chaldaico *yyw schaghagh, lenire, linire, lauigare, obducere, incrustare.* Rabbi Menachem: *ad delicias.* Rabbi Ioseph: *ad munditiem:* ex lingua Arabica. Sanctes: *ad nitorem.* Varablus & Leo Iudæ: *ad leniendum seu deliniendum, carnem tuam, siue cutem.* Lauant pueros aqua calida, vt facilius componantur eorum membra, est enim puer incuruus in vtero. Marinus: *lauitati, seu ad lauitem, vel abstersionem.* Schindlerus: *ad glabriciem, politiem, munditiem, vel ad læuigandum carnem.* quia lotio in aquis calidis car-

nera

nem reddit glabram. Isidorus Clarius ; *ad munditiem*. Forsterus : *ad applicationem blandam, seu ad blandum-plexum, ad blanda ocula*. Auenarius : *ad aspectum*. id est, ut essem magis conspicua. Tremellius & Iunius, postremum *סוד* in מִסְחָחִי, putant esse affixum, non formatiuum nominis, exponuntque : *ad aspectum meum*. vel, *quum aspexi te*. Similem loquutionem vide Genesis 30. 30. (Quantopere, inquit, se torqueant in hac voce explananda nihil attinet dicere : nos verò eam non Chaldæorum, sed Hebræorum vocem esse confirmamus, pro certo habentes Deum his verbis loqui humanitus ; ut infra vers. 6. & 8. & sequentibus.) Buxtorfius, in eandem sententiam : *ad aspectum meum*, id est, *quum primum te aspexi*. Sic *ad pedem meum*, id est, quum primum ad te pedem intuli, Genes. 30. 30. Vel absolute, *ad aspectum*, id est, ut iucunda aspectu essem, corpore elegante, cute molli & nitida, ut lotiones vel aquæ calidæ infantes reddere solet. Haud alienè reddes : *ad oblectationem*, vel *voluptatem*. Oblectantur enim plurimum infantes & plausibus gressiunt quum lauantur.

NEC SALE SALITA, NEC INVOLUTA PANNIS.] Hebraicè sunt duo Infinita & duo præterita, omnia ex formula *Hophal* ; quæ significatum intendit : *& saliendo non salita es, & involuendo non involuta es*. scilicet fasciis vel linteis. Quidam : *neque sale fueras condita, nec fasciis eras fasciata*. Sale aqua macerato ac diluto lauari infantem præcipiunt medici, cum ad callum obducendum umbilico totique cuti, ad interiores partes confirmandas, & decoquendos absumentosque humores prauos : quibus omnibus omnibus vtilem esse hanc perfrictionem docent Galenus & Auicenna. Plinius lib. 31. cap. 9. (*Maximè obseruanda vsurpatione, qua quidem totis corporibus nihil esse vtilius sale & sole dicunt. Itaque cornea videmus corpora piscatorum.*)

VERS. 5.

NON PEPERCIT SVPER TE OCVLVS &c.] Hunc versum nostra Translatio verbatim ex Heb. expressit : *Alij : Non pepercerat tibi oculus, ut faceret tibi vnum, vel quidquam, ex istis elementia utendo erga te : sed proiecta fueras in superficiem agri cum fastidio tui, quo die genita fuisti*. id est, à nemine curata fueras, ac potius non potueras curari sine me, sed in peccatis tuis fuisses mortua : tanta est naturæ humanæ infirmitas ! Sed hæc allegoricè dicta prudenter accommodandâ sunt veritati : non enim propterea concedit Deus humanam infirmitatem ab homine curari posse ; sed ita sentit incurabilem fuisse prorsus à natura hominem, atque tanta fœditate ut rebus omnibus crearis fastidio esset, nedum ab vlla earum rerum curaretur.

IN ABIECTIONE ANIMÆ TVÆ.] Heb. in *Voluntatione*, vel in *abominatione*, fastidio, anima tua. id est, personæ tuæ, vel tui ipsius. passivè q. d. quum te omnes abiicerent, fastidirent, respuerent, abominarentur.

VERS. 6.

TRANSIENS AVTEM PER TE, &c.] Alij : *Transiens autem iuxta te, &c.* vel *quumque iuxta te præterirent, &c.* Iam sequitur narratio beneficiorum Dei, ut diximus in vers. 4.

qua gradatim exponuntur rationes fœderis à Deo cum Ecclesia initi & suo ordine præstiti ; primum quidem collata vita, hoc versu, ex qua propagatio & incrementum Ecclesiæ promanasse dicuntur, versu sequente ; deinde ornamenta vitæ ex liberatione, & coniugium sacrum, vers. 8. & sequentibus.

VIDI TE CONCVLCARI IN SANGVINE TVO.] Alij : 1. *videremque te proculcatam in sanguinibus tuis*. id est, in fœditatibus partus, quo edita es. 2. *quum viderem te præventem-conculcandam te in sanguine tuo*. id est, expositam morti, malisque omnibus ad mortem : nam ea conditione fuisse Abrahamum cum cæteris vsque dum à Deo vocatus esset, Genes. 11. supra ostendimus in v. 3.

ET DIXI TIBI, QVVM ESSES IN SANGVINE TVO, VIVE : DIXI INQVAM TIBI, IN SANGVINE TVO, VIVE.] Ex Heb. quidam ita distinguunt : *Dixi ad te, quum es ses in sanguinibus tuis, Vive : dixi inquam tibi in sanguinibus tuis, Vive*. q. d. quamvis sis destituta omni auxilio, viues tamen gratia mea. Alij : *Dixi tibi, In sanguine tuo vive, iterumque dixi tibi, In sanguine tuo vive*. Exponuntque, *dixi tibi*. id est, virtute verbi promissionumque mearum à morte præsentissima liberaui ; in qua æquè versabaris ac infans, cuius profuit umbilicus, & nihilominus vitam dedi tibi. *in sanguine tuo vive*. id est, utcunque in peccatis tui demersus sis, & à natura mortuus, tanquam infans exhausto sanguine, iterumque dixi tibi, &c. id est, non semel, sed sæpius repetitis promissionibus confirmavi ; ut Genes. 12. & 13. & 17. & sequentibus.

MVLTIPPLICATAM QVASI GERMIN VRS:7. AGRI DEDI TE.] vocem *רבהב* *rebabab* plerique reddunt : *myriadem*, vel *decem millia* vel *germen agri dedi te*. 2. *Mirum in modum instar germinis agri feracis multiplicatam reddidi te*. 3. *Auxi te in multa millia ut germen agri*. 4. *Copiosam ut germen agri reddidi te*. q. d. multiplicavi gentem tuam præter naturæ ordinem & expectationem omnium, dans Abrahamo & Saræ emortuis Iitzchakum, Iitzchako binos liberos ex vxore sterili, Iahakobo duodecim filios, ex quibus deinceps innumera populi multitudo propagata est in Ægypto, quamvis obnitentibus Ægyptiis.

ET MVLTIPPLICATA ES, ET GRANDIS EFFECTA, ET INGRESSA ES, ET PVERENISTI AD MVNDVM MVLTIBREM.] Alij ex Hebr. *adeo, ut creueris, & adoleueris, peruenerisque ad ornamentum ornamentorum*. vel *ad summum ornatum*. id est, pulchritudinem, & speciem omnium elegantissimam, cuius causam vide Deuteronom. 7 vers. 7. & 8.

VBERA TVA INTVMVERVNT, ET PILVS TVVS GERMINAVIT.] Alij ex Heb. 1. *vbera tua prominuerunt, vel decentem-formam nastâ sunt, &c.* 2. *vbera tua constituta sunt, vel sororiauerunt, & pilus tuus germinauerat.*] id est, quasi pubes effecta eras, nubilis, & apta seu matura viro : quod hic duobus signis exprimitur. De verbo *sororiare*, vide Festum. Forsterus exponit : *vbera perfectâ fuerunt*. id est, firma.

ET ERAS NVDA ET CONFVSIONE PLENA.] Alij ex Hebr. 1. & tu nuditas & reiectio. Sic vers. 22. & 39. 2. & tu eras nuda & discooperta. 3. nuda eras ac turpis. 4. quamvis esses nudissima & reiectissima. id est, non propter vllam elegantiam aut bonum, quod inesset in te, visa es mihi ad summum ornatum peruenisse, & perplacuisti mihi: sed propter vnicum amorem meum ex consilio & electione gratuita. Iungunt cum illis precedentibus, peruenersisque ad summum ornatum, vt illa, vbera tua sororiauerunt, &c. in reiecta sint per parenthesis. Forsterus exponit: & tu vel tu vero eras nuditas & nudatio. vel nuda & vacua, vel denudata. id est, nudissima, & denudatissima. Abstracta enim hanc vim habent in lingua sancta.

VERS. 8.

ET TRANSIVI PER TE VIDI TE.] Alij: Quapropter transiens iuxta te, quum viderem te, &c. Iam venit ad coniugium sacrum initum cum Ecclesia Israelitarum, quo tempore liberata fuit à seruitute Ægypti, & donata tabulis fœderis, vt diximus in versu 6.

ET ECCE TEMPVS TVVM TEMPVS AMANTIVM.] Alij: quod ecce tempus tuum tempus amorum esset. id est, tempus iustum, quo coniugareris mihi, vt prædictum fuerat Abrahamo Genes. 15. 13.

ET EXPANDI AMICTVM MEVM SVPER TE, ET OPERVI IGNOMINIAM TVAM.] Alij: expandens alam vestis mea super te, operui nuditatem tuam. Exponunt, expandens, &c. id est, te vxorem ducens, & agens virum ac seruatorem: vide de hoc ritu Ruth. 3. vers. 9. quamobrem sequentia verba sunt exegetica, hoc versu.

ET IVRAMI TIBI, ET INGRESSVS, &c.] Alij: 1. atque iuranti tibi, vel despondi te mihi iureiurando, & inijs fœdus tecum, dictum Domini Iehoua, & facta es mea. 2. iuransque tibi, conueni tecum in fœdus coniugij: vide Exod. 19. & 24. dictum Domini Iehoua, & fuisti mihi vxor. vel vt nubes mihi. id est, vicissim in fœdus conuenires mecum. Ibidem. Sic Æneas loquitur 4. Æneidos:

— nec coniugis vnquam

Præteni tadas, aut hac in fœdera veni.

VERS. 9.

ET LAVI TE AQVA, &c.] Alij: itaque laui te aqua, &c. Exposito beneficiorum ex connubio acceptorum à Deo: quorum partes sunt duæ, sanctificatio à sordibus peccatorum, & communicatio omnium bonorum, quæ deinceps exponuntur vsque ad v. 13.

LAVI TE AQVA ET EMVNDAVI SANGVINEM TVVM EX TE.] Alij: laui te aqua, vt inundans eluerem sanguinem tuum à te. Alludit ad ritum legis Leuitic. 15. 28. pro eo, quod est plenissime mundavi & purgavi te, quasi te totam mundando & immergen- do aquis.

ET VNXI TE OLEO.] id est, vnguento pretiosissimo, hoc est, ornavi te vnctione spiritus, per cuius regenerationem restituta es elegantiae tuæ: sic reges olim curabant suas coniuges comparari, vt est in historia Esther. Istud quidam ad regnum, sacerdotium, & prophetiam referunt, quæ vnctione inaugurabantur.

Maluenda, In Ezech.

ET VESTIVI TE DISCOLORIBVS.] Alij: versicoloribus. ריקנא riknah, proprie, variegatura, acu-pictura, Phrygiatura, Phrygionico opere. Hispanicè recamatura, bordadura: vide Iudic. 5. vers. 30. id est, instruxi te rebus omnibus cum ad necessitatem. tum ad voluptatem pertinentibus: quod & sequentia confirmant vsque ad vers. 13. gratiam tibi, gloriamque summam indidi, denique digna effecta es coniugio meo. Hæc autem inde à liberatione cœpta pertinent ad tempora Schemonon vsque. Alij hæc ad ornatum tabernaculi & sacerdotij referunt. Sic infra vers. 13.

VERS. 10

HYACINTHO.] vel ianthino שחח shachas, taxo, mele. seu corio, pellibus taxi, aut melis, seu melinis, taxeis: vide Exod. 25. 5.

BYSSO.] שש schesch. Nonnulli: xylo, vel xylino, seu gossipio, aut gossipino reddunt: vide Exod. 25. 4.

SVBTILIBVS.] שש meschi. Lxx. τεχναπτο reddunt, quam vocem se ignorare fatetur S. Hieronymus. Suidas tamen inquit: [Trichapton, bombycinum textum, pallium valde pretiosum.] Recentiora Græca Lexica ex Ioa- chimo Camerario, trichapton exponunt, quod ex crinibus contextum est. Pollux lib. 3. Onomastici, cap. 3. §. 2. [Trichapton vocant, quod ex crinibus connexum est.] Aiunt esse, textum quoddam tenue & bombycinum magni pretij, quod crinibus obducebatur: sicut crinale aurum Maroni, 4. Æneidos:

— crines nodantur in aurum.

Vbi Seruius: Veluti retiolum dicit, quod colligit comas, quæ Græcè κροβύλα & dicitur.] Ouidius 3. de Ponto,

— nec habens crinale capillis.

Quod capillare esse apud Martialem lib. 3. Epigrammate 82. tradunt. Vbi tamen Turnebus & alij perperam Capillare pro vnguento ad tingendos capillos sumunt. Valentini vocamus capell, Castellani, escosia. Sed vocem Hebræam MESCHI variè elucidant. Reuchlinus: [Vestis serica subtili stamine ac subtegmine contexta, ita vt pilos atque capillos tenuitate vel superet, vel aquet.] Forsterus: [Nomen materia pretiosa, ex qua vestes conficiebantur: & arbitror ex tali materia factas, quæ ex conchis marinis attracta est, nempe à שחח maschah, attraxit. Aliqui sericum esse dixerunt.] Auenarius: [MESCHI, conchyliata vestis, quæ murice ex aquis maris tracto tinta est, serica vestis. Est autem murex piscis marinus è concharum genere, à purpura diuersus, qui per excellentiam etiam conchylium seu conchyle dicitur, cuius sanie pretiosissima lana intingebantur, austerum in glauco colorem, & irascenti mari similem referentes.] Vide Plinium lib. 9. cap. 36. Recentiores ferè Hebræos sequuti, sericum, blattam, sericam, vestem sericam, bombycinum interpretantur, ab extrahendo, quod extrahatur ex aqua calida, dum mulieres illud operantur; vel quod in tenuissima & subtilissima fila protrahantur, aut potius quod ipsi vermes, dum illud filant, sibi ex visceribus extrahant, & sericum ipsum ex visceribus bombycum extrahatur. Quidam reddunt: operui te serico subtilissimo. Sic vers. 13.

PPPpp

ARMIE

VERS. 11. ARMILLAS.] De voce צמרים *tzemidim* vide Genes. 24. v. 22.

TORQUEM.] רביר *rabid*, vide in Genes. 41. 42.

VERS. 12. IN AVREM.] נזם *nezem*, vide in Gen. 24. 22. Intelligunt laminam sanctitatis, de qua Exod. 28. 38.

ETCIRCULOS.] Hispanice *Carcillos*. עגילים *ghaghilim*, vide Numer. 31. v. 50. Alij reddunt, *globulos, in aures.*

VERS. 13. BYSSO.] ששוי *scheshi*, scribitur cum *Iod* paragogico, siue redundante: forte ad indicandum byssum præstantissimam & subtilissimam. Hunc versum quidam ex Hebr. reddunt: *Et ornasti te auro & argento, vestimentumque tuum fuit xylinum & sericum, ac versicolor; simlam & mel oleumque comedisti: denique pulchra fuisti supra modum, & prospera in regno.* Altera pars narrationis de commercio siue conuersatione indignissima, Ecclesiæ veteris, vt diximus in versum 3. cuius prolepsis siue propositio summa est versibus quinque; deinde exornatio, vsque ad vers. 35. ac in prolepsi quidem ad amplificationem pertinent duo versus, quibus Deus summatim commemorat amplitudinem beneficentiæ suæ in Ecclesiam; deinde vero duplicem abusum be-

neficiorum exprobrat, vnum quoddam cum gentibus exteris scortata sit, vers. 15. alterum quoddam cum diis alienigenarum, vers. 16. & 17. quæ duo membra postea hysteron proteron explicantur.

VERS. 14. ET EGRESSVM EST NOMEN TVVM IN GENTES, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Et exiuit nomen tuum ad gentes propter pulchritudinem tuam (absoluta enim erat) idque propter decorem meum, quem posui in te, dictum Domini Iehoua.* 2. *Adeo vt prodiret de te fama in gentes, de qua 2. Samuel. 8. 13. & 1. Reg. 4. 30. & 34. propter pulchritudinem tuam, quia perfecta erat, propter maiestatem meam, quam imposui tibi, traiectio, propterea quod maiestatem meam imposuissem tibi, dictum Domini Iehoua.*

VERS. 15. ET HABENS FIDVCIAM IN PVLCHRITVDINE TVA, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Tum confisa pulchritudini tuæ scortata es cum nomine tuo, id est, apud te cum rebus tuis ipsius, quæ erant nominatissimæ: quod totum inde à temporibus Schelomonis per trecentos nonaginta annos factum fuisse historiæ sacræ testantur, & Deus per Prophetam exprobrauit supra ****

F I N I S.

[Faint bleed-through text from the reverse side of the page, including the word 'FINIS' and other illegible characters.]

INDEX RERUM.

- phetiam, quæ habetur. Cap. 25. quomodo computandus. 559. b
- Anni septuaginta captiuitatis Babylonice vnde inchoandi. 578. a
- Anno, & postea altero anno, id est anno tertio. 703. a
- Annos & temporum diuisiones Iudæi computabant vt plurimum ab insigni aliquo beneficio à Deo recepto. 775. a
- Anni trecenti & nonaginta Ezechielis quinam. 795. a. b
- Antichristus interficiendus à Christo. 88. b
- Apostolorum vocatio ab Isaia prædicitur. 264. b
- Apostoli & Christus sunt anima contemptibilis & abominata apud Isaia. 324. b. eius miracula omnibus sunt in stuporem. 325. a
- Apostolorum prædicatione fundata Ecclesia, quid ea continuerit. 339. a. b
- Apostolos per mundum distribuere, singulis prouinciam suam assignare, datum Christo in præmium. 349. a. b
- Apostolorum & ministrorum verbi multiplicatio adeoque impletum in illis illud Isaia, *minimus erit in mille.* 383. b
- Aphulla quis. 412. b
- Aquæ, metaphorice spiritus & benedictio cælestis. 295. a
- Aquis cisternæ Iudæorum malitia comparatur. 454. a
- Aquis & piscationi dediti Ægyptij. 514. b
- super Aquas Babylonis siccitas ventura à Ieremia prædicta quæ sit. 691. a
- Aquilo, pro Persia quæ ad aquilonem respectu Iudææ. 278. a
- Aquilo, pro Germania, Gothia, Noruegia, Moschouia, Sarmatia, Schythia. 289.
- Aquilo, id est Babylonij. 418. b
- versus Aquilonem iubetur se vertere Ieremias prædicaturus pœnitentiam. 433. b
- Arabes, prædones & latrones vt plurimum. 432. a
- Arabes, capiti sæpe appellatiue pro latronibus. 432. a
- Arabes tonsi in rotandam formam temporibus subrahis. eorum circumscriptio. 475. a
- Arabes Scenitæ exprimuntur, in Deserto habitantes. 561. b
- Arabia lupis ferocioribus abundans. 446. b
- Arabia Petrææ & Desertæ incolis mala euentura prædicit Ieremias. 679. b
- Ararat quæ. 700. b
- Arborum duo genera. 298. a
- Arbores præ reliquis longæ. 405. a
- Arcus Ezechielis exhibitus Christum repræsentat. 782. b
- Areæ filius, frumentum. 147. a
- Ariel, Ierusalem, aliis altare holocaustorum, aliis templum. 203. a
- Arietes militares quid. 794. a
- Aristoteles Euripo se submersit quia eum comprehendere non potuit. 366. a. b
- Armilla feminarum quid. 27. a
- Ar Moab cur sic dicta. 112. a
- derelicta ciuitates Aroer.* Isa. 17. v. 2. alij vertunt appellatiue, *ciuitates myrica.* 124. b
- Attaba quid. 104. b
- Artifex Hebræis à silencio dictus. 267. a
- Asa quam fossam ædificauerit ex reliquiis Rama, in quam coniecta cadauera occisorum ab Ismaël. 639. b
- Ascenez quæ. 700. b
- Ascensio Christi innuitur ab Ezechiele. 827. b
- Asia deuicta quibus Cyrus bellum intulerit. 692. a
- Astor quæ. 679. b
- Asperiones veteris testamenti, figuræ sanguinis Christi quo gentes aspersæ, quo alludit Isaia. 241. a
- Aspidum sua rumpere quid sit. 373. b
- Assur an Pharao. 338. b
- Assyria fluminibus munitissima. 129. b
- Assyria, id est, Babylonia, quæ postea dicta Syria. 338. b
- Assyrij apibus comparati. cur. 55. b. item nouaculæ conductæ. 56. a
- Assyrij vepribus & senti comparantur. 81. b. eorum exercitus siluæ, comitatus Carmelo. ibid.
- Assyrij secundum Hebræos illæsis vestibus ab angelo interfecti. 81. b
- Assyriorum gens bellicosa omnibus formidabilis. 129. b
- Assyriorum & Æthiopum strages circumscribitur. 131. a. b
- Assyrij Idumæos deuastarunt & Arabes. 148. a
- Assyrij à Chaldæis euersi. 163. b
- Assyrius, vulgo pro hoste crudeli & potente. 338. b
- ab Assyrio quot tribus deportatæ. 688. a
- Assyrij, Mardi dicti. cur. 688. b
- Astra pro diis culta. 505. b
- Astrologos Hebræi vocant solitarios. 119. a
- Astrologi qui. 315. b
- Astrologi mercatoribus comparantur. cur. 316. b
- Astrologi, item mendaces, triplex eorum doctrina apud Chaldæos. 690. b
- Astyages rex filius Cyaxaris à Cyro captus & vel apud eum habitus vel genti Hircanorum præfectus. 681. a. b
- Atheorum vulgare, *Vigamus, moriendum est.* 154. a
- Atrium altissimi quoddam. 620. a
- Auari Hebraice dicti variæ etymologiæ eius ingenium egregiè declarantes. 227. b. lordidi & viles in rerum vlu. 228. a
- Auaritia carpitur ab Isaia. 310. b
- Audienti nostro* actiue & passiuè potest accipi. 342. b
- Augustus ter Ianum clausit tempore natæ Christi. 15. a
- Auis discolor quæ. 491. b. auis digitata quæ. ibid.
- auium in diuersa genera distributio. ibid.
- Aurichalcum vel orichalcum, electrum Ezechielis. 778. b
- Auro obductum esse, id est, omnibus patulum & expositum. 425. a
- Aurum de Ophaz.* Ierem. 10. v. 9. alij vertunt, *aurum forte.* vna voce. 478. b
- Ausitis, id est, Huz. 561. a
- Auster, pro Africa, Ægypto, Æthiopia, Nubia. 289. b
- Austales ciuitates apud Ieremiam quæ. 497. a
- Azotum ad Iudæos spectabat tempore Ezechie. 141. b
- Azotum spe subsidij Ægyptiaci & Æthiopici frustratum. 142. a. b
- Azotus obfessa triginta tres annos à Psammethicho & ex magna parte pessundata. 561. a
- Axillæ methaphorice quid. 275. a

INDEX RERVM.

- B** Aar Sares quis. 744. a
 Babel est Sefac, cōtra eam prophetias Ieremias, obfcure & tecto nomine profert & cur. 561. b
 Babylon cur dicta mons caliginofus. 95. a. circa eam vapores graues & sulphurei, fetax bituminis. 95. a
 Babylonis centum portæ areæ. 96. a
 Babylon omni auxilio & fubfidio deituta. 98. b
 Babylonis defcriptio, eius exterminium & excidium. 99. b
 Babylonis opes & diuitiæ quantæ. 104. b
 Babylonis ruina prouerbiū fecit. 106. a
 Babylon defertum maris dicta. cur. 143. b
 Babylon ob duas caufas euerfa & quæ. 144. b
 Babylonis exitium prædixit Ifaias ante annos centum feptuaginta. 144. b
 Babylon obruitur mediis fymptofis & hilaralibus. 145. b
 Babylon qua culpa inciderit in manus hoftium Perfaram. 290. b
 Babyloniam Deus difpofuit vt Iudæis facilis effer exitus & reditus in patriam. 300. b
 in Babylonis templo tres aureæ statuæ fummi pretij, præter alia templi vafa quæ omnia Perfæ in regnum fuum abftulerunt. 309. b
 Babylonis idola quafi captiua in Perfidem abducta. 309. b
 Babyloniam omni diuitiarum genere affluens. 313. a. eius excidium prædicitur. ibid.
 Babyloniam virgini comparatur. cur. 313. a. eaque luxu deliciifque dedita ibid.
 Babyloniam, prima respublica. 448. b
 Babylonij feftum Sacæam dictum celebrant per dies quinque, quo vnus e feruis vefte regia indutus aliis imperat & ædibus præeft. 562. a
 Babylonis conditrix quæ. 563. b
 Babylonis rex & exercitus eius exprimitur per columbam. 563. a
 Babyloniam captiuitatis anni feptuaginta vnde inchoandi. 578. a
 Babyloniam regum commune nomen quodnam, qualenam fceptrum. 689. b
 Babyloniam fegetes fundit copiofiffimas. 688. a
 Babyloniam via Cyro capta. 688. a
 in Babyloniam qua via Cyrus exercitum duxerit. 688. b
 Babylon vocatur Vifita. cur. 639. a
 Babyloniam magnitudo è quo pateat. 689. a. b. Babylon capta in mediis poculis & choreis. 689. a. b
 Babylon antonomaflice fuperba. 690. a
 Babylon à regibus multis expugnata. 692. a
 Babylon quomodo capta a Cyro, ficcitas fuper aquas eius, quæ a Cyro ventura prædicta fuit, quid fit. 691. a. Babyloniam periphrafis, meditullium. cur. 697. a
 à Babylonis Ifraelitico populo illatam iniuriam exactiffime vindicauit Deus. 698. a. b
 Babylon muniffima. foffis ampliffimis circumducta, in eius medio Euphrates fluit. 699. a
 Babylon mons dicta. cur. 700. a. eius meenia in latitudine & altitudine quot cubitos continent. 700. a
 Babyloniam portæ quot & quales. 701. b. per quas intrarunt Perfæ ea capta. ibid.
 è Babyloniam cunctas melfes fpoliandas & opes afportandas effe à Ieremia prædicitur. 702. a
 Babyloniam vltimus rex Labynitus. 702. b
 Babylon expugnata tertio anno Balthafaris fecundum aliquos. 703. a
 in Babyloniam quomodo tractatus fuerit Sedechias, num præfecturam aliquam habuerit. 708. a
 fuper Babylone vindicata gauifæ omnes creaturæ. 703. b. Babylon, duplex oppidum. 704. a. eius fitus & muri & forma. ibid.
 in Babyloniam quo tempore abductus Baruch. 743. a
 Babyloniam quafi fepulcrum mortuorum. 753. b
 Babylonij computant annorum diuifiones ab inaugurationibus regum fuorum. 775. b
 Babyloniam mulieres fcortando Venerem colebant &c. vide Veneris templum.
 Babylonici excidij extrema calamitas tribus fimilitudinibus declaratur. 108. a. & feq.
 à Babylonico exillo reuerfo ad edictum Cyri, quibufdam vox clamantis in deferto. 263. b
 à Babyloniam captiuitate liberatio obumbrat veluti & obnubilat alias liberationes. 291. b
 à Babyloniam captiuitate liberatio, quo fenfu maior liberatione à feruitute Ægyptiaca. 514. b
 Babyloniam & Ægyptiaca captiuitas figura illius captiuitatis, à quo nos liberauit Chriftus 338. b
 à Babyloniam captiuitate liberatio, typus tantum & initium liberationis factæ per Chriftum. 585. a
 Babyloniam Cyrus nauigandi facultatem ademit. 290. b. Babyloniam naues celebres, in Babyloniam fluuij plures, vnde maxima nauigandi commoditas. 290. b
 Babyloniorum inhumanitas, perfidia & faftus intolerabilia. 314. a
 Babylonij in Perfidem captiuū abducendi Tigrim & multa alia flumina tranfire coacti. 313. b. 314. a
 Babylonij, venatores celebres. 514. b
 Babylonij designantur per Aquilonem. 418. b
 Babylonius vocatur leo. 439. b
 Babylonius vento comparatur. qua via venturus aduerfus Ierufalem. 440. a
 Babylonij cuftodes dicti. quo mysterio. 441. a
 Babyloniorum ftudium in Iudæis euertendis quale. 454. a
 Babylonij implacabili animo contra Iudæos. 469. a
 Babylonios fecundum aliquos Ezechias viam & rationem docuit, qua deuaftandis Iudæis effernt principes. 497. b
 Babyloniam Ierufalem capientibus Ieremias in pretio fuit. id ei ante prædictum. 508. b
 Babylonij chalybi, Iudæi ferro comparati. 508. b
 Babylonij uediis feftis à Cyro præoccupati. 562. a
 Babyloniorum deus quis. 632. a
 Babylonij nomina fua è nominibus deorum confiare foliti. 642. a
 Babylonij puniti ob inhumanitatem erga Iudæos captiuos. 687. a. Babyloniorum luxus & Lasciuia. ibid.
 Babyloniorum perditio, eius exordium progressus, confummatio. 687. b
 Babylonij Cræfo fuppeticas ferre deftinarunt contra Cyrum. 688. a
 Babylonij prima expeditione à Cyro in urbem repulfi. 689. a
 Babylonij equitaru valuerunt. 690. b
 Babylonij magnam vim annonæ ante Cyri obfidionem



INDEX RERVM MEMORABILIVM,

Quæ in Commentariis Auctoris huius
5. Tomi continentur.



- A**ron & Moses indigni iudicatio terra promissa. 292. b
 Abraham Dei religionem & doctrinam multis in locis prædicauit. 272. b
 Abrahami victoria longe dissipata per famam. 273. b. Abrahamus olim idola coluit. ibid.
 Abraham est petra vnde excisi Iudæi. 333. a
 Abrahamæ filios Iudæi respicientes nominari vix se dignos æstimant, multo minus Dei. 395. b
 Abominatio, id est homo abominabilis. 278. a
 Absolutum interdum ponitur pro statu regiminis. 286. b
 Absque scientia, id est, subito & inopinato. 39. b
 Abstractum pro concreto ad maiorem emphasim. 491. a. 690. a
 Abyssini Æthiopes vulgo regnum Bernagues veteres Troglodytæ, initio Ecclesiæ Christi fidem susceperunt. 170. b
 Accedere ad Deum, pro sacerdotio fungi. 585. b
 Accingere se, id est, preparare se ad aliquam functionem aggrediendam. 419. b
veni ad transmigracionem Aceruum nouarum frugum.
 Ezech. 3. v. 15. & mox & Sedi, alij nomina propria substituunt. 790. a. b
 Acetosus pro tristi. 9. b
 Achaz secundum aliquos docuit Assyrios viam & rationem, fuitque occasio vt dominarentur Iudæis. 497. b
 Achaz diffidentia reprehenditur. 52. b. quomodo eam ostendat simulata religione. 53. a
 Achor vallis quæ. 403. a. & vbi sita. ibid.
 Acus pro ornamento femineo quid. 29. a
 Adamas Hebræis vnde dictus, eius natura. 318. a
 Adonidis planctus qualis. 814. a. b
 Adorationis ritus singularis, dexteram ad osculum referte & totum corpus circumgyrare. 298. b
 in Aduentu Christi Ecclesia qualis. 337. b
 Adulatio veritati perniciofa. 227. a
 Ægri tudinum mors quæ. 512. b
 Ægyptus vilissimas bestias pro diis coluit. 18. a
 Ægyptij muscæ dicti ob idololatriam. 55. b
 Ægyptus nubibus minime infesta. 133. b
 Ægyptus bis triumphata quando & à quibus. 133. a
 Ægyptus bellis intestinis attrita. 134. a
 Ægypti duodecim reguli sua banauisia popululum oppresserunt. 134. a
 Ægypti duodecim reguli tyranni popululum oppresserunt stolido opere Nilij auersi & stagni Marioros. 134. b
 Ægypti regnum à tempore Plammetichi summis calamitatibus turbatum. 138. a. Ægypti nomine synecdochice gentes intelliguntur. 138. b
 Ægypti quinque nomi ad fidem conuersi initio Euangelij. 138. b. Ægyptij quinque conuentus diis sacros habebant & vbi. 139. a
 Ægypti conuersio ad fidem ab Isaia prædicitur: sanctitate & frequentia monachorum celeberrima, qui Ægypti fuerunt propugnacula. 139. a. b
 Ægyptus, tritico abundans. 151. a
 Ægypto amirici quid sit. 645. b
 Ægyptus comparatur Carmelo & Thabor, quod sensu. 658. a. & vitulæ speciosæ. cur. 658. b
 Ægyptus viginti millia urbium habuit. 659. a
 Ægyptus quadraginta annis à cade Babylonis restituta. 659. b. & sub quo rege. ibid.
 Ægyptus quoto anno Nabuchodonosor, & post quas victorias & sub quo rege capta. 659. b
 Ægypti excidium sub quo rege acciderit. 659. b. quo tempore Amasis regnauerit in Ægypto. 660. a
 Ægyptij piscatores optimi, piscibus plurimum vescuntur & cur. 135. b
 Ægyptij in paludibus habitantes singuli habent sua retia, quæ per diem adhibent capiendis piscibus. noctu in cubilibus cont culices. 136. a. eorum circumscriptio. ibid. Ægyptia lina optima, eorum quatuor genera. ibid. textilia inuenere. 136. b
 Ægyptij commendantur à sapientia, primos hominum se extitisse arbitrabantur. 137. a. Ægypti reges & pontifices vsque ad Sethonem trecenti quadraginta vnus. 137. a
 Ægyptios in auxilium sinistro euentu ascierunt Iudæi. 213. a. b
 Ægyptiorum præsidia in duabus urbibus & hæ quæ. 213. b
 Ægyptios substituit Deus loco Iudæorum plagam iis imminentem in eos propellens. 289. a
 Ægyptij vltimo anni die idolis mensam variis poculis & epulis refertam struebant prateriti anni vel futuri fertilitatem significantes. 304. a
 Ægyptij etiamnum fracti & attriti Iudæos domuerunt.

INDEX RERVM.

runi.	424. a	<i>mati, Moschouita facti sunt. Ier. 5. 8.</i>	447. a. b
Ægyptij aquis & piscationi dediti.	514. b	Amazonica securis quæ,	700. a
Ægyptium talentum quantum contineat.	304. a	Amelech an nomen proprium vel appellatiuum	620. b
Ægyptiaca & Babylonica captiuitas figura illius, à qua nos liberauit Christus.	338. b	Amen quo mysterio addat Ieremias cum functioni propheticæ se satisfacturum spondet.	484. a
Ælam vnde dicta & vbi sita.	680. a	Amiciri Ægypto quid sit.	645. b
Ælam, pro Persia.	144. b	Amnes, vocantur valles.	191. b
Ælamitæ optimi & peritissimi sagittarij.	680. b	Amon quid an vir vel regio.	659. a
Ælamitarum ad fidem conuersio.	681. b	<i>cur igitur Ammon hereditate possedit Melchom. Iem. 49. v. 1. vertunt alij, rex eorum</i>	675. a
in Ære vel cetera nomina olim excauabantur.	388. b	Ammon Iupiter vnde dictus.	814. b
Æstas pro fructibus æstiuis.	636. b	Ammonitarum rex subornauit Ismaelem ad interficiendum Godoliam.	638. b
Ætas quot annos contineat, ante duas ætates non est scienda vena.	766. b. & seq.	Ammonitæ subacti a Nabuchodonosor quinto anno post excidium Ierosolymitanum.	675. b
Ætatis orbis quid sit.	768. a	Amos quis.	3. b
Æternitatis Dei periphraſis.	273. a	Amphiblistrum quid.	136. a
Æthiopia nauigijs referta, montibus vndique septa, eius nauigationes celebres à tempore Salomonis, cymbalum alarum dicta.	128. a. b	Amphiphon quid.	463. a
Æthiopiæ conuersio ad fidem ab Isaia prædicitur.	131. b	Amygdalo præ festino.	651. a
Æthiopes muscis comparantur ob plura.	55. a	Amygdalus Hebræis vocatur vigilans.	418. b
Æthiopes & Ægyptij quo tempore à Sennacherib subacti.	141. b	Anachoretæ & eremitæ innuuntur ab Isaia.	170. b
Africanas pantheras & tigrides aduchere in Italiam interdictum.	498. a	Analogia scriptionis apud Hebræos quid mysterij contineat.	120. b. 60. a
Agamemnon vocatus pastor ab Homero.	301. b	Analogia coniugationis quid mysterij apud Hebræos contineat.	242. a. 246. a
Ager quid.	91. b	Angelus Gabriel castra Sennacherib deleuit.	233. a
Agro aut itineri recte comparatur populus bene viuens.	264. a	Angeli sancti semper vident Deum.	234. a
Ager incultus peccator & spinis obsitus, eius excultio pœnitentia.	439. a	Angelus facierum dicitur Christus. cur.	394. a
Agri suburbani Leuitarum vendi non poterant, quomodo ergo Hanameel vendidit agrum Ieremiæ Deo iubente. 599. b. eiusdem pretium.	600. a	Angeli representati per animalia Ezechielis, eorumque conditiones per eorum partes declaratae.	780. a
Agricultoræ comparatur Deus cuius ager Israël, emina Dei dona, & lex, grana, bona opera, quæ Deus per trituram partim leuiorem partim grauiorem exigit.	199. a	Angeli non solum ardent sed etiam lucent	781. a
Agrippinæ vestitus superbus.	28. b	Angelis subiecta est & ab eis regitur creatura corporalis.	781. b. 782. a
Ahicham Ieremiæ patronus quis.	567. b	Anguli, metaphoricè principes.	137. b
Aiath, id est, Ai.	84. a	Anima pro appetitu.	39. b
Alæ animalibus Ezechielis quo schemate dispositæ.	779. b	ab Anima vsque ad carnem, id est, penitus, totaliter.	81. b
Alæ animalium Ezechielis quomodo dispositæ. 780. b. Ezechiel tantum habet duos ordines alarum, Isaias tres. ratio differentia.	780. b	Anima Dei dilecta, Iudæa. cur.	491. a
Albæ togæ laneæ veteribus in vsu.	10. a	Anima dilecta Dei quæ intelligatur.	491. a
Alexander magnus Tyrios deuictos in Macedonia transfudit. quis captiuorum numerus. 161. b	161. b	Animam vel anima percutere quid.	636. b
Alexander Magnus seruos Tyri omnes interfecit, vindicauitque cædem in Dominos ab ijs patratam & ciues in pristinum regnum asseruit. 160. a	160. a	Animal menstruale solum mulier secundum Plinium.	426. b
Alexander Magnus Babylonicis nauibus & nautis fretus Arabiam & Africam & columnas Herculis ambire statuit, portum apud Babylonios, qui mille naues oblongas caperet extruxit.	290. b.	Animalia sacrificanda cum magna pompa deducebantur.	345. a
291. a	291. a	Animalia Ezechielis secundum alios representant angelos, secundum alios quatuor genera animalium. 780. a. eorum facies, pennæ, pedes, scintillæ quid significant.	779. a. b
Alexander Magnus Paratonium condidit ab alijs dictum Amoniam.	659. a	Animalium Ezechielis oculi ignei quid denotent	780. b
Alexandra id est No. nutrix Ægypti & potens & pulcra.	649. a. b	Anomalia Hebræorum in punctis vocalibus quid mysterij contineat.	347. a
Altaribus inscribebant idolorum nomina Iudæi	518. b	Anomalia coniugationis apud Hebræos quid mysterij contineat.	339. a. 544. a. 578. a
Amasis strangulauit Pharonem Ephree.	651. b	Annulum alicuius esse metaphoricè quid sit	544. b
Amasis rex Ægypti, sub eo Ægyptus felicissima.	659. a	Anomalia scriptionis quæ consistit in maiusculis discordantibus a reliquo contextu, quid mysterij contineat.	359. b
Amasis quo tempore regnarit in Ægypto.	660. a	Anni mercenarij qui.	122. b
<i>equi Amatores emissarij facti sunt. legunt alij, equi ar-</i>		Annus trigessimus quo cœpit prophetare Ezechiel quis sit.	775. a
		Anni mercenarij qui.	148. b
		Anni dierum quid.	228. b
		Annus quartus Zedechiæ quomodo dicatur initium regni eius.	573. a
		Annus vigessimus tertius quo Ieremias edixit prophetiam.	

INDEX RERUM.

- nem comportauerunt. 690. b
- Babyloniis Asia deuicta quibus comitantibus bel-
lam intulerit Cyrus. 692. a
- Ballistæ teu catapultæ quid. 601. a
- Balthasaris conuiuium & perterrefactio à scriben-
te digito an prædicta ab Isaia. 145. a
- Balthasaris conuiuium secundum quosdam fuit viti-
mum quo capti sunt Babyloniij a Cyro. 702. b
- Barachrum quid. 37. b
- Barba, id est, nobilitas. 56. a
- Barbaras gentes manuefacit Euangelium, contro-
uerfias & omnia componit pacem & concordiam
conciat. 15. a
- Baris mons vbi situs. in eum multi tempore dilu-
uij profugiebant. 700. b
- Barrus quid. 284. a
- Baruch quis, esus liber quidnam contineat. 743. a.
an abductus in Babyloniã & quo tempore ibid.
- Basilisci natura, & vocis Hebraicæ etymologia. 89. a
- Balyniæ quid. 463. a
- Batne quodnam municipium. 776. a
- Bel innumeris oblationibus cultus. in eius templo
plurima anathemata & dona aurea. 703. a
- Bel à Babel quidam deducunt. 309. a
- Bel Babyloniæ Iupiter. 308. b. inuentor fide-
ralis scientiæ, eius templum Babylone euerfum
ab Xerxe, is à Latinis vocatur Saturnus. 309. a
- Belus gemma, Assyriorum Deo dicata. cum etren
Assyrij Deo suo condecorant. 309. a
- Bellorum tempore efficacissima arma, sacrificium. 224. b
- Bellum cur factum, quibus ritibus initum cum
apud Romanos tum apud Iudæos 453. b. Dei ius-
tu initum specialiter sacrum, Deique cultus. ibid.
ad Bellum quæ sint necessaria. 237. b
- Belluinos ac fatuos homines idololatria reddit. 479. b
- Beneficiorum Dei iustus vsus & finis quis. 291. b
- Beneficia Dei variis similitudinibus amplificantur. 355. a
- Beniamin pro Iudæa, in opprobrium, vel pro Ie-
rusalem. 453. a
- Benignitas Dei. 10. b
- Berecinæ quadraginta quinque diebus ante & post
solstitium nullas habet umbras. 129. a
- Bestias vilissimas pro diis Ægyptus coluit. 18. a
- Bestiæ agri quomodo Deum glorificent videlicet
non nocendo Dei seruis. 291. b
- Biblia Hebraica olim sine punctis scripta. 347. b
- Bombitatio quid. 750. b
- Bona opera, Dei dona per Christum. 291. a
- Bona spiritualia sub allegoria temporalium promit-
tuntur. 230. b
- Bonis malè, & malis benè esse antiqua querela. 490. a
- Bonis cur vt plurimum malè sit. 490. a
- Bonis tribulationes in castigationem, impiis in iu-
dicium. 583. b
- sub Bonorum temporalium typo multa bona pro-
mittuntur Ecclesiæ. 591. a
- Borith quid. 425. a
- Bosæ & Idumææ cur specialis mentio fiat cum in-
terrogatur Christus, cur eius vestimenta sint ru-
bra. 392. a
- Bonum magis vnde dictus. 750. a
- Brachium parare, id est ad opus arduum se accin-
gere. brachium Dei, est Christus. 339. b
- Breuis temporis circumscriptio. 61. a
- Butum Ægypti oppidum Latonæ oraculo celebre. 134. a
- Buxus Latine reddita vox Hebraica Isa. 41. v. 19.
quid significet. 277. a
- Buz, Dedan & Thema pro Arabia Petràa 561. a
- Byblii quomodo colant Adonidem vel Olum; 814. b.

C

- C**æcitas & ignorantia vna ex grauissimis De-
pœnis. 207. a
- Cælibatus & virginitas præstantior matrimonio 359. a
- Cæli Hebræis ab influendo dicti. 42. b
- Cælum Ægyptiis tenebrosum, cum nubes proce-
deret inter callra Ægyptiorum & Itraeitarum. 329. b
- Cæli an influant in actiones hominum eas guber-
nando. 463. a
- Cælorum sidera, interdum pro influentiis in actio-
nes & voluntates humanas accipiuntur. 477. b
- Cæli, pro diis cælestibus. 504. b
- Cæium Cæsarem pater Vitellij primus adorare insti-
tuit capite velato circumueitens se, deinde præ-
cumbens. 298. b
- Calamitates Iudæis superuenturæ triplici typo def-
cribuntur. 512. b
- Calceorum scæmineorum varia vitia reprehendun-
tur. 25. b
- Caliginosa loca, id est, Sepulcra. 274. b. 375. a
*impeginus meridiæ &c. Caliginosis locis, a. j. venturæ, in
pinguedinibus. Isa. 59. v. 10.* 374. a. b
- Calix pro afflictionibus. 335. b
- Calpe quid. 661. b
- Caluum graue scæminarum tormentum, & pœna
olim ignominiosa. 30. a
- Calutium veritum pro mortuis non tamen causa
pœnitentiæ. 155. b
- Calx pro præmio vel munere. cur. 41. a
- Camelus scæmina velocior in currendo masculo. 425. b
- Cameli orientales viribus & celeritate præstant. 146. b
- Camelorum species tres, eorum obsequia & com-
moda. 380. b. 381. a
- Campus vber & amœnus Deus. 686. b. explicatur.
- Canis quomodo dicatur Persice: quare Cyrus
- Cantica Mosis & Isaia num carmina strictè dicta. 36. b
- Canticum patruelis ab Isaia sic dictum quid sit. 37. a
- Capthorim qui. 662. a
- Capillare quid. 849. b
- Capilli Ezechielis in tres partes diuisi quos typice
repræsentent. 799. a. b
- Capilli, scæminarum potissima gloria. 25. b
- Capite aperto sacrificia apud Gentiles. 769. a
- Capita Isaia longe aliter quidam distinguunt ac
vulgaris. 290. a
- Caput & cauda, id est, summus & infimus. 75. b
- Capitale quid. 496. a
- Cappadocia quo sensu dicta insula. 662. a
- Cappadoces, Moscouitæ vel Thraeces, circumscrip-
ti tenentes sagittas. 412. b
- e Captiuitate Babylonica vix decima pars in Iu-
dæam reuersa est. 47. a
- Captiuitas Babylonica & Ægyptiaca figura illius
captiui

INDEX RERVM.

- captiuitatis, à qua nos liberauit Christus. 338. b
 a Captiuitate peccati liberatio longe gloriosior fuit quam illa a qua Deus olim Iudæos liberauit ex Ægypto. 340. a
 a Captiuitate Babylonica liberatio, quo sensu maior liberatione a seruitute Ægyptiaca. 514. b
 a Captiuitate Babylonica liberatio, typus tantum fuit & initium liberationis factæ per Christum. 585. a
 Carcer Ieremiæ vbi. 532. a
 Cardiaca passio quid. 731. b
 Carmeli varia acceptio. 81. b
 Carmelus interdum capitur appellatiue pro valle frugifera. 121. a
 Carmelus, id est humilis. 208. a
 Carmelus nomen proprium & appellatiuum. 423. a
 Carmelo & Thabor comparatur Ægyptus. quo sensu. 658. a
 Carmina Saturnia quæ. 36. b
 Carminibus ad memoriam olim res maximæ mandabantur. 37. a
 à Carnibus abstinent Ægyptij. 135. p
 Caro, pro consanguineis & propinquis. 702. b
 Carthago Tyri colonia. in eam ab Alexandro post obsidionem deuecti secundum aliquos. 161. b
 Caruæ reddita Latine Isa. 66. v. 20. vox Hebraica quid sit. 413. a
Cassigasti me & eruditus sum quasi iuuenulus. Ierem. 31. v. 18. forte scripsit *quasi iuuenus.* 592. a
 Catapultæ leu Ballistæ quid. 601. a
 Catenæ & vincula quæ iubetur emere Ieremias, quid fuerint. in quod tempus. 570. a. b
 Catenam amouere, id est, inhumanitatem exuere prouerbiū explicatur. 370. a
 Cauerna laci de qua præcisi Iudæi, Sara. 333. a
 Cauponare, id est, rem falsificare. 10. a
 Causæ confirmationes, metaphoricè ossa & nerui. 277. b
 Cayrus an Memphis. 137. b
 Cedar, id est, Arabes Scenitæ. 283. b
 Cedareni & Petræi, id est, homines maxime truces & Barbari. 283. b
 Celeusma quid. 121. a
 & non Ceperunt in ea. Lament. 4. v. 6. monet auctor legendum per dyphthongum. 735. a
 Cepha, Petri nomen. etymologia. 441. b
 in Cera vel ære olim nomina excauata. 388. b
 Cercusium quibus fluminibus alluatur. 776. a
 Ceres, alias Isis. 814. b
 Cereris Eleusiniæ quænam. 813. b
 Ceruicalia & puluilli pseudopphetissarum quid. 836. b. 838. a
 Cessator & Cessatus virorum Christus. 343. b
 Cestra quid. 700. a
 Cestum quid. 770. a
 Cestus quid sit. 30. b
 Cethim, aliis Macedones, aliis Itali. 160. b
 Cicuta & fel, metaphoricè malum grauissimum. 551. a
 Cinerem pascere. prouerbiū, explicatur. 299. a. cinis, metaphoricè luctus & miseria. ibid. cinerem pascens diabolus, cur. ibid. b
 Cingulum indicat intimam coniunctionem & perennitatem. 88. b
 Cingulum, typus Iudææ. cur. 495. a
 Cinguli typus Ieremiæ exhibitus an in visione tantum imaginaria vel in rei veritate. 495. b
 In Circensium ludorum pompa deorum simulacra vehebantur. 316. b
 in Circumcisione olim nomina indebantur. 60. b
 Circumcisio quibus in vsu. 475. b
 Cisternæ aquis Iudæorum malitia comparatur. cur. 454. a
 Cisterna Ieremiæ vbi. quo sine principes petierint eum in eam demittere. collo tenus, merfus cœno in ea mansit. 628. a.
 Ciuitates Iudæ à quo igni succensæ. 6. a
 Ciuitates maiores vel metropoles, matres, minores & coloniarum filiarum in scriptoris nominantur. 163. a
 Ciuitates olim in editis locis constructantur, & cur. 230. b
 Ciuitates Australes apud Ieremiam quæ. 497. a
 Chaldaicæ quænam scripta à Ieremia. 479. a
 Chaldaica translatio quantæ auctoritatis sit. 716. b
 Chaldæi, insignes astrologi. 97. b
 Chaldæi magiæ, diuinationi, astrologiæ, incantationibus, similibusque nefariis actibus plurimum dediti iisque infames effecti. 315. a
 à Chaldæis capta Ierolyma an igne succensa. 743. b
 Chalybes qui. 508. b
 Chamaan habitatio quis locus. 639. b
Sederunt peregrinantes in Chamaan. Ierem. 41. v. 17. vertunt alij, *Sederunt in Gherub Chimham.* 639. b
 Chamos Moabitaram idolum. 666. b
 è Chananæis Tyrij quomodo dicantur orti. 163. a
 Chartæ pro ornamento scæmineo quid. 29. a
 Chazor vbi sita. 679. b
 Chobar quis fluuius. 776. a
 Choreæ comparantur catulis leonum excutientibus comas. 702. b
 Choreseh Persis quid. Cyri nomen. 405. a. b
 Christi vera diuinitas asseritur. 19. a. b
 Christus duo bona confert Ecclesiæ & quæ. 32. a
 Christus germen Domini dicitur. 32. a. b. item fructus terræ. ibid. b
 Christus natus altissima pace. Augustus ter Ianum clauserat. 15. a
 Christus. spiritus Iudicij eius quid sit. 33. a
 Christi erga veterem Ecclesiam studium. 37. b
 Christus ex Iudæis nalciturus eos ab omnimoda internecone præseruauit. 48. a
 Christi vera humanitas demonstratur. 54. b
 Christus cur dicatur puer. 71. b. origo lucis, messis, victoriæ, tyrannidis superatæ, & diuini ignis. 71. b. eius principatus super humerum, id est, summus & insuperabilis. ibid. princeps pacis, id est, ter felix. 72. a
 Christi officia. 88. a
 Christus interficiet Antichristum. 88. b
 Christi in mundum venientis tres effectus. 88. b. & seq.
 Christus cognitus ab Isaia, & duplex in eo secretum. 171. a
 Christi crux & vulnera ab Isaia prædicuntur, eius victoria de gentibus & hostibus Ecclesiæ. 176. b
 Christi corpus in sepulcro incorruptum, quod singulari scriptionis anomalia indicat Isaia. 182. b
 Christus causa salutis piorum & exitij impiorum. 196. a
 Christus quam sit futurus gratus, per fugium omnium afflictorum. 226. b. & seq.
 Christi tempore vbertas omnium bonorum spiritualium. 229. b
 Christo

INDEX RERUM.

Christo venienti applaudunt omnes creaturæ. 246. a.
 Christus veniens instauravit & restituit omnia. 246. b
 per Christum via ad Deum certissima. 247. a. b
 Christo adveniente cessavit Leuiticum ministerium. 263. a
 Christus abundantissime satisfecit pro peccatis. 263. b
 Christi fortitudo in quibus pateat. 265. a. b
 Christi cura pastoralis erga fideles. 265. b
 Christus grauius incubuit operi redemptionis: ideoque præmium amplum recepit. 265. b
 Christus & per se propheta & prophetias euangelicas suis committit. 279. a
 Christus in quem finem in mundum missus. 279. b
 Christus vere seruus, cui Deus innititur vt herus. 281. b. per Euangelium exercet iudicium in omnes gentes. 282. a. gubernat in spiritu lenitatis absque vllis perturbationibus. ibid.
 Christus infirmis condonat misericorditer. 282. a. eius perspicacia in dignoscendis meritis causæ. ibid. nemini fuit offendiculo. 282. b. eius claritas & perspicuitas in eloquendo. ibid. longe alienus à præcipitantia. ibid.
 Christi opera cum erga suos, tum in aduersarios. 283. b. & seq.
 Christus secundum aliquos cæcus & surdus, id est, secundum hominum opinionem. 285. b
 in Christo conditi sumus ad opera bona. 291. b
 Christi typus Cyrus, ab eo ex abrupto transit Isaias ad Incarnationis mysterium. 304. b
 Christus vocatus à patre ad officium mediatoris. 323. a. & seq. per Christum salus ab æterno constitit Ecclesiæ. ibid. ei nomen pater indidit cum adhuc esset in vtero. 323. b
 Christus Iudæis primum prædicari debebat. 323. b
 Christi actiones omnes à patre dispositæ & ordinatæ. 324. a. Christus vires omnes consumpsit in Iudæis reformandis. 324. a
 Christus & apostoli sunt anima contemptibilis & abominata apud Isaiam. 324. b. eius miracula omnibus sunt in stuporem. 325. a
 à Christo peccatorum remissio, benedictio depellens mala & bona conferens, ad eum electi omnes concurrunt, denique congratulantur creaturæ omnes. 325. a. & seq.
 Christi passio ab Isaiâ diserte prædicta. 330. a
 Christi benedictiones declarantur variis similitudinibus sùptis à liberatione Ægyptiaca. 325. b
 Christus rebus omnibus ad salutem hominum pertinentibus instructissimus. 329. b
 Christus consolatur resipiscentes Iudæorum reliquias & quænam ad id adferat. 333. a
 Christus qua ratione hortetur Iudæos ad patientiam. 334. a
 Christus Ecclesiam restituit, a periculis & malis omnibus eripuit. 335. a
 ad Christum suscipiendum Ecclesiam hortatur Isaias. 337. b. in Christi aduentu Ecclesia qualis. ibid.
 Christus non redemit nos gratis. 338. a
 Christus, brachium Dei 339. b. Christi regnum asseritur & quibus mediis id obtinuerit. 340. a
 eius miracula multi obstupuerunt. ibid. præ omnibus afflictus fuit. ibid.
 Christus sæpe prædicauit in montibus. 339. a. eius Apostolorum prædicatione fundatur Ecclesia ibid.

in Christo duo sunt quæ offendiculo fuerunt Iudæis, quæ Isaias præoccupat. 342. a. b. & seq.
 Christus comparatur radici e terra arida. 343. a. celiator & cellatus virorum. ibid. b. comparatur Leproso. ibid. eius passio nulli debet esse offendiculo, suadetur efficaciter duabus demonstrationibus 343. a. & seq.
 Christus infirmitates a nobis tulit, vt loquitur Isaias & Matthæus, quænam hæ fuerint, spirituales vel corporales. 344. a. Christi diuinitas clare asseritur ab Isaiâ, dum abij percussus Deum ab eo appellatum volunt. 344. a. b. 345. b
 Christus ad passionem sponte se obtulit, magna tamen vi ad eandem tractus. exprimit id vox Hebraica. 345. a
 Christus a sententiâ mox in crucem sublatûs, a passione per resurrectionem liberatus. a. consilio pontificum & Phariseorum ad mortem pertractus. Hæc tria intelligi possunt cum dicitur sublatûs de angustia apud Isaiam. 345. a. b
 Christi resurrectionem negant Iudæi: retunditur. 347. a
 Christus quomodo glorificatus a patre. 356. a
 Christus falsa sententiâ & iudicio interfectus. 346. a. Christus vnus omnium debita in se suscepit & satisfecit. 346. a. eius mors & sepultura an clarè ab Isaiâ prædicantur. eius sepulcrum quantum distet a loco crucis. an locus Isaiæ à Rabbiniis corruptus. 346. b. Christi sepulcrum ab impiis militibus custoditum, a Pilato mortis sententiâ ei dicta. paraphrasis quorundam ad locum Isaiæ. 346. b. sepulcrum Christi valde gloriosum prædicatur ab Isaiâ vocaturque secundum aliquos in textu sacellum, non in quo sacrificetur sed specialiter ad diuina destinatum facto corpori continendo, notaturque id anomalia punctorum Hebraicorum. ita hic legendum esse textumque à Iudæis corruptum pluribus pie & erudite dissertitur. 346. b. 347. a
 Christo in præmium datum conferre vtias gratiarum diuisiones, Apostolos per mundum legare & singulis prouincias distribuere. 349. a. b
 Christi mors Hebræis dicitur in plurali, quo mysterio. 348. b. Christi passio præmium cum in se tum in suis. 348. a. b. 349. a
 per Christum summa prosperitas Iudæis & gentibus 365. b
 Christus, Dei brachium & iustitia. 376. a
 Christus, Ecclesiæ lumen & gloria Iehouæ. 379. b
 Christo fideles vt farculi coniunguntur. 383. a
 Christi vocatio, operatio & administratio. 384. a. & seq. Christum Deus vnxit id est instruxit plenitudine spiritus ad functiones suas. 384. b
 Christi effectus in Ecclesia videlicet vt hostes ipsi Ecclesiæ ministrent & Ecclesia ministret Deo: 385. b
 Christi administratio, qua Ecclesiam administrat, cum per se tum per ministros suos. 386. b. & seq.
 Christus, sponsus. Ecclesia, sponsa. 387. a. b
 Christi prædicatio indefatigabilis ex affectu erga Ecclesiam. 388. a
 Christi exercitus, eius potentia. 392. a. eius victoria à gentibus reportata eiusque duæ notabiles circumstantiæ. 392. b
 Christi vestimenta secundum aliquos insignita nominibus denotarum à se gentium. 393. a
 Christus dicitur angelus facierum. cur. 394. a
 Christi in Ecclesiam, tria beneficia & quæ. 170. a

INDEX RERVM.

- vt Christus nasceretur Iudæorum reliquiæ seruata. 447. b
 Christi crux à Ieremia quibus verbis prædicatur. 486. a. b
 Christus, dilecta anima Dei ab eo in mortem tradita. 491. a
 Christi regnum perpetuum. 607. a
 Christi diuinitas à Ieremia asseritur. 594. b. 607. a. eius nomen iustitia nostra. *ibid.* eius sacerdotium & sacrificium quodnam. *ibid.*
 Christi passionis mysterium à Ieremia innuitur. 737. d
 Christus representatus per firmamentum Crystallinum. Ezechielis. 4. cur. eius gloria, eius effectus, eius officium. 781. a
 Christus Ezechieli representatur per arcum. 783. b
 Christi duplex natura representata per ignem superius viuaciorem, in ferius deferuentem. 783. b
 Christus & Ezechiel vocantur hominis filius, cum quodam tamen discrimine. 785. a
 Christus variis typis & figuris representatus. 817. b
 Christi ascensio innuitur ab Ezechiele. 827. b
 Christiani Dei & Ecclesiæ filij & inuicem fratres. 295. b
 Christiani omnes, circumscriptiue qui fertis vasa domini. 340. a
 Chrysfargyion quid. 104. b
Clama ad transeuntes. Ierem., 22. v. 20. alij vertunt, *vosifera de Abarim.* 544. a
 Clamare quo sensu dicantur peccata. 534. b
 Claudicatio, metaphoricè defectus vitæ vel ministerij. 533. b
 Clavis symbolum regni. 156. a
 Clementia Dei singulari emphasi exprimitur. 198. b
 Clypei oleo olim vacati. item taurino glutino & linteo compacti. 145. b
 Cobar Babylonius Euphratem deriuari iussit, quod flumen Persæ saxis obruere. 776. a
 Cogitatio, pro viro tota cogitatione & corde in Deum intento. 179. a
 Colligo Latinis & Hebræis quid sit. 468. b
 Colligo pro aufero vel subtraho. 513. a
 Collucare quid. 85. b
 Collum pro Ierusalem. 61. a
 Colonia variæ Tyriorum. 161. b
 Columna veritatis dicitur Ecclesia. cur. 14. b
 Columba animal sociale. 381. a
 à Columbis enutrita Semiramis. 563. b
 Columba, metaphoricè Deus. cur. item. Nabuchodonosor vel exercitus Babyloniorum. cur. 563. a
 Columba pro Persa vel Medo. 989. a
 Comedere verba alicuius, id est, libentissime excipere. 509. a
 ad Compassionem afflictæ Iudææ mouet Ieremias à quadruplici capite. 723. b
 Compates & commatres. eorum prælusio in Veteri Testamento. 60. b
 Compedes, ornamenta pedum foemineorum. 26. b
 Complodere & iactare manus, lugentium ritus. 513. b
 Concedes quid. 441. a
 Conchylium vel conchyle quid. 849. b
 Concordiæ & pax per Euangelium & Christum conciliatur. 15. a
 Concupiscentia vocantur idola & idololatria. cur. 278. b
 Confidentia in homine comparatur vento. 215. a
 Confidentia in Deo suadetur. 269. b
 Confidentia in Deo fundamenta duo. 435. b
Confortamini filij Benjamin. Ierem. 6. v. 1. legunt alij *congregamini.* 453. a
 Confusio, idololatria dicta. & cur. 435. b
 Coniugationis anomalia apud Hebræos quid mysterij contineat. 339. b 578. a
 Consilia, Hebræis dicuntur scetus. 15. b
 Consiliarij mali principum, pestis regni. 629. b
 Contendere cum Deo quid. 9. b
 Conticinium quid. 374. b
 Controuersias & odia componit Euangelium. 15. a
 Conturbatio maris & commotio, est eius scissio. 335. b
 Conuentus priuatos habuerunt Iudæi persecutionum tempore. 685. b
 Conuicia & maledicta in deos iactabant gentiles in funeribus suorum. 769. a
 Conuiuium pinguium & vindemiæ à Deo gentibus proponendum, quidam in malum, plures in bonum accipiunt. 174. b
 in Conuiuiis poculorum certum numerum præscribebant antiqui. 304. a
 in Conuiuiis & festis lucernarum vsus. 560. a
 Conuiuium in mortuorum exequiis olim fieri solita ad consolationem amicorum. merum vinum & liberalissime tunc potari solitum, varia horum conuiuiorum appellatio, etiam quædam gentes tunc corpus incidebant. 513. a
 Conuocationes, festa dicuntur. 8. a. b
 Cordis palpitatio effectus metus. 246. b
 super Cor ponere. Hebraismus, id est aduertere. 362. a
 Cor hominis maxime occultum. 519. a. 520. a
 Cordis parietes, præcordia. 441. b
 Coram rege esse, id est seruum regis esse. 61. a
 Cornu, filius olei. 37. a
 Corporalis creatura subiicitur angelis & ab eis regitur. 781. b. 782. a
 Coxa quid. 313. b
 Creaturarum conseruatio & gubernatio à Deo. 266. a
 Creaturæ omnes Dei opus prædicant & ei modis omnibus ministrant. 304. b
 Crepida vnde dicta. 25. a
 Crepusculum; duplex & quid vtrumque. 374. b
 Cribrum hominum & cribrum Dei quomodo differant. 220. a
 Cræsus & Midas, opulentia prodigia. 304. a
 Cræsus Babylonios contra Cyrum accessere statuit. 688. a
 Crucis signum secundum aliquos est signum ponendum fidelibus ab Isaa prædictum. 412. b
 Crux Christi à Ieremia prædicatur illis verbis *mittamus lignum in panem eius.* vt multis Sanctorum Patrum testimoniis probatur. 486. a. b
 Crucis figura olim erat littera Thau. 818. b
 Crudelitatis rarum exemplum, prægnanti vterum obsepire & ad perpetuam prægnationem damnare. 534. b
 Crystallus, gelu dicta. cur. 353. a
 Crystalli generatio. 783. a
 Cyaxaris filij Phraortis tempore totum Mediæ regnum Scythæ occuparunt. 680. a
 Cypseli quid. 108. b
 Cyrenæ, id est, Phul. 412. b
 Cyrenæi conductij in exercitu Sennacherib. 152. b

INDEX RERVM.

Cyrus proficiscens Babylonem Gyndem fluium magnum in trecentos sexaginta riuos deduxit. 91. a item Euphratem fossis auertit. *ibid.* mulo comparatus. cur. 146. a. cur equis & camelis Babylonios aggressus sit. 146. a. comparatus leoni super speculam. 146. b

Cyri edictum de libertate Iudæorum, quibusdam vox clamantis in deserto. 263. b. à Deo excitatus vt susceperet bellum contra Babylonios. 278. a. ei Euphrates factus peruius ad Babylonem occupandam Dei prouidentia, in gratiam Ecclesiæ. 291. a. ab Isaia nominatus & prædictus, à cuius prophetia anni elapsi centum septuaginta. 301. a. cur dictus pastor. *ibid.* cur dictus Christus. 303. a. Dei instrumentum & à Deo auxilium accepit. 303. a. b. potitus opibus Cæsi. quanta earum vis. 304. a. Christi typus, ab eo ex abrupto transit Itaias ad Incarnationis mysterium. 304. b. nomen an diuinitus ei inditum, an Messia nomen ei à Deo datum. 304. b. eius exercitus rapax & velox. 311. b. ingentibus copiis Mediam inuasit. 680. b

sub Cyro & Dario Medi rebellarunt. à quibus iterum subacti. 680. b. Astyagem cœpit Cyaxaris filium eumque vel apud se habuit vel genti Hircanorum præfecit. 681. a. b. qua via in Babyloniam exercitum duxerit. 688. b. eius contra Babylonios prima expeditio, eos in oppidum repulit. 689. a. qua industria Babylonem cœperit. 691. a. Babylonis bellum intulit Asia deuicta. 692. a. comitatus aliis regibus. *ibid.* vnde oriundus. 701. a.

D

& **D**abo lapides prægrandes, Ezechielis. 13. 11. Hebraice legitur, & vos lapides prægrandes. 836. a

Damasceno regno excidium prædicat Ieremias. 679. a

Damascus quando, à quo & ob quam culpam occupata ab Assyriis. 134. a

Dan & Ephraim cur dicantur annuntiatuæ aduentum Babyloniorum Iudæis. 440. b

Dauidis regnum in Christo stabilitum in æternum. 118. b

Decem reges ab Ozia vsque ad captiuitatem Babylonis. 47. a

Decima pars reuersa est in Iudæam è Babylone. 47. a

Decreta Dei nemo impedit. 109. b

Dedan, Thema & Buz, pro Arabia Petrea. 561. a

Depascere, metaphoricè nocere. 508. b

Desertum maris, id est, Babylon. 143. b

Deserti turbines vehementiores. 144. a

Desertum alicui esse, id est, infructuosum & ex quo nihil obsequij quis habeat. 427. b

Deserta inter Babylonem & Ierusalem. 440. a

in Deserto habitantes, id est, Arabes Scenitæ. 561. b

& ponet Desertum eius quasi delicias. Isa. 50. 3. alij nomen proprium *Hedenem* substituunt. 333. b

Designatores qui. 513. a

Desperationis summæ descriptio. 16. b

Desperatorum similitudo & circumscriptio. 238. a

Deus quomodo sanctus. 5. a

Deus quæ sacrificia respuat. 7. b

cum Deo contendere. quid. 9. b

Dei benignitas. 10. b

Dei punitionis quis fructus. 11. b

Dei gloria quibus typis describatür. 44. a

Dei gloria plena omnis terra. id est, omnes creaturæ præbent materiam laudandi Deum. 45. a

sine Dei prouidentia nihil fit. 62. a

Dei epitheta, Lux & Sanctus. 81. b

Dei protectio contra hostes densissimæ vmbrae contra æstum comparatur. 174. a

Dei cognitio ablata cæcitate per Christum introducta in mundum. 175. a

Deus singulari prouidentia fideles gubernat tam rebus prosperis quam aduersis. 179. b

Dei cura erga Ecclesiam. 185. b. 325. b. 607. b

Deus agricolæ comparatur, cuius ager Israel, semina Dei dona & lex, grana bona opera, quæ Deus per trituram partim leuiorem partim grauiorem exigit. 199. a

Deus diuersa ratione flagellat iustos & impios. 187. a

Dei clementia singulari emphasi exprimitur. 198. b

Dei Iustitia irrefragabilis, quædam tamen contra eam mouentur obiectiones. 189. a b

Dei prouidentia vt plurimum alternat dulcia tristibus. 201. a

Dei in opitulando celeritas. 217. a

Deus suos ad tempus deserens pactum cum iis irritum facere videtur. 234. b. Deus ciuitates Iudææ tradidit in manus Assyriæ. *ibid.*

Deus noster ignis consumens est. Deut. 4. 24. sinistre abutuatur Iudæi. 239. a

Dei bonitas erga peccatores. 263. b

Deus creaturas omnes conseruat & gubernat. 266. a. 273. a. 446. a. facile. 479. a. quam sit promissa exequi dilucide demonstratur. *ibid.*

Deus aliquem dicitur vocare nomine suo, quem ad certum aliquod opus destinat. 303. b

Dei magnitudo à triplici capite commendatur ab Isaia. 266. a

in Deo confidere quantum præsidij in se habeat. 279. b

Deus gentes ad amicabilem disceptationem in iudicio secam vocat. 272. b

Dei æternitas circumscribitur. 273. a

Deus populo semper prouidit de prophetis. 279. a

Dei opera in Christo. 283. b

Dei nomen, Ipse. explicatur. 283. a Deus immutabilis. *ibid.*

Dei iustitia, impios punire & bonos beare. 285. a. quomodo Dei gloria augeatur è Iudæorum excæcatione. *ibid.* b

Dei ira & vindicta valde moderata & temperata. 286. b. eius promissiones quadruplici argumento confirmat Isaia & id quodnam sit. 288. a

Dei prouidentia quam seruat cum electis & eius gradus. 289. b

Denm glorificant bestiaæ agri, quatenus eius seruis non nocent. 291. b

Deo & homini seruire quantum interfit. 292. a

Dei opus creaturæ omnes prædicant & ei modis omnibus ministrant. 304. b

Deus in sua punitione duos fines spectat & quos. 304. a

Dei promissiones infallibiles. 311. b

Deus calamitatum & miseriarum finem Ecclesiæ suæ indubie præstiturus est. 314. b

probat Deus non in fornace argenti sed afflictionis. 319. b

INDEX RERVM:

Deus omnipotentiam suam quomodo probet. 329. b
 Deus quo motiuo se excitauerit ad redimendum genus humunum. 338. a. 339. a. 349. b
 Dei brachium est Christus. 339. b
 Dei nomen Hebraei addunt ad auxesim. 344. a. b
 Dei beneficia variis similitudinibus amplificantur. 355. a. eius uocatio sine meritis. ibid.
 Dei infinitas longe excedit infinitatem peccati. 356. a
 Deum non auocant peccata quin promissiones suas impleat. 373. a
 Dei iustitia, Christus. 376. a
 Deo magna gloria accedit è salute nostra. 388. a
 Dei consolationes quanta sint efficaciaz. 394. a. eius misericordia & compassio quanta. ibid.
 ad Dei puram misericordiam prouocant Iudæi in sua oratione. 395. b
 a Deo decreta singulis peccatis suæ pœnæ. 403. a
 Dei erga seruos suos in Ecclesia sua triplex opus 412. a
 Deus uocationi semper addit gratiam. 417. b. 418. a
 Dei ministri dicuntur facere, quod facturus Deus per eos prædicit. 418. a
 Deus antequam finaliter puniat & destinatam iram im mittat, tentat monitionibus an homo in meliorem frugem se sit conuersurus. 418. a
 Dei bonitas erga pœnitentes, à quibus se patris nomine uult compelliari. 435. a
 Deo confidere quænam suadeant. 435. b
 Dei ueritatem demonstrat Ieremias ex eo quod uentura prædicat. 440. a
 Dei iussu bellum in initum specialiter sacrum, Dei que cultus. 453. b
 Deus mystice conflator, follis, os prophetæ, argentum repurgandum Iudæa, plumbum omnia adminicula repurgationis. 457. b
 Deus uerus quot modis dicatur. 479. a
 Dei iustam punitionem non refugiunt boni sed ad solam misericordiam prouocant. 481. a. b
 Dei prouidentiam quænam impugnent. 490. a. Dei prouidentiaz consideratio magnum ad bonam uitam momentum habet. 490. a
 a Deo punienda peccata tandem, licet sero. 490. a
 Dei anima dilecta quæ. 491. a
 a Deo seiunctus homo illico perit & interit. 495. a
 ad Dei misericordiam solam prouocat in suis orationibus Ieremias 502. a
 Dei manus, Euangelium. 515. b
 Dei sanctuarium, Ecclesia. 520. b
 Dei oculis omnia aperta. 520. b
 Deus quomodo dicatur seducere. 532. b
 Deus suos liberat cum spes in fundo est. 534. a
 Dei facer quidam cultus est impios perdere. 541. a
 Deus ubique præsens. 512. a
 Deus metaphorice columba. cur. 563. a
 ad Deum accedere, pro sacerdotio fungi. 585. b
 Dei fœdus cum Ecclesia, & eius effectus. 589. a
 in Dei conspectu stare quid. 615. b
 Dei epitheton, campus uer & amœnus. 686. b
 Dei lex, fons sapientiaz. 753. b
 Deus cur in nube plurimum appareat. 777. a
 Dei prouidentia creaturis omnibus ad suum finem utitur, easque moderatur. en Breuis explicatio uisionis Ezechielis. 777. a
 Dei prouidentia omnia disponit. 782. a
 Dei prouidentia oculo comparata ubique. 782. a
 Deus pedetentim impios deserit. 818. b
 Deorum genealogiaz singulari studio apud gentes

inquisitæ. 16. a
 Deorum imaginibus curru impoſitis gentiles quidam se subſternebant rotis proſcindendos. 176. a
 Deorum ſtatuis priſci uincula iniiciebant, eas clathris & cancellis argenteis includebant. 267. a
 Deorum falſorum duo genera. 477. a. b
 è Deorum nominibus nomina ſua Babylonij conflare ſoliti. 632. a
 in Deos conuicia & maledicta iactabant Gentiles in funeribus luorum. 769. a
 Diabolus, draco & ſerpens tortuoſus. 185. a
 Dianæ Epheliæ teſtum ex vna uite. 844. b
 Dibra & Rbla num eadem. 803. b
 Dibon Hebraice Dimon quid. 115. b
Sicut in Diebus Noë iſtud mihi eſt. Iſa. 54. v. 9. alij uertunt quæ aqua Noë. 352. a
 Dies, id ſt, clara inſpectio & cognitio cauſæ. 17. a
 Dies Domini quis. 96. b
 Dies hominis qui. 521. b
 Dierum exciſio, pro morte immaturæ. 255. b
 Diſſidentia Deo ſumme diſplicet. ex quo capite poſtiſſimum redarguatur. 54. a
 Diluuij tempore quonam homines fugerint. 700 b
 Discriminalia quid. 27. b
 Diſſolutionum ignis quis. 397. b
 Diuinationi diſſuadetur à duplici capite. 64. b
 Diuinitas Chriſti à Ieremia aſſeritur. 549. b. 607. a
 Diuitiaz flori deciduo comparantur. 191. a
 Diuitiaz, labores appellantur à Spiritu S. 368. b
 Diuitis cum perdice comparatio egregia. 520. a. b
in ſuper malitias tuas Docuiſti uias tuas. Ierem. 2. 23. alij ſcribunt, *docui.* 428. a
Super terram Dominantium aſcende & ſuper habitatores eius uifita. Ierem. 50. 21, alij hic duo nomina propria reponunt. 688. b
 Domini uafa ferentes qui dicantur. 340. a
aſcendit Domus. Iſa. 15. v. 2. alij nomen proprium ſtatuant. 112. b
 Domunculæ animæ, ornamentum, quid. 28. a
 Domus ſaltus, pro armamentariis. 153. a
 Domus Dei quæ. 461. b
 Domus regis cur nominentur in plurali, 605. b
 Dormire quotuplex acceptio. cui lateri indormire conſultius. 794. b. 795. b
 Dracones reddita Latine Eſa. 13. v. 21. uox Hebraica quid ſignificet. 100. a
 Draco & ſerpens tortuoſus, diabolus. 185. a
 Dracones amant loca arida. 247. a
 Dracones igneæ naturæ, frigidiores auras & elephantorum ſanguinem ſumme appetunt. 502. a
 Dracones terreſtres mammas habent. 734. b
 Dromedarij Latine uerſa. Iſa. 60. v. 6. uox Hebraica quid ſit. 380. b
 Duma quotuplex. 147. a. id eſt, Idumæa. ibid. b

E

Ebbrietatis auxesis deſcribitur. 20. a
 Ebrietas, metaphoricè cæcitas mentis uel ſummæ calamitates. 496. a
 ly Ecce utuntur prophetæ reſpectu rei futuræ tanquam ſi iam præſentem demonſtrarent. 133. a
 Eccleſia comparatur monti. 14. a. b. cur fideles ad eum confluere dicantur. ibid. columna ueritatis. ibid. b. eius exordium mons Sion. ibid. b
 Eccleſia duo bona habet à Chriſto. & quæ. 32. a
 Eccleſia munita ſpeciali prouidentia Dei. 34. a
 Eccleſiæ præ Synagoga excellentia. 70. b. 351. a
 Eccleſiæ

INDEX RERVM.

- Ecclesiæ sanctitas & scientia.* 89. a. b
Ecclesia domus, in qua requiescit Christus. 89. b
Ecclesiæ amplitudo. 103. b. & seq.
Ecclesia aylum omnibus afflictis. 111. b
Ecclesia comparatur vineæ cuius luxuriantia flagella, ist est, hostes Deus amputet, quo illa maturescat plenius & felicius. 131. a
Ecclesiæ amplificatio & propagatio. 181. b. 325. b. 326. b
Ecclesiæ omnis virtus à Deo. 182. a
Ecclesia dicitur tritura. cur. 147. a
Ecclesiastici, exercitus excelsi, 171. b
erga Ecclesiam Dei cura singularis, 185. b
Ecclesia, metaphoricè cauta, 230. a
Ecclesia comparatur calx pastoritiæ. 328. a
Ecclesiæ Deus est sicuti Tigris & Euphrates Mesopotamiæ & sicuti Nilus Ægypto. 238. b
in Ecclesia Christi est vera solemnitas. 238. a
Ecclesiæ Dei inimicorum quis successus. 239. a
Ecclesia comparatur draconi. quare. 247. a
Ecclesiæ lætitia longe maior quam Synagogæ. 247. b
Ecclesiæ curam nunquam deserit Deus. 269. b
Ecclesia Dei initio debilis & infirma postea Dei auxilio reges, magnates & tyrannos trituro. 276. a. b
erga Ecclesiam singularis Dei beneficentia. 276. b. elegantissimis allegoriis exornata. *ibid.*
per Ecclesiam Christi subuersum regnum tenebrarum. 278. b. ad Ecclesiam confluxus ex omnibus plagis mundi. 278. b
Ecclesiam suam antequam Deus deserat prius totum naturæ ordinem inuertet. 284. b
Ecclesiæ Dei epitheton, Isechurun. 295. a
Ecclesiæ hostes retunduntur à Deo. 327. a
Ecclesiam Iudæorum ad fidem hortatur Christus exemplo progenitorum & gentium. 333. a
Ecclesiam excitat Deus cum inculcando recordationem maiestatis suæ, tum proponendo dignitatem ad quam fuerat electa. 334. b. eam excitat Deus ad spem præstantissimæ liberationis. 335. a. ea per Christum restituta, à periculis & malis omnibus erepta. 335. a
Ecclesia fundata prædicatione Christi & Apostolorum. 339. a
Ecclesiam hortatur Christus ad suscipiendum Christum. 337. b. qualis in eius aduentu fuerit. *ibid.*
Ecclesiæ tria promittuntur bona, amplificatio, fœderis Dei redintegratio, gloria & salus cum hostium excidio. 351. a
Ecclesia generans secundum Spiritum, Synagoga secundum carnem. *ibid.*
Ecclesia libera & excepta à calumnia futura prædicatur. 353. a
Ecclesiæ hostes tam ciuiles quam externi è medio tollentur, testante Isaia. 353. b. nec factis nec dictis ei nocebit quisquam. 354. b
extra Ecclesiam omnia fallacia & infructuosa. 355. b
Ecclesiæ ministri mali, causa perditionis eius. 359. b
Ecclesiæ propagatio, eius lux & gloria. 379. a
ad Ecclesiam conuersæ insulæ plurimæ. 380. b
ad Ecclesiam opes multæ aggregandæ. *ibid.*
Ecclesia columbario comparatur. 381. a
Ecclesia omnibus aperta. 381. b. eius ministri, portæ metaphoricè. *ibid.*
Ecclesiæ prælati non ita exigant à suis subditis lucrum pecuniarium. studeant potius vt subditi recte viuant. 382. b
Ecclesiæ cum adiuncti Romani, impletum illud Isaia, reges eorum adducantur. 381. b. in eam quæ beneficia collaturus Deus. 382. a. in ecclesia sacre Inquisitionis officium innuitur ab Isaia. 382. b. in Ecclesia Sanctorum Episcoporum & præsertim Romani Pontificis successio. 382. b. eius pax, id est, summa prosperitas & fortuna. 382. b. eius controuersiarum iudex, Romanus Pontifex. 382. b
Ecclesia ministrat Deo & eius hostes ipsi Ecclesiæ ita accurante Christo. 385. b
Ecclesiæ ius & auctoritas in omnes res creatas. 385. b
in Ecclesia vera Sanctitas per Christum. 386. b
in Ecclesia instituit Christus nouum cultum & ceremonias, antiquato vetere testamento. 386. a. cum ea Deus perpetuum fœdus inicit in Christo. *ibid.*
Ecclesia, sponsa. Christus, sponsus. 387. a. b. in ea vera Iustitia à Christo. *ibid.*
Ecclesiæ Deus dedit nomen nouum. quodnam. 389. a
Ecclesiæ ministris à Christo duplex demandata functio. & hæc quæ. 389. a
Ecclesia Iudæorum tres quæstiones proponit Christo. & hæc quæ sint, cum Christi responsis. 392. a
Ecclesia orat Deum vt continuet veritatem promissionum suarum, cuius orationis partes egregie distribuuntur. 393. b
Ecclesiæ amici prouocantur ad eius congratulationem & vt participent benedictiones eius ad Dei gloriam. 408. a
Ecclesiæ constitutio & synagogæ abrogatio prædicatur. 408. a. Ecclesiæ filiorum genitor Deus. 410. b
Ecclesiæ filiorum partus gloriosus & admirabilis. 410. b
Ecclesiæ suæ Verbi semen incorruptum communicat Deus. 411. a
Ecclesiæ dignitas. 411. b
erga Ecclesiæ filios triplex Dei opus. 412. a
Ecclesia Catholica vocata per reliquias Iudæorum. 412. a
Ecclesia perpetuo & indefinèter Deum colet. 413. a. in ea bonorum omnium copia & redundantia. *ibid.*
Ecclesia, sanctuarium Dei. 520. b
Ecclesiæ sub typo bonorum temporalium multa bona promittuntur. 591. a
Ecclesia Deo quam chara. 593. b
Ecclesia etsi imperfectionibus & tribulationibus squalens, non tamen propterea à Deo deseritur. 592. a
Ecclesia Deo semper curæ. 607. b
Edomæonum regio quæ. 677. b
in Electos Deus quæ beneficia conferat & quo ordine. 289. b
Electrum interpretata Latine Ezechielis i. v. 4. vox Hebraica quid sit. 777. b
Electri quot species, quæ nam laudatior, quid fuerit electrum ab Ezechiele nominatum. electri artificialis in templis & palatiis vsus. 778. a. b
Eleusinia Cereris quænam. 813. b
Elulæus rex Tyri regnauit annis triginta sex, Salmanaferem & Phanices euicit. 159. a

INDEX RERVM.

- Eliphaz Themanites Iobi amicus, eius sapientia unde demonstratur. 676. b
 Emplastrum Hebræis ab ascendendo dicitur. 584. b
 in Emptionis & venditionis contractu duo instrumenta apud Hebræos adhiberi solita. 600. a
 Empusæ quid. 244. a
 Ephraim, Synedochicè tribus Israël. 73. a
 Ephraim & Dan cur dicantur annuntiatur aduentam Babyloniorum Iudæis. 440. b
 Ephraimi semen quod. 461. b
 Ephialtes quis. 691. b
 Episcopi & præcones Euangelij, metaphoricè Nazaræi. 590. b
 Epistola Ieremiæ missa Iudæis in Babyloniam. 470. a
 Equi vngulis in quibusdam locis triturant. 200. b
 Equi Nisæi qui. 380. b
 Equi laudationes quinam. 447. b
 Equi Tusciæ laudantur. 447. b
 Equorum Babyloniorum vis magna. 690. b
 Equorum hinnitus unde dicitur. 750. a
 Equites quibuscum certandum esset Ieremiæ sunt Ierosolymitani, 490. b
 Erel quid. 234. a. b
 Eremitæ & anachoræ innuuntur ab Isaia. 170. b
 Erius reddita Latine ab Isai. vox Hebræa quid significet. 108. b. & seq. 244. a
 Erigere vexillum, id est ad bellum vocare. 439. a
 Eruca oculis claritatem restituit. 183. a
 Ethbas Hebræorum quid. 561. b
 Euangelium barbaras gentes mansuefacit, Controuersias & odia componit, pacem & concordiam consiliat. 15. a
 Euangelium igni comparatur. 71. a
 Eucharistiæ sacramentum ab Isaia insinuat. 174. b
 Euangelium errores omnes dissipauit. 175. a. item idola. ibid.
 Euangelium, tuba toto orbe personans. 188. b
 Euangelium infidelibus & Iudæis in ruinam & perditionem. 195. a
 Euangelium quam consolationem attulerit. 263. a
 Euangelij duplex promissio. remissio peccati & reconciliatio in Christo. 262. b
 Euangelium, verbum Dei manet in æternum. 265. a
 Euangelium dicitur iudicium. cur. 282. a. 333. b
 Euangelium prædicatur prædicandam nationibus remotissimis. 282. b
 Euangelio restiterunt Pharisei corrupti traditionibus humanis. 330. b
 Euangelium longe latius disseminatum. 341. a
 Euangelium, brachium Dei. 334. a. 342. b
 Euangelij prædicatio in initio Ecclesiæ quid contulerit. 339. b
 ad Euangelium vocat Deus sine vlllo discrimine 358. a. b
 Euangelium & benedictiones illud consequentes magnam Deo gloriam conciliant. 357. b
 Euangelij mysterium, gloria Domini. 379. b. eius prædicationis fructus declaratur 380. a
 Euangelium omnem mundi gloriam strauit. 377. b
 Euangelij tempus, annus placabilis Domino, 385. a
 Euangelij hostes à Deo interficientur. 411. b
 Euangelium, manus Dei dictum. 515. b
 Eucharistiæ sacrificium à Ieremia prædictum. 607. a
 Eucharistiæ sacrificium prædicatur. 89. b
 Eucharistiæ sacramentum innuitur ab Isaia. 359. a
 Euphrates pro exercitu Assyrio. 61. b
 Euphrates à Cyro in Nitocris foueam depressus secundum aliquos. 197. a
 Euphratis quotuplex deriuatio. 109. a
 Euphrates Cyro factus peruius ad occupandam Babylonem Dei prouidentia in gratiam Ecclesiæ. 291. a
 Euphratem, qua Babylonem ingreditur deriuauit Cyrus & milites per alacrum ingredi iussit. 691. a
 Euripus homo. prouerbiū. 366. b. in Euripum profiliit. Aristoteles quia eum comprehendere nequit. Euripo comparantur impij, 366. a. b
 Euphrates alius & celer. Babylonem interfecat ac in mare rubrum decurrit. 699. a. eius palus quadrigentorum viginti stadiorum à Nitocri effossa. ibid. in quo Babylonis loco. ibid.
 Euphratis alueus quisnam, à Persis combustus. 702. a
 Euphrates an Chobar. 776. b
 in Excelsis ordinariè idola. 432. a
 Excommunicationis quoddam specimen in lege veteri. 499. b
 Excommunicationis quoddam specimen in Veteri Testamento. 618. b
 Exercitus excelsi, aliis Israël, aliis ecclesiastici. 171. b
 in Exequiis mortuorum conuiuia olim fieri solita ad consolationem amicorum, merum vinum & liberalissime tunc potari solitum, varia horum conuiuiorum appellatio, etiam quædam gentes tunc corpus incidebant. 513. a
 Exilium Iudæorum prædicatur. 519. a
nolite Exire ad agros. Ierem. 6. 25. alij legunt in singulari alij in plurali. 456. b
 Exul asportandus comparatur gallo. & cur. 155. b. item trocho. ibid.
 Ezechias obturato fonte Gihon deduxit aquas per medium ciuitatis in piscinam interiorem. 50. b
 propter Ezechiam liberauit Deus Iudæos à iugo Babylonis. 84. a
 Ezechie historiam cur post tractatum de Christo Isaias suo libro inseruit. 250. a
 Ezechias sanationem & longam vitam quomodo in beneficium accepit. 258. a. morbum suum somno comparat. ibid. b
 Ezechias docuit Babylonios secundum aliquos viam & rationem, qua deuastandis Iudæis essent principes. 497. b
 Ezechias qua porta eruperit cum Babylonij inuaserunt Ierusalem. 632. b
 Ezechielis annus trigésimus quo cœpit prophettare quis sit. 775. a
 Ezechiel etymologia, eius visio locupletius explicata. 776. b. & seq.
 Ezechieli arcus exhibitus Christum repræsentat. 783. b
 Ezechiel & Christus vocantur hominis filius, cum quodam tamen discrimine. 785. a
 Ezechielis anni trecenti nonaginta quinam. 795. a. b
 Ezechielis capilli in tres partes diuisi quos typicè repræsentent. 799. a. b
- F
- confortauit **F**aber ararius percutiens malleo. Isa. 41. v. 7. legunt alij, ararium. 273. b
 Facere, pro comparare, acquirere. 601. a
 è Facie dignoscitur indoles & status hominis. 23. a
 Facierum angelus dicitur Christus. cur. 394. a
 Faciem suam contra aliquem ponere quid sit. 537. a
 Faciem

INDEX RERVM.

Faciem suam ad aliquid ponere vel statuere quid.		Flos, pro ala vel penna.	667. a
462. b.		Floralia quid.	838. a
ad Facies suas aliquem pellere Hebræis quid.	676. a	Flori deciduo diuitiæ comparantur.	191. a
Facies animalium Ezechielis quid representent.	779. a	Fodere vel infodere se Hebræi accipiunt pro erubescere.	172. b
Fæces conseruant vinum.	667. a	Fodere vel infodere se Hebræis est erubescere.	507. b
Fæces Hebræis à seruando dictæ.	51. a	Fœdus Dei cum Ecclesia & eius effectus.	589. a
Familia pro diuersis speciebus sibi inuicem aliquo modo affinis.	506. b	Fœminarum imperia præclara, sed rara.	23. b
Familia duæ quas elegit Deus, quæ.	607. b	Fœminarum Iudæarum luxus ab Isaia carpitur iisque triplex pœna proportionata infligitur.	24. a. b
Fascia pectoralis quid.	30. a	Fœmina cur non ex oculo sit facta, notatur signanter à Rabbinis.	24. b
Fascia pectoralis reddita Latine, vox Hebræica quid sit. Ieremiæ. 2. 32.	428. a	Fœminarum incessus petulans & dissolutus carpitur.	24. b
Fascinus quid. quo genere cultus.	772. b	Fœminis acerbissimum supplicium partibus verendis nudari. quale inter minatur Isaia Iudæis.	26. a
Fauni qui.	691. b	Fœmineorum ornamentorum variæ species sigilla autem & late explicantur à pag. 27. vsque ad. 31. b	
Fauoris diuini insignis parabola.	130. a	Fœminæ Indiæ nasum & labia perforata insertis gemmis habent.	28. b
Fatuus & fatua pro Faunus & Fauna.	691. b	à Nœmina rempublicam regi aut doceri, res indigna.	188. a
Febrilis horror quid.	679. a	Fœmina, pro ciuitatibus.	228. a
Fel & cicuta, metaphorice malum grauissimum.	551. a	Fœmininum genus loco masculini apud Hebræos quid mysterij contineat. 650. b.	838. a
Felix initium, infelix successus & finis insigni parabola describitur.	126. b	Fœminino & masculino genere vitur Ezechiel promiscue cum tractat de animalibus sibi ostensis.	780. b
Felix successus in negotiis promittitur recte viuentibus.	356. b	Fœnora, Hebræis dicuntur fasciculi.	369. b
Fenestrarum quæ sit gloria.	353. a	Fœtus, Hebræis consilia dicuntur.	15. b
Feræ regiones squalidas & desertas amant.	214. a	Fontanæ aquæ præstant aliis.	525. b
Fermentatus iudex, id est, mature deliberans.	9. b	in Fornace argenti non probat nos Deus sed afflictionis.	319. b
Ferrum ab aquilone, id est, chalybs.	508. b	Fornicari, pro commercia exercere.	165. a
Ferri stylus quis. is olim in vsu.	518. a	<i>confusa est Fortis & contremuit.</i> Ierem. 48. 1. alij vertunt, <i>confusa est Misgab.</i>	666. a
Festa dicta conuocationes.	8. a. b	Frenum, metaphorice magistratus vel gubernatio.	220. a
Festa Hebræis incipiebant à vespera.	220. a. in vigiliis festorum cantica cantare solebant.	ibid.	
in Festis & conuiujs lucernarum vsus.	560. a	Frumentum, filius areæ.	147. a
<i>Fiant corruentes Iudæi in conspectu tuo.</i> Iere. 18. v. 23. lectio aliorum, fuerunt corruentes:	527. b	Frumenti excutiendi praxis pristina.	200. b
Ficharij qui.	691. b	Fuci fœminarum reprehenduntur.	24. b
Fictilis porta Ierolymis quæ.	529. a	Fusci seu stybij quanta vis.	442. b
Ficum calathi Ierem. ostensi quare positi ante templum.	555. a	Funes, metaphorice grauissimi dolores.	97. a. 544. a
extra Fidem non est salus.	234. a	Fanera olim cum cantu & varijs instrumentis sepulta. cur.	106. a. b
Fidem suam & administrationem suam totaliter Deo committit Ieremias.	509. a	in Funeribus suorum gentiles in deos maledicta & conuicia iactabant.	769. a
per Fidem venit ad Deum.	355. a	Funeralia clauderant gentiles, vale ter inclamando defuncto.	769. a
Fideles Deus singulari prouidentia gubernat tan rebus prosperis quam aduersis.	179. b	Funiculus duplex, vnus ad ædificandum, alter ad destruendum.	242. b
Fideles sunt merces data Christo pro suis laboribus.	265. b	Furari verba ab aliquo quid.	553. a
Fideles semini in tetram proiecto corrupto & morienti comparantur, quos verbum Dei vt lucis instaurat.	182. b	Furfuraceus odor à Gentilibus dijs gratissimus habitus.	777. a
Fiducia in homine, vana. 429. a. docetur exemplis.		Futuri geminatio quam vim habeat.	697. b
Fiducia in Deo suadet à quinque.	92. a	pro Futuris vtuntur prophetæ præteritis.	343. a
Filia oceani, id est, nauis.	162. b		
Filia Sidonis pro Sidone.	163. a	G	
Filiae & matres metaphorice ciuitates minores & maiores.	163. a	G abaa situs. ibidem pernoctauit Assyriorum exercitus.	84. b
<i>Filia tua de latere surgent.</i> Esa. 60. v. 4. alij reddunt, <i>lac surgent.</i>	380. a	<i>habitatores Gabim confortamini.</i> Isa. 10. v. 31. alij appellatiuum reponunt.	85. a
Filij à patria potestate alienantur duobus modis.	329. a	Gabriel angelus deleuit castra Sennacherib.	233. a
Filij Ecclesiæ quomodo geniti. eorum partus gloriosus & admirabilis.	410. b	Galaad emporium celebre, frequens, munitum.	542. a
Filiorum Ecclesiæ genitor Deus.	410. b		
Filimer Gothorum rex, occasio originis Hunnorum. quomodo.	691. b		
per Firmamentum crystallinum Ezechielis. cur representatus Christus.	782. a		

INDEX RERVM.

- Galilæa inferior & superior vbi sita. 68. b
 Galilæi contemptibiles olim secundum aliquos
 deinde Christi præsentia & doctrina nobilitati.
 68. b
 Gallicinium quid. 374. b
 Gallim quis locus. 115. a
 Garco & Golgatha idem locus. 595. b
 Gazah quando deuastata à Pharaone. & quonam,
 661. a
 Gedeonis victoria simillima victoriæ Christi. 70. b
 Gelu dicta crystallus. cur. 353. a
 Geminatio vocis apud Hebræos, quid mysterij con-
 tineat. 129. b. 14. a. 658. b. 179. a. 457. a
 Geminatio futuri quam vim habeat. 697. b
 Gemmarum des in candore sita, quanam laudatio-
 res. 735. b
 Genealogiæ deorum singulari studio apud gentes
 inquitæ. 16. a
 Generatio quid. 766. a
 Generatio comparatur lapicidinæ. 333. a
 Generationem Christi alij diuinam, alij humanam,
 alij resurrectionem, alij progeniem, alij ætatem
 interpretantur, alij æternitatem. 345. b. 346. a
 Generis humani seruitus quo pretio facta. 339. a
 Gentes barbaras mansuetas facit Euangelium, odia
 & litēs componit & discordes conciliat. 15. a
 Gentes, Iudæis vulgo impij dictæ. 347. b
 a Gentibus finitimis corrupti Iudæi. 15. b
 Gentium conuersio ad fidem ab Isaia prædicatur.
 90. a. 103. a. b. 189. b. 282. b. 515. b
 Gentium adunatio in fide & sacramentis. 139. b.
 140. a
 Gentiles deorum simulacra humeris deferre sole-
 bant. 310. b
 Gentilium templis quæ reuerentia exhibita. 769. a
 Germen Domini Christus dicitur. 32. a. b
 Gethsemani quid. 192. a
 Gith quid. 199. b
 Gladius inebriatus, id est plenus sanguine. 241. b
 Gladio & sagittæ Dei verbum comparatur. 323. b
 per Gladium fluere quid. 526. b
 Gloria Dei quomodo dicatur plena omnis terra.
 45. a
 Gloria lex dicta. cur. 758. a
 contra Godoliam cur conspirauerit Ismahel. 638. b
 Gog & Magog sub Antichristo innuuntur ab Isaia.
 174. b
 Goha quid. 595. a
quis dabit me spinam & v. prem in pralio, Gradus super
eam. Isa. 27. v. 4. alij vertunt præuicabor.
eam vel debellabo eam. 186. b
 Gradus Mars vnde dictus. 403. b. eum gentes præ-
 fidere bellis crediderunt. ibid.
 Gratia Dei necessaria ad resurgendum à peccatis.
 435. b
 Gratia efficax asseritur à Ieremia. 480. b. & seq.
 Gratiarum diuisiones Ecclesiæ conferre Christo
 datum in præmium. 349. a
 Gregis pastor vocatur Moses. 394. b
 Gubernatio & Magistratus metaphorice frenum.
 220. a
 Gyndes fluuius quis. 688. q
- H
- H**achecherus quis fluuius. 790. b
 Hai quæ & vbi sita. 676. a
 Hanameel quomodo vendere potuerit agrum Ie-
 remiæ, cum vterque esset Leuita. 599. b. eius-
 dem pretium. 600. a
 Hananias propheta Ieremiæ æmulus, iusto Dei iu-
 dicio cur intra bimistre mortuus. 574. b
 Hanatoiani sunt pedites, cum quibus currens la-
 borauit Ieremias. 490. b
 Hanes quæ. 213. b. 424. a
 Hasidæi qui. 615. b
 Hebræi superstitione verba quædam vt sibi videtur
 honestiora substituunt, iis quæ Spiritus S. posuit,
 eaque margini apponunt, cuius puncta substi-
 tuunt voci in cortice positæ, quo monent non
 vocem textus, sed eam quam ipsi substituerunt
 ad marginem legendam esse. 432. a
 Hebræis verba quædam aliis verbis iuncta aduer-
 bialiscunt. 447. b
 Hebræi quædam verba scribunt, quæ non sunt le-
 genda, quid hoc mysterij habeat. 697. b
 Helena calicem ex electro Mineræ dicauit. 778. a
 Heliopolis alias Ostracina ab aliis ciuitas solis ab
 aliis ciuitas testæ, ab aliis destructionis ciuitas
 dicitur. ratio omnium. 139. a
 Heliopolitani ferculo Idola portare solebant.
 310. b
effusi estis sicut vitulus super Herbam. Ierem. 50. 11.
vertunt alij, sicut vitulus triturans. alij, sicut vitu-
lus progerminans. 687. a
 Herodis infanticidum prædicatur à Ieremia. 591. a
 Herodoti laus. 651. b
 Hieme concipit amygdalus, prima floret Ianuario
 Martio pomum maturat. 418. b
 Hin quid. 796. a
 Hinnire interdum vox ciulantis. 84. b
 Hirci, metaphorice duces. 105. b
 Hirundo interpretata Isa. 38. v. 14. vox Her. quid
 sit. 257. a
 Historici gentiles non omnino spernendi. 651. b
 Hominis stylus quis. 59. b. 60. a
 Homines primi quinam. 137. a
 Hominis etiam iustijndoles ea est, vt tribulationi-
 bus necessario indigeat. 180. a
 Hominum redemptio non est facta gratis & sine
 pretio. 338. a
 omnes Homines absque vlllo discrimine vocat Deus
 ad salutem & Euangelium, 358. a. b
 in Homine fiducia vana. 429. a. docetur exemplis.
 ibid.
 Homo seiunctus à Deo illico perit & interit. 495. a
 Hominis cor maxime occultum. 519. a. 520. a
 Hominis dies qui. 521. b
 Hominis filius vocatur Ezechiel & Christus. cum
 quodam tamen discrimine. 785. a
 Honores liberalitas conciliat. 228. a
 Horror febrilis quid. 679. a
 Horrores & terrores, idolorum epitheton. 691. a
 in Hortis quanam idololatria committeretur à Iu-
 dæis. 412. a
 Horti cuius tutelæ crediti. 772. a. b
 Hostes Ecclesiæ retunduntur à Deo. 327. a
 Hostilis exercitus singularis acrimonia & acerbitas
 describitur. 42. a. b
 Hostilitatis summæ specimen & exemplar Idumæa.
 392. a
 Humani generis seruitus quo pretio facta. 339. a
 Humilius anima, Dei templum. 408. a
 Hunnorum quæ origo. 691. b
 Hypocritis quomodo attribuitur terræ. 168. b
 Hypocritis species ex nimia veluti diuinæ reueren-
 tiæ

INDEX RE RVM.

tiæ apprehensione Deum non audere accedere. 236. a
 Hypocritas & impios confundit Deus. 311. b
 Hypocritæ ex asse nequam species. 410. a

I

I Actare manus, lugentium ritas. 513. b
 Ianuario prima floret amygdalus, hieme concipit, Martio pomum maturat. 418. b
 Iaspis interpretata vox Isa. 54. v. 12. Hebraice quid sit. 332. b
 Tu & qui derelictus est Iasub filius tuus. Isa. 7. v. 3. alij vertunt, Sear Iasub. filius tuus. 50. a
 Idæritia quid. 583. a
 Idola, vocantur nihilitates. 79. b
 Idola cuncta dissipauit euangelium. 175. a
 Idola, vocantur inanitates. 209. a
 Idolis prisca vincula iniiciebant eaque clathris & cancellis includebant. 267. a. idolorum vanitas quomodo ad oculus omnibus eluceat & patula sit tam diuitibus quam pauperibus. ibid. a. b. idola plantis & arboribus comparantur aut potius postponuntur. 268. b
 Idolorum vanitas multis argumentis conuincitur. 277. b. & seq.
 Idola serpentibus noxiora & sibilo inania. 278. a
 Idola inter & Christum egregia antithesis. 279. a
 Idola & idololatria, dicta concupiscentia, cur. 279. b
 Idola ipsa conuincunt conscientias Idololatrarum. 296. b. idola inuicta & ipsis cultoribus confusione afferunt. 297. a
 Idola Babylonis quasi captiua in Persidem abducta. 309. b
 Idola, vocantur dolores. 306. a
 Idolorum superba ædificia in nihilum redacta. 310. b
 Idola ferculis super humeros portare cum pompa solebant gentiles. 310. b
 Idola, dicta terricula. 318. a
 Idola, vocantur memorialia. 363. b
 Idola, vocantur custodia. 402. a
 Idola vt plurimum in excelsis. 432. a
 Idola cur contempnenda, multis differunt. 477. b
 Idola, vanitates dicta à Spiritu S. 504. a
 Idola, morticina dicta. 515. a
 Idolorum nomina Iudæi altaribus inscribebant. 518. b
 Idola quædam gentes colebant conuiciando. 650. a
 Idola, terrores & horrores dicta. 691. a
 Idololatriæ familiares quercus. 12. a
 Idololatriæ malitia exaggeratur. 16. a
 Idololatriæ species apud quosdam gentiles, curruj, quo idolum vehitur, media via se substernere vt rotis currus medij scindantur. 176. a
 Idololatriæ errorem suum ex tribus facile videre possunt & hæc quæ sint. 268. a
 Idololatriam sustulit Christus. 17. a
 Idololatriæ euersio, finis iudiciorum Dei. 133. b
 Idololatria Iudæorum à tempore Achaz. 336. a. eiusdem ardens studium in iisdem. 363. a
 Idololatria homines fatuos reddit ac belluinos. 479. b
 Idololatria, quam in horto commiserunt Iudæi, qualis. 412. a
 in Idololatria obstinata Iudæa. 427. a
 Idololatria dicta confusio. & cur. 435. b

Idololatria perdit fructum omnium aliorum operum quæ Deo offeruntur. 485. a
 Idumæa specimen, & exemplar summæ hostilitatis. 392. a. Idumææ & Bosræ cur specialis mentio fiat cum interrogatur Christus, cur vestimenta sint rubra. 392. a
 Idumæi & Themanæi olim sapientes dicti. 676. b
 Idumæi cur nominentur primi cum agitur de iudicijs Dei. 241. b
 Iechonias quomodo alias dictus. 544. b. quomodo sterilis. 535. b. nullus ex eius semine dominium vnquam habuit in Iuda. ibid. b
 Ieiania Iudæorum in quo peccauerint. 368. b. 369. a
 Ieremiæ argumentum. eius vocatio: non solum prophetias sed etiam historias continet. prophetauit annos quadraginta tres, partim in Iudæa partim in Ægypto, plurimus est in reprehendis vitijs sui temporis & prædicendis Dei iudicijs. nominis etymologia, patrem habuit Helchiam sacerdotem non tamen summum, eumque item prophetam. 417. a. b
 Ieremiæ munus suum externo signo Deus obsignat. 418. a
 Ieremiæ vocatio, donum, ad ministratio & effectus. 417. b. 418. a. an sanctificatus in vtero. 418. b
 Ieremias scribit epistolam Iudæis in Babyloniam, instruens quid debeant respondere Chaldæis sollicitantibus ad idololatriam. 479. a
 Ieremias quo mysterio addat Amen cum functioni propheticæ se satisfacturum spondet. 484. a
 Ieremias specialis Christi typus, eumque specialiter in loquendo repræsentat. 486. a
 Ieremiæ quædam loca à Iudæis corrupta secundum sanctum Iustinum. 486. a
 Ieremiæ quomodo miserint lignum in panem. 486. b
 Ieremias an veneno sublatus. ibid.
 Ieremias arbor, id est, lignum, cuius fructus, id est, panis, est eius doctrina, quam succidi voluerunt Iudæi. 487. a
 Ieremiæ cinguli typus exhibitus, an in visione tantum imaginaria vel in rei veritate. 495. b
 Ieremias famem Iosæ temporibus futuram prædixit. 501. b
 Ieremias in suis orationibus ad solam Dei misericordiam prouocat. 502. a
 Ieremiæ prædicatur, quod Nabuchodonosor in Ierosolymitana deuastatione eum honorabit. 508. b
 Ieremias fidem & administrationem suam totaliter Deo committit. 509. a
 Ieremiæ carcer an in porta templi fuerit. 532. a
 Ieremias ambitionem aut intrusionem sui in officium prophetæ à se amolitur. 521. a
 Ieremias quo acius impetitus ab aduersarijs, eo maiori feruore ad Deum confugit. 526. a. b
 Ieremias mala imprecatur Iudæis, non ex studio carnis sed ex testificatione spiritus. 526. b
 Ieremiam spiritus propheticus tanta energia repleuit vt etsi vellet impetum sistere, nequirit. 533. a
 Ieremias duas calamitates Ierosolymæ tempore Nabuchodonosor obuaturas prædicit, regi sanum consilium suggerit. 536. a. b
 Ieremiæ liber bona ex parte exustus. 540. a
 Ieremiæ prophetiæ, quæ habetur. c. 20. vigesimus tertius annus quomodo computandus. 559. b
 Ieremiæ amulus Hananias propheta, iusto Dei iudicio cur intra bimestre mortuus. 574. b

INDEX RERVM.

- Jeremias* quomodo potuerit emere ab Hanameel agrum suburbanum cum uterque esset Leuita. 399. b. eiusdem pretium. 600. a
Jeremias liber scissus scalpello quomodo habuerit paginas. 620. b
Jeremias cisterna ubi, quo sine principes petierint eum in illam dimitti, collo tenus mersus cœno in ea mansit. 628. a
Jeremias panni quibus è lacu ex tractus quid fuerint. 628. b
Jeremias historiâ à capta Ierusalem verbum dicitur. & cur. 635. a
Jeremias iussit Deus in Ægypto constituto ut eam à Babylonis excisum iri prædiceret. 659. b
Jeremias caput vltimum à quo conscriptum. 705. b
Jeremias præfatiuncula præfixa Lamentationibus num sit authentica. 711. a
Jeremias lugubri carmine Iosias mortem defleuit. 714. a
Jeremias mouet ad compassionem Iudæa à quadruplici capite. 723. b
Jeremias epistola commemoratur. à Machab. 2. 1. 766. a. an canonica. ibid.
Ierolyma an recte secundum aliquos insula dicta. 142. b
Ierusalem, vallis visionis. cur. 151. a
Ierusalem dicta Ariel. 203. a
Ierusalem in tribu Benjamin ex magna parte. 453. a
Ierusalem, dilecta anima Dei. cur. 491. a
Ierolymitani sunt equites quibuscum certandum esset *Jeremias*. 490. b
Ierolyma duas calamitates tempore Nabuchodonosor obuenturas prædicit *Jeremias*, regi sanum consilium suggerit. 536. a. b
Ierolyma situs. 537. b
Ierusalem quam fuerit exosa Deo. 601. b
Ierusalem à Chaldæis capta sub Iechonia an successa. 743. b
Ierolymitani excidij quæ causæ. 206. a
Ieschurun, epitheton Ecclesiæ. 295. a
Ignis templi Iudæis fuit luci, Assyriis deuastationi. 81. b
Igni quasi solis particulæ cultum exhibent Persæ & Babylonij. 309. a
in Igne venire, id est, celeriter venire. 411. b
Ignis dissolutionum quis. 397. b
Ignis Ezechieli exhibitus superius viuacior inferius deferuescens, duplicem Christi naturam significat. 783. c
Impij iustorum calamitatibus lætantur. 174. a
Impij, ludentes dicti. cur. 509. a
Impios perdere ex mandato Dei est quidam sacer Dei cultus. 541. a
Impios pedententim Deus deserit. 818. a
Imperfectionibus & tribulationibus etsi squalens non tamen propterea à Deo deseritur Ecclesia. 592. a
Impietas Manassis exemplo & imperio summe perniciosa Iudæa. 506. b
Inanitates vocantur idola. 209. a
Inaures quid. 28. b
Incarnatio ex sola Dei misericordia ortum habet. 72. b
Incarnationis mysterium innuitur ab Isaiâ. 117. a
Incarnationis mysterium prædicitur à Baruch 755. b
Incessus fœminei varia vitia. 24. b. & seq.
- Inclusores* qui. 555. a
Incubones, alias Fauni. 691. b
India, thuris ferax. 456. a
Indiæ regio Vphaz auri ferax. 478. b
Indorum conuersio ad fidem ab Isaiâ prædicitur. 131. b
Infanticidium Herodis à *Jeremia* prædicitur. 591. a
Infernus pro sepulcro. 39. b
Infideles gramini comparantur. 264. b
Infinitiu Hebræis familiares. 37. b
Infinitiu Hebræi vtuntur ad emphasim. 228. b
Infirmities vel morbos quos Christus à nobis tulit, sintne spirituales vel corporales & num de iisdem loquantur Isaias & Matthæus. 344. a
Iniquitas, pro pœna iniquitatis. 263. b
Iniquitas interdum comprehendit culpam & pœnam. 344. b
S. Inquisitionis officium ab Isaiâ futurum innuitur. 382. b
Insula, quotuplex eius acceptio. 142. b. 391. a
Insularum reges qui. 561. a
Insula quo sensu dicta Cappadocia. 662. a
Intempesta quid. 374. b
Inuectores primi litterarum qui. 754. b
Inus quis. 691. b
Iniustitiæ excessus, non laceffituti aliis iniuriam inferre. 233. a
Ioachaz alias Sellum. 142. a
Ioachim iniustitia in exugendis subditorum opibus. 543. a. b. quando & ubi mortuus. ibid. b
Ioachim quartus annus & primus Nabuchodonosor an coincident. 559. a
Ioachim impius occisor Viriæ prophetæ. 567. b
Ioachimus filius Helkiæ quis. 744. a
Ioannes Baptista vox clamans vel vox clamantis in deserto. cur dicatur vox clamans, eius prædicationis summa, effectus & finis. 263. b. 264. a
S. Ioannes Baptista ex omni hominum genere multos ad Deum conuertit. 264. a
Iod aliquando ponitur loco Vau, quo mysterio. 80. a
Ionadab Ierem. 35. v. 1. an idem cum eo qui citatur. 2. Reg. 10. v. 15. 624. b
Iordanis inflatus & superbus cur dictus. 678. a
Iosias tempore initum fœdus à Iudæis cum Deo fuit hypocritas. 433. b
Iosias temporibus futura famem prædixit *Jeremias*. 501. b
Iosias à quo interfectus. 680. b
Iosias mortem lugubri carmine defleuit *Jeremias*. 714. a
à Iosias morte regnum Iudæa viginti duobus annis totum labefactatum. 716. a
à Iosias anno decimo octauo vsque ad Ezechielis prophetiam anni triginta. 775. a. b
Iouis aurea statua mille talentum Babyloniorum pondere in templo Belis à Semiramide posita. 309. b
Ioui simulacrum Populonia ex vite posuit. 844. b
Ioui pateram ex vite Massilia posuit. 844. b
Ira Dei moderata. 286. b
Ira, flatus narium circumscriptiue. 319. a
Ira Dei in suos quam breuis, insigni paronomasia innuitur apud Hebræos. 352. a
Isaias, etymologia. 3. b
Isaias sub quibus & quot annis prophetauerit. 4. a
ab Isaiâ prædicta mala omnes inuoluerunt non simul sed pedententim. donec ob occisum Christum

INDEX RERVM.

stum omnino dissipati.	21. a	tes confugiturae ab Isaia praedicuntur.	37. b
Isaia vocatio quomodo perfecta.	45. b	Iudaeorum pars maior reprobata ab Evangelio.	70. a
Isaia filij nominibus suis typos gesserunt.	50. a	Iudaeorum hostes & bella tria.	73. b
Isaia sub quibus Mediae regibus vixerit.	99. a	ex Iudaeis pauci ad Christum conuersi.	82. b. ij ta-
Isaia libri vbi sit dimidium.	238. b	men fuere sanctissimi.	83. a. 434. a
Isaia euangelista verius quam propheta.	263. a	Iudaei & Israelitae hypocritae a Deo censentur.	78. b
Isaia capita longe aliter quidam distinguunt.	vul-	Iudaeorum singulare vitium, de Deo diffidentia.	186. a
gatus.	70. a		
Isaia potissima propheta quae sit.	34. a	Iudaeorum in rebus spiritualibus ruditas & ignorantia.	194. a
Isaia locus de morte & sepultura Christi an a-		Iudaei perfidi Nabuchodonosori.	213. a
dae corruptus vt pluribus contendit Forsterus.	346. b. 347. a	Iudaei onera diuitiarum ad conciliandam gratiam portarunt in Aegyptum, ob quae grauissimas punitiones, onera dictas, insigni paronomasia praedicat Isaia.	214. a. b
Isidis idoli vanitas demonstratur.	311. a	da siluae comparatur.	230. b
Isis quae, quomodo culta in Aegypto.	814. a. b	Iudaeis interdictum, ne in confinio regionis suae visquam demoretur.	237. a
Isis sacra summe impia & impudica.	814. b	Iudaeus Deus sinit excacari vt iustitiam suam ostendat.	285. a
Ismahel cur conspirauerit contra Godoliam, an tantum habuerit decem viros socios.	638. a. b. fof-	Iustitiae Dei opus, impios punire & bonos beate.	285.
sa in quam proiecit cadauera occisorum quae.	639. b. alter Sinon.		
639. a.	639. a	Iudaicus opulus Dei seruus.	285. a. alia eius circumlocutio.
Israël, exercitus excelsi.	171. b	285. a. eius epitheton quodnam, ibid.	
Israël superbus ob diuitias.	191. a	Iudaeorum excacationem quomodo consequuta sit gloria Dei.	285. b
Israël vallis pinguis.	191. b	Iudaeis vt pateret Deus, eorum loco interdum puniuit alios.	89. a. Iudicum populum quam Deus in deliciis & amoribus habuerit.
Israël vocatur a Deo vermis.	275. b	Iudaeis exeuntibus ex Aegypto animalia noxia celsentur, alia cho fuerunt.	291. b
Israël transiens in formulam & prototypon benedictionis.	438. b	Iudaeorum ingratitude a toto mundo damnata.	292. b
Israelitas aliqui a Salmanasar deportati, an in patriam redierint.	686. a	Iudaeos ingratos ad sui cognitionem hortatur Deus.	311. a
Israeli iniuriam illatam a Babyloniis exactissime vindicauit Deus.	698. a. b	Iudaeis sigillum veluti laudis Deus imprimi vt id aspiciens eos non delectat. e: eodem sibi laudis materiam captat.	319. a. b
Israelitarum deuastatio in quo similis deuastationi terrae Chanaan.	125. b	Iudaeis primum praedicandum erat per Christum.	324. a
Israelitae multi a schismate Ieroboam ad partes Iudaeorum transferant, quorum multi in Babyloniā captiui ducti cum aliis redierunt.	686. a	Iudaei, domini vocantur.	325. a
Iste asperget gentes multas. Isa. 53. v. 15. alij legunt, ita asperget &c.	340. b	Iudaeos quomodo conuincat Deus, causam quod derelicti sint ab ipsis esse non a se.	329. a
Itineris longi periphasis.	427. a	Iudaeorum synagoga vocatur mater.	329. a
Iudas proditor, Moabita.	668. b	Iudaeorum respicientes reliquias quibus mediis consoletur Christus.	333. a
Iudae ciuitates a quo igni succensae.	6. a	Iudaei a parentibus sterilibus procreati.	333. a
Iudaea a quibus vastata.	6. a. b	Iudaeorum Ecclesiam ad fidem hortatur Christus exemplo progenitorum & gentium.	333. a. b
Iudaea quando reformata.	11. b	Iudaeos quibus mediis hortetur Christus ad patientiam.	334. a. eorum reliquias consolatur Deus ostendendo cum hostium imbecillitatem, tum suam omnipotentiam.
Iudaea insula dicta. cur.	142. b	334. b	
Iudaea describitur a quatuor terminis.	235. a	Iudaeorum incredulitas reprehenditur ab Isaia & vnde ea orta.	342. a
Iudaea calamitatibus exastuans representatur per ollam succensam quam vidit Ieremias.	418. b	Iudaeis inflicta extremum exitium ob Christum interfectum.	346. a
Iudaea quanto studio a Babyloniis euerfa.	454. a	Iudaei an corruerint locum de gloriosa Christi sepultura: quare Christus. eorum malitia retunditur de Christi resurrectione, quam negant.	347. a
Iudaea incorrigibilis declaratur symbolo argenti repurgandi, cuius confator Deus, follis os prophetarum, plumbum omnia adminicula repurgationis.	457. b	Iudaei Christum gentibus & Pilato occidendum tradiderunt, ita quidam explicant locum de morte & sepultura Christi apud Isaia.	347. b
Iudaea deploranda plurimum ob duas causas.	472. a	Iudaei a tempore Isaia notabiliter mali.	358. a
Iudaea, dilecta anima Dei. cur.	491. a	in Iudaeos excitat & armat omnes gentes Deus, quid culpa.	359. b
Iudaea representata per cingulum.	495. a		
Iudaea montosa.	473. b		
Iudaea, solium gloriae Dei.	504. a		
Iudaea ager Dei.	518. c		
Iudaea regum funera quomodo curata.	619. a		
Iudaea facta tributaria Necaoni regi Aegypti.	714. b		
Iudaea quomodo acrius punita quam Sodoma.	735. a. & seq.		
Iudaeorum reliquiae saluae.	7. a		
Iudaei a finitimis gentibus corrupti.	15. b		
Iudaeorum calamitates a temporibus Ioas & Amasiae exordium habent.	39. a		
Iudaeos cur non omnino ad interuersionem vsque Deus deleuerit, videlicet ob Christum ex eis nasciturum.	48. a. 447. b		
Iudaeorum reliquiae ad Christum conuersae in mon-			

INDEX RERUM.

- Iudæorum inueterata malitia insigni emphasi pronuntiatur. 362. b
- Iudæi ab Assyriis subsidium petunt quod eis improperatur. 364. a
- Iudæi fictæ pietatis infimulantur. 368. a
- Iudæorum Ecclesia tres quæstiones proponit Christo, quænam sint, respondet Christus. 392. a
- Iudæi respicentes se Abrahamæ filios nominari multo minus Deum indignos æstimant. 395. b. eorum oratio ad Deum in quo se funder. 395. b
- à Iudæorum reliquiis vocata & congregata Ecclesia Catholica. 412. a
- Iudæorum hostes quam acriter castigauit Deus. 422. b. eorum malitia insigni artificio conuincitur à Deo. 423. a. & seq.
- Iudæorum malitia peior gentilibus demonstratur. 423. b. & seq. Iudæi serui dicti. 42. b
- Iudæi domiti non solum à potentibus sed etiam ab infirmis Ægyptiis. 424. a. Iudæi medijs in Assyrios & Ægyptios. cum angustiarentur vno extremo, recurrebant ad aliud. 426. a
- Iudæa comparata agro obæstum idololatæ. 426. b. punitam peruenisset ad summum peccatorum. 426. a
- Iudæi in idololatria obstinata. 427. a. 462. a
- Iudæi prophetas occiderunt. 427. b
- Iudæorum ingenium cum in angustiis essent. Deum colebant, laute habiti neglexerunt. 428. a
- Iudæorum crudelitas in pueres & in nocentes. 428. b. eorum peccata palam asætabilia. ibid.
- Iudæi præ Israëlitis impij. 432. b. 440. b
- Iudæi redintegrarunt fœdus cum Deo tempore Iosæ, verum fecte & simulate. 433. b
- Iudæis obuentura malitria prædicit Ieremias. 439. a
- Iudæa mala omnia sibi imputerita eos corripit Ieremias. 441. a
- Iudæorum peccatum à duobus exaggerat Ieremias. 449. a. Iudæi dicti Beniamin, in opprobrium. 453. a
- Iudæorum malitia quæ & quomplex. 454. b
- Iudæorum peccatum quænam circumstantiæ auxerint. 446. a. eorum malitia duplex & quæ. 454. a. 455. a
- in Iudæos, gentes omnes, & terram ipsam contestatur Deus. 456. a
- Iudæorum præsentia vana in quo fundata. 473. b
- Iudæi incircumcisi corde. 475. b
- Iudæos ad pœnitentiam hortatur Ieremias duobus argumentis. 493. b
- Iudæi corrupti refugio & confidentia Assyriorum, quod significatur cingulo Ieremiæ dato, corrupto ad Euphratem. 495. b. Iudæi lagenæ typo designantur. 496. a
- Iudæorum typus, lagena. 496. a
- Iudææ peccata tria assignat Ieremias, quare totaliter in exilium captiua ducta. 497. b. & seq.
- Iudæorum regnum à deportatione Babyloniorum nunquam in pristinam dignitatem restitutum. 529. b.
- Iudæorum malitia inueterata & inolitæ. 498. a. eorum captiuitas assimilatur stipulæ. cur. ibid. b
- Iudæos ventilabro dispersurus cur. dicatur Deus. 507. a
- Iudæi ferro, Babylonij chalybi comparantur. 508. b.
- Iudæis superuenturæ calamitates triplici typo describuntur, quorum primus ipsas calamitates secundus ac tertius earum grauitatem exprimit. 512. b
- Iudæi altaribus idolorum nomina inscribebant, eorum emenda desperata. 518. à eorum exitum prædicat. 519. a
- Iudæi dæmon in formulam & prototypum maledictionis. 556. a. b
- Iudæi captiui ossibus mortuorum comparati. 584. a
- Iudæi abbato non ieiunant. 616. a
- Iudæi quidam modo precantur liberationem captiuitatis Israël. 616. a
- Iudæorum reliquæ ex Ægypto in Babylonem captiue abductæ. 659. b
- Iudæos ab Edomæis hostibus liberandos prædicit Ieremias. 678. a
- Iudæi tempore persecutionum priuatos interdum conuentus habuerunt. 685. a
- Iudæorum superiores tam Ecclesiastici quam Politici fuerunt causa ruinæ totius regni. 686. a
- Iudæorum reliquæ inuitantur vt gentes alliciant ad Ecclesiam suo exemplo. 686. b
- Iudææ regnum viginti duobus annis totum labefactum à morte Iosæ. 716. a
- ad Iudææ afflictæ compassionem mouet Ieremias à quadruplici capite. 725. b
- Iudæi ab inimicis quibus pœnis affecti. 742. a
- Iudæi in Babylonia quasi mortui. 753. b
- Iudæi annos & temporum diuisiones computabant vt plurimum ab insigni aliquo beneficio à Deo recepto. 775. a
- Iudex fermentatus, id est, mature deliberans. 9. b
- Iudicia Dei iustissima. 197. a
- Iudiciorum Dei quis fructus. 173. a. & seq.
- Iudiciorum Dei duplex finis & quis. 304. a
- Iunius vnde dictus. 814. a
- Iudicium, Euangelium appellatum. 333. b
- in Iudicio punire quid. 583. b
- Iudicium extremum innuitur à Ieremia. 700. a
- Iudicium Dei, pro decreto quo Christus passus pro nobis. 345. b
- Iudicium pro crimine capitali. 566. b
- Iunci funiculi cingula præbebant mulieribus in certum usum & hic quis. 770. a
- Iunonis statua in templo Belis erecta à Semiramide pendens octingenta talenta auri, dextra serpentem capite prehensum, sinistra gemmatum sceptrum tenebat. 309. b
- Iupiter, Bel Babylonis. 308. b
- Iuramentum pro cultu Deis ynedochice. 438. b
- Iuramenti comites tres à Ieremia traditi. 438. b
- à Iuramento falso quid deterere debeat. 446. a
- Iuramentum, pro promissione iurata. 484. a
- Ius, Hebræis dicitur defricatio. 402. b
- Iustos & impios qua diuersa ratione flagellet Deus. 187. a
- Iusti Christo insiti quercui comparantur. 385. b
- Iusti tribulationibus purgantur. 490. a. impij perperitatibus saginantur ad laniam. ibid
- Iustificatio impij variis similitudinibus declaratur. 385. a
- Iustitia Dei vindictiua mista cum magna misericordia. 286. b
- Iustitia Dei irrefragabilis, quædam tamen contra eam mouentur obiectionula. 489. a. b

K

KIr-Chareset Moabitarum vrbs fortissima, trium regum obsidionem fortiter sustinuit. 120. a

L

INDEX RERVM.

I.

L Abores à Spiritu S. diuitiæ appellantur. 368. b
Labrusca quid. 37. b
in die plantationis tuæ Labrusca. Isa. 17. v. 11. variæ translationes. 126. a
Labyrinthus vltimus rex Babylonæ. 702. b
Lac facere. 56. b
Laci cauerna, de qua præcisæ Iudæi, Sara. 333. a
Lacrymarum emphasis. 472. a
Lætitiæ circumscriptiue. 469. b
Lagena, Iudæorum typus. 496. a
Laifa an duplex. 84. b
Lamentationibus Ieremiæ præfixa præfatiuncula num sit authentica. 711. a
Lamentationes Ieremiæ habent pro argumento calamitates omnes, quæ Iudæis obgenerunt ab obitu Iosæ vsque ad excidium. 714. a
Lamiæ quid. 243. b. earum longa descriptio. lamia interpretata Latine. Isa. 34. v. 14. vox Hebraica quid sit. 243. b
Lanæ toga & alba utebantur veteres. 10. a
Lapidinæ comparatur generatio. 333. a
Lapis Hebræis pro pondere. 242. b
Lapides lubricos oleo vngent & adorabant gentiles. 363. a
Lapides Stratonienfes quales. 518. a
Lares & penates post ostium poni soliti. cur. 363. b
Lateres pro aris vel tectis domorum. 402. a
Lateri indormire cuiam consultius. 794. b. 795. b
Latonæ oraculum in Ægypto celeberrimum. 134. a
Latrones & prædones vt plurimum Arabes. 432. a
Latrones vnde dicti. tales dicuntur milites. 514. b
Lecticæ reddita Latine Isa. 66. 20. vox Hebraica quid sit. 412. b
Legislator non præcipere dicitur aliquid, quod etfi vere præcipiat tamen quia comparatione aliarum rerum maioris momenti, quas idem præcipit, dicitur. an præcipere. 463. b
Legis veteris scribarum vitia. 468. a
Leo, pro Babylonio. 459. b
Leonum catulis comas excutientibus comparantur choreæ. 702. a
Leprofo comparatur Christus. 343. b
Leuanda Hebræis munus dicitur. cur. 636. a
Leuare absolute positum, est eloqui vel iurare. 22. a
Leuare vel rollere, id est, in se suscipere. 344. a
Leuatus facierum, id est, honorabilis. 21. a
Leuiticum ministerium cessauit adueniente Christo. 263. a
Leuitæ circumscriptiue, qui fertis vasa Domini. 340. a
Leuitarum agri suburbani vendi non poterant, quomodo ergo Hanameel vendidit agrum suum Ieremiæ Deo iubente. 599. b. eiusdem pretium. 600. a
Lex Dei, fons sapientiæ. 753. b
Lex, gloria. cur sic dicta. 758. a
Legis veteris sacrificia cur Deo displicuerint. 409. a
Libanus, id est, superbus. 208. a
Liber quomodo dictus antiquis. 59. a
Liber Ieremiæ bona ex parte exustus. 540. a
Liberalitas honores conciliat. 228. a
Liberator quid. 237. a
Liberatio à Babylonica captiuitate, typus tantum fuit & initium liberationis factæ per Christum. 585. a

Liberorum an seruorum ingenia vtra præstantiora. 160. a
Librorum sectioes Hebræis quomodo & vnde dictæ. 620. b
Lignum in panem mittere quid sit. 486. b
Lignum, quidam Christi crucem, panem, doctrinam intellexerunt, alij Eucharistiam, alij arborem & fructum siue doctrinam interpretati sunt in illa verba *mittamus lignum in panem eius.* 487. a
Lina Ægyptiaca optima & quatuor illorum species. 136. b
Lineam alicui ponere id est ius & leges præscribere 129. b
Lineæ telæ ad solem exsiccando curantur. 495. a
Lingua, pro sinu. 90. b
Linguam exere, contumelia insignis. 362. b
Linguam suam vsurpare quid. 453. a
Lingua percutere, id est, calumniis & delationibus aliquem impetere. 526. b
Litteræ ephæthes apud Hebræos quid significet. 154. b. 195. a. 715. b
Litteræ alicuius aphæthesis apud Hebræos quid mysterij contineat. 424. a
Litterarum anomala scriptio vel in maiusculis vel in minusculis consistens in scriptura notanda. 298. a. 727. a
Litterarum transpositio & commutatio ad primam vsque ad vltimam & contra, Hebræis subministrat modum occultum & tectum vulgo Ethbas. 561. b
Litterarum inuentores qui. 754. b
Loca praua sunt quæ exterius plana & secunda videntur & abditis hiatibus homines decipiunt. 264. a
Longæua vita, Dei beneficium. 258. a
Longæuæ vitæ declaratio. 405. a longæuæ singulariter arbores. ibid.
Loricis utebantur Persæ. 688.
Lucernarum vsus in conuiujs & festis. 560. a. lucernæ lux, id est exigua prosperitas. 560. a
Lucifer quis. Hebraica vocis etymologia. 106. b
Lucifer angelus, Lucifer stellæ comparatus. ibid.
Ludentes, id est impij. cur. 509. a
Lugentium gestus, manus extendere, iactare, & complodere. 513. b
Luith descriptio. 114. a
Lunæ quæ sacrificia offerri solita. 463. a
Lunulæ in calceis scæminarum quid. 26. b
Lupus vespertinus, id est, ferocior & rapacior. 446. b. lupi descriptio. campestres ferociotes montanis, Arabici ferocissimi. 446. b
Lux, pro prosperitate. 507. b

M

M littera clausa contra canonem scribitur in Misai in medio dictionis, quid id protendat. 72. a
Macmas lustratus exercitus Assyriorum. 84. b
Marios non est natiua, sex mensibus in Nilum refluit, quo tempore piscium prouentu piscum regium singulis mensibus singulis talentis argenti locupletat. 134. b
Marios stagnum cum pyramidibus & labyrintho stolido opere à duodecim regulis constructum Ægyptios afflixit, subterraneis meatibus in Syrtim Africæ deriuatum. 134. b
Marios stagni altitudo & sphaera 136. b
R R R r r 3 Magale

INDEX R E R V M.

- Magale iusti , id est , omnis ad ministratio iusti. 179. b
- Magdalum quod oppidum. 649. a
- Magistratus puer , insignis Dei castigatio. 23. b
- Magistratus & gubernatio metaphorice frenum. 220. a
- non Magnificasti latitiam.* Esa. 9. v. 3. alij, *ei magnificasti latitiam.* 70. b
- Magoget Gog sub Antichristo ab Isaia innuuntur 174. b
- Magiarum artium vanitas. 315. a. b
- Maher. chalal-chasch-baz nomen proprium secundi filij Isaia. 60. a
- Mala imprecatur Ieremias Iudæis , non ex studio carnished ex testificatione spiritus. 526. b
- à Malis & periculis omnibus Ecclesiam suam eripuit Christus. 335. a
- Malum & bonum , id est , amarum & dulce. 54. b
- Malis vritur Deus vt instrumentis quibus alios puniat. 78. b
- Malorum occisio , gratum Deo sacrificium. 289. a. mali dum absumuntur , terra purgatur. estque causa vt ira Dei defæuiat. 289. a
- Malos interdum substituit Deus vt luant loco bonorum. 289. a
- Malorum consortium fugiendum. quare. 321. b
- Malis bene & Bonis male esse antiqua querela. 490. a
- Malis cur vt plurimum bene sit. 490. a
- Mali , onus & sarcina terræ , quorum morte terra alleuiatur. 514. a
- Loquimini ad cor Ierusalem &c. quoniam completa est Malitia eius.* Isaia. 40. 2. corrigunt alij , *militia eius.* 263. a
- Malitia idololatriæ exaggeratur. 16. b
- Malitia pro malo culpæ & malo poenæ. 362. a
- Malitia Iudæorum peior gentilibus , demonstratur. 423. b. & seq.
- Malitia Iudæorum duplex & quæ. 454. b. 455. a
- Malleator dispertiens , est is qui laminas deducit in partes. 274. a
- Maltha quid. eius natura & energia describitur. Samofateni urbem suam maltha defenderunt contra Lucillum. 645. a
- Mammæ non habent volucres vesperitilione excepto. 734. b
- Mammæ quæ animalia habeant. 734. b
- Manassis impietas exemplo & imperio summe perniciosâ Iudææ. 505. b
- Mane aliquid facere , id est , summo studio aliquid facere. 464. a
- Mane & meridie , id est , toto die. 534. b
- Manus , pro virtute & prouidentia , interdum pro operatione Spiritus. S. 62. b
- Manus , pro finibus & terminis. 156. a
- in Manibus alienius descriptum esse , id est , ab eo curari & in memoria alienius esse. 326. a
- Manibus capiti impositis prodire , id est , spe frustratum & elusum aut grati malo accepto , ab aliquo abire. 329. b
- Manus , pro statua vel altari. 363. b
- Manus expandere Deo attributum , significat vocare & inuitare ad se. 402. a
- Manus pro prophetia. 509. b
- Manus Dei , euangelium. 515. b. item brachium. 334. a
- Manus dare seu iungere , id est , foedus inire. 688. a
- Manus , pro copiis militaribus. 735. a
- Matres & filia , metaphorice ciuitates maiores & minores. 163. z
- Mater , Iudæorum synagoga vocatur. 329. a
- Mater pro metropoli. cur. 507. a
- Matrum , quæ filios coxerunt , exempla. 736. a
- Mater , id est , metropolis. 687. b
- Maternum genus pro nullo habetur apud Iudæos. 615. b
- Matrimonium calamitosum à tribus exaggeratur. 32. a
- Matrimonio præstantior est virginitas & cælibatus. 359. a
- Manus extendere , iactare , complodere , gestus lugentium. 513. b
- Manus pro brachiis. 779. a
- Marde oppidum vbi. 688. b. Mardi duplices. ibid.
- Mardi , pro Assyriis. 688. b
- erga beatam Mariam specialis superstitio panem proponere & offerre in eius honorem aliquot anni diebus curru adornato. 462. a
- Mariæ virginitas secundum aliquos innuitur analoga scriptioe M. 72. b
- Maria Virgo conceptura de Spiritu S. Christum prophetante Ieremia. 593. a
- Maris via apud Isaia quæ. 69. b
- Mare designat extensionem & latitudinem. 89. b
- Maris detertum , id est , Babylon. 143. b
- Mare passim pro occidente in scriptura. 144. a
- Mari & terræ Hebræi manus , brachia & cubitos attribuunt. 275. a
- Maris plenitudo , id est , flumina ad implentia ipsum 283. b
- Maria quædam congelantur. 335. a
- Maris scissio , est eius commotio & conturbatio 335. b
- in Mare quodnam decurrat Euphratea. 699. a
- Maris color in rotis Ezechielis designat res inferiores vanas esse & fluxas. 781. b
- Maritis imputantur vxorum peccata. 650. b
- Mars Gradus vnde dictus , eum præsidere bellis gentiles crediderunt. 403. b. quando vocetur Quirinus. ibid.
- Martyeni montes vbi. 688. b
- Masculinum genus substitutum pro fœminino. quo mysterio. 497. a. 838. a
- Masculinum genus fœminis tributum quid mysterij habeat. 25. a
- Masculino & fœminino genere vtitur Ezechiel promiscue cum tractat de animalibus sibi ostensis. cur. 780. a
- Masphath quis locus, eo suscepta sacra peregrinatio. 639. a
- Massilia pateram Ioui ex vite posuit. 844. b
- Matres filias à puero luxum & fastum edocentes carpuntur. 25. a
- in Matris generatione vterum viperæ lacerant. 157. a
- Medi Babylonem ingressi sunt secundum Herodotum. 146. b
- Medi rebellant sub Cyro & sub Dario , à quibus iterum subacti. 680. b
- Medus vel Persa , columba dictus. 688. a
- Medi & Persæ , dicti ventilatores. 697. b
- Medorum & Persarum Babylonem deuastantiam crudelitas. 146. a
- Medij camelis comparantur. cur. 146. a
- Media , montosa. 95. a
- Media & Persia finitimæ regiones. 701. a
- Media

INDEX RERVM.

Media, interdum pro Persia.	701. a	Miracula Christi multi obstupuerunt?	340. b
Media & Persia vni imperio subiecta, & cui.	701. a	ex Misericordia Dei Incarnatio ortum habet.	72. b
Medicus pro magistratu.	22. b	Misericordia Dei qua Iudæis parci argumentum si-	
in Medio esse, id est, præsidere.	92. b	bt gloriæ præstituit Deus.	319. a
in Medio esse, id est, publicum & manifestum esse.	806. a	ad Misericordiam Dei solam prouocat in suis ora-	
Meditullium, Babylonis peri phrasis.	697. a	tionibus Ieremias.	502. a
proiecerunt Ieremiam in lacum Melchia filij Amelech.		Mitræ feminarum quid.	27. a
Ierem. 38. v. 11. quidam nomen appellatiuum	628. a. b	Mittere aliquem pro instigare & excitare aliquem	
volunt.		ad aliquid faciendum.	560. a
Memphis Hebræis Noph vel Moph. iam Cayrus		<i>Et tristurabitur Moab sub eo.</i> Isaïæ. 25. v. 10. alij ver-	
secundum aliquos laudatur. eius auctor.	137. b	tunt, <i>conculcabitur Moab in loco suo in Madmena.</i>	
Mendaces dicti astrologi, quod duplex eorum doctrina	690. b	175. b	
apud Chaldaeos.		Moab comparatur vitulae trienni.	113. b
Merces pro opere. 265. b. mercedem quidam acci-		Moabitarum indomita superbia, agnos in tributum	
piunt fideles Christo datos in præmium. 265. b		penitare soliti: quos subtraxerunt, ideoque	
ad Meretricis canticum cur exhortetur Isaïas Tyrum		deuastati.	117. a. b
reflorescentem.	164. b	Moabitarum inhumanitas negantium profugis Iu-	
Mendicitatis extremæ specimen.	635. a	dæis hospitium & asylum.	118. a
Meni stella quæ; an planeta. 304. b. quas ei virtu-		Moabitarum ignobilis & spuria progenies.	119. b
tes astrologi ascripserint.	304. b	Moabitarum regio vitibus maxime præstans.	120. b
Menni quæ.	700. b	Moabitæ quando deuastati: qui sint anni tres post	
Menses, pro menstruo.	426. b	quos eos deuincendos prædixit Isaïas.	122. a. b
Menstruale animal solum mulier est secundum Pli-		Moabitarum idolum quodnati.	666. b
nium.	426. b	Moabita proditor Iudas.	668. b
Mensurarum variæ species.	197. a	Medus interdum pro Persia.	701. a
Mercatores vt plurimum fraudulent.	163. a	Molæ vox.	560. a
Mercator pro fraudulento & impostore cur.	473. a	Molech dira & immania sacrificia.	529. b
Meretrices, vt plurimum dilcursantes & circum-		Molere Hebræis quid sit.	742. a
curantes.	425. b	Mollities & teneritudo oculorum vitium.	227. a
Meridie, id est, palam, manifeste.	507. a	<i>sicut enim in Monte diuisionum stabit Dominus.</i> Isa. 28.	
Merodach quis: ab aliis dictus Scipiuchos, nomen		v. 21. alij vertunt, Perazim.	198. a
commune regum Babylonie.	685. b	Monti comparatur Ecclesia. 14. a. b. cur fideles ad	
Meroë Æthiopum metropolis insula triangularis		eum confluere dicantur. <i>ibid.</i> columna veritatis	
Nilo & Astabora circumflua.	129. a	dicitur, eius exordium mons Sion.	<i>ibid.</i> b
Meroë sole duodeuigesimam tauri partem & quar-		Montes, id est, hostes potentissimi & elatissimi.	
tam decimam leonis obtinente nullas habet um-		276. b	
bras.	129. a	in Montibus sæpe prædicauit Christus.	339. a
Merrha quæ.	754. b	Mons, pro Sione.	518. b
Merula vnde dicta.	244. a	Morbi quos à nobis tulit Christus: vide Infirmi-	
Mesopotamia à montibus & fluuiis celebris.	776. a	tates.	
Mesopotamia conuallis nominata. cur.	812. b	Morte deuicta donati sumus à Christo vita æterna.	
Messis & vindemiæ tempore magna olim lætitia.	121. a	175. a	
Messi faciendæ commodum tempus, inter Dei bene-		Mors, somnus & dormitio.	258. b
ficia reponendum. 449. a. messis septimanæ quid:		Mortes, id est, lethales cruciatus.	347. b. & seq.
<i>ibidem.</i>		Mors Christi Iudæis fuit scandalo; quomodo id	
Midas & Croesus, opulentia prodigia.	304. a	conetur amoliri Isaïas.	345. b
Militia tria genera, & quæ & quomodo milites		per Mortem cum Deus aliquem tollit ex hoc mundo	
conuocarentur ad singulas.	95. b	dicitur ei occurrete.	398. b
Militia pro quo accipiatur.	263. a	Mors Christi Hebraice ponitur in plurali. quo my-	
Milites quando deceat clamor ad terrefaciendum		sterio.	348. a
hostes.	284. a	Mors, pro hoste cruento & exitiali.	474. b
Milites, latrones dicti.	514. b	Mors agritudinum quæ.	512. b
Militaris obedientia formula qualis.	819. b	Morticina quid.	515. a
Militares artes quid.	794. a	Morticina, idola dicta.	515. a
Milium quid.	199. b	Mortui olim coronati efferebantur.	155. b
Minæ quid.	56. b. & seq.	Mortuorum resurrectio ab Isaia prædicitur.	365. a
Minerua calix ex electro dictus ab Helena. 778. a		Mortuorum ossibus comparati Iudæi captiui.	584. a
Ministri mali Ecclesie, causa perditionis eius. 359. b		in Mortuorum exequiis conuiuia olim fieri solita	
Ministorum Ecclesie quædam vitia capiuntur, vi-		ad consolationem amicorum, merum vinum &	
delicet lucro insatiable inhiare, ventri studere,		liberalissime tunc potari solitum, varia horum	
propria commoda nimium sectari.	360. a. b	conuiuiorum appellatio. etiam quædam gentes	
Ministri Ecclesie, portæ metaphorice.	381. b	tunc corpus incidebant.	513. a. b
Ministorum Ecclesie duplex assignatur functio &		Mortuorum quasi sepulcrum, Babylonja.	753. b
hæc q. æ.	389. a	ad Mortuorum sepulcra cibum & potum gentiles	
Ministri Dei dicuntur facere quod facturus Deus		ponebant & dicebant, Resurge, comede, bibe &	
per eos prædicit.	418. a	latere.	769. a
		Moschouitæ, Cappadoces vel Thraces, circum-	
		scriptiue tenentes sagittas.	412. b
		Moses	

INDEX RERVM.

Moses & Aaron indigni Iudicati terra promissa. 292. b
 Moses & Samuel cur præ cæteris sanctis Vet Test. à Deo exprimantur. 506. a
 Moses pastor gregis vocatur. 394. a
Mulier cum socia non desierit id est, nihil. 244. b
 Mulieri honestæ pudendorum denudatio summum tormentum. 498. b
 Munerum grauitas quomodo denotetur ab Isaia. 236. b
 Munus suum externo signo Ieremiæ obsignat Deus. 418. a
 Munus Hebræis leuanda dicitur. cur. 636. a
 Murex quid. 849. b
vastatus est Murus Moab. Isa. 15. v. 1. alij nomen proprium ponunt. 112. b
is qui latantur super Muros. cocti lateris, loquimini plagas suas. Isa. 16. v. 7. vertunt alij, *super dolia Kir-Chareset loquimini.* 119. b
 Muratoria sceminarum quæ. 28. b
 Mutare, Hebræis rebellare. 330. a
 Myx quid. 735. b
 Mylitta à Syriis dicta Venus. 770. b
erit quasi Myrica in deserto, homo qui confidit in homine. Ierem. 17. v. 6. vertunt alij, *sicut iuniperus vel iuncus.* 519. a
 Mythologi & theologia mythologica quæ. 754. b

N

N Aar malcha. vide : Regius fluius.
 Nabo quis. 309. a
 Nabuchodonosor à Dan per Phœnicem veniens aggressus est Iudæos. 469. a
 Nabuchodonosor. eius nomen dupliciter in Scriptura scribitur. quid mysterij. 536. a
 Nabuchodonosor pater & filius cognomines. 559. a
 quo tempore Tyum obsidere cœperit. 559. a
 Nabuchodonosor, metaphoricè columba. cur. 563. a
 Nabuchodonosor quoto anno regni sui & post quas expeditiones & sub quo rege inuaserit Ægyptum. 659. b
 Nabuzardan quid officij gesserit in Babylone, num prorex Babylonijs Ierosolymis. 708. b
 Nahar Sares quis. 744. a
 Narium flatus, ira. 319. a
 Natare in luctu. emphasis. 135. b
 Nathinæi in piscina probatica lauabant hostias quas tradebant sacerdotibus offerendas in templo. 50. b
 Naues Tharsis, id est, homines opulenti. 17. a
 Naues Æthiopiæ frequentissimæ & celebres: arundo in duas partes dissecta nauigiolum præbet. 128. a. b
 Naues papyraceæ & iunceæ familiares Æthiopijs & Ægyptijs. cur. 129. b
 Naues oceani, id est, maximæ. 159. b
 Nauicula sugentis. quare Sugentis scapha.
 Nautæ desperantes deserunt funes, quibus firmatur malus & velum extenditur. 238. b
 Nazaræi, metaphoricè Episcopi & Euangelij præcones. cur. 560. b
 Nazarenus, Christi epitheton explicatur. 87. b
 Nabe vel Nebo deus Babylonijs. 632. a
 in Necessitatibus primum orandus Deus. 506. b
 Nechao Iosiam regem interfecit. 680. b

in Negotijs successus felix recte viuentibus promittitur. 356. b
 Nehelamites, epitheton Semeiz an nomen patronymicum vel appellatiuum. 579. a. b
 Neregel Serefer & c. Ierem. 39. v. 3. quidam secundum nomen appellatiuum faciunt, id est, præfectus. 632. a
 Neregel deus Babylonijs. 632. a
 Nilus noxijs animalibus abundans. 135. b
 Nili aquæ ad siccitatem vsque ab Ægypto à duodecim regulis auersæ. 134. b
 Nisæum quid. & Nisæi equi qui. 380. b
 Nitocris cur molita fuerit stupenda illa aquarum opera. 144. a
 No quæ vibs. 659. a. b
 Noctua auis varicolor, alijs exosa. cur. 491. b
 Noctis partes quæ. 374. b
 Nomina olim in circumcisione indebantur. 60. b
 Nomina propria vulgatus interpretatur, quod est occasio vt videantur esse appellatiua. 229. a
 Nomine suo aliquem vocare dicitur Deus quem ad certum aliquod opus destinat. 303. b
 Nomen alicuius scire, id est, eius vires discere per experientiam. 339. a
 Nomina olim excuabantur in cera vel ære. 388. b
 Nomina sua Babylonijs è nominibus deorum conflare soliti. 633. a
 Nomina gentium à se victarum vestibis suis indere soliti reges. 393. a
in omni tribulatione eorum Non est tribulatus. Esa. 63. v. 9. quidam legunt, *ei fuit angustia.* 394. a
 Nomen quod Christus dedit Ecclesiæ quodnam. 389. a
Israël Non congregabitur. Isa. 49. v. 5. legunt Iudæi. *Israël ei congregabitur.* 324. a
 Notarij iniusti carpuntur. 77. a
 super Nubem leuem in Ægyptum venturus Deus cur dicatur. 133. b
 Nubes signum præsentia Dei. cur. 777. a
 Nudare, id est, aperire vel transfigere. 349. b
 Nudus quot modis quis dicatur. 141. a
 Numæ dictum, At ego sacrificio. 224. b
 Numerans, id est, pastor Hebræis. cur. 606. b
 Numeri reliquæ, id est, pauci. 148. b
 Numerus pluralis quam vim habeat. 700. b

O

O bduratio peccatorum in quo consistat & quæ eius causa. 46. b
 Occidens, pro Græcia, Italia, Gallia, Hispania. 289. b
 Occurrere alicui dicitur Deus, cum eum abripit per mortem ex hoc mundo. 398. b
 Oceani filia, id est, nauis. 162. b
 Oceani naues, id est, maximæ. 159. b
 Ocellata ornamenta sceminarum quæ sint. 26. b
 ex Oculo cur non sit facta scemina. 24. b
 Oculis claritatem eruca restituit. 183. a
 Oculorum vitium mollities & teneritudo. 227. a
 Oculi signei animalium Ezechielis quid denotent. 780. b
 Odi maxima componit Euangelium. 15. a
 Offensi animum vindicta pacificat. 11. a
 Ohe quid sit. 4. b
 Oleum, metaphoricè misericordia. 84. a
 Olfactus, metaphoricè vis recte iudicandi & discernendi. 88. a
 Oliuarum

INDEX RERVM.

Oliuarum officina quem usum præsterint magis & idololatriæ. 770. a
 Olla succensa quam vidit Ieremias, typus Iudææ calamitatibus feruentis. 418. b
 Omnipotentiam suam quomodo probet Deus. 220. b
 Onager, animal salax, perniciosissimum cursu, inassequibile, nisi tempore vteri, facile mansuescit, odoratu percipit marem vel feminam. 426. a. b
 Onera, id est, diuitiæ, item grauis propheta & comminatio, insignis paronomasia Isaia. 214. a. b
 Onus pro onerosa propheta. 94. a. 553. b
 Onias male intellecto Isaia templum extruxit He-liopoli. 139. a
 Opus, pro mercede operis. 386. a
 Oracula idololatriæ ex tripode 309. a
 Orandus primus Deus in necessitatibus. 506. b
 Oratio quam magnam vim habeat. 753. a. oratio Sanctorum pro mortuis. ibid.
 Orationes Sanctorum pro nobis euidenter probat, locus Ieremæ. 15. v. 1. quam confessionem cum summe subterfugiant hæretici, sinistre locum in-torquent. 506. a. oratio sanctorum pro mortuis. 753. a
 Orbis ætatis quid sit. 768. a
 factorum Ordinum fundatores mire multiplicati, adeoque impletum in illis illud Isaia. Minimus erit in mille. 385. b
 dum adhuc Ordiner succidit me, Isaia. 38. v. 12. variæ aliorum translationes. 256. b
 Oriens pro Mesopotamia, Chaldæa, Persia, India, Sinarum regione, Iaponiis. 289. b
 Oronaim deseri. 114. a
 Osiris quis, & quis eius plandus, Ægyptiis dictus Ammaz, vnde Iouis Ammonis nomen. 814. a. b
 Ossa & nerui, metaphorice argumenta quibus probatur causa. 277. b
 Ombibus mortuorum comparati captiui Iudæi. 584. a
 Ombegium veteribus vsitatum. 563. a
 Oua aspidum rumpere quid sit. 373. b
 ab Ozia vsque ad captiuitatem Babylonis reges decem. 47. a
 Ozias comparatur regulo. 110. a

P

Palæstini quo sensu dicantur Cappadoces. 662. a
 Palmare quid. 623. b. 724. a
 Paludamentum quid. 392. a
 Panem mulieres aliquæ curru adornato per aliquos dies anni proponunt in honorem beate Mariæ. superstitio id est censore S. Epiphano. 462. a
 Panis, pro corpore. 486. a
 in Panem lignum mittere quid. 486. b
 Panni quibus è lacu extractus Ieremias quid fuerint. 628. b
 Panthera & tigris varicoloria singulariter inter animalia, qui differant. 498. a. pantheris marmomacula similis Lunæ crescens in orbem & cauans cornua: pantheras aut tigrides Africanas in Italiam aduehere vetitum. ibid
 Papyrus quid & vnde dicta, vna è præcipuis opibus Ægypti. 135. b
 Parare brachium, id est, ad opus arduum se accingere. 339. b
 Pardorum industria ad capiendos homines. 447. a
 Paratonium quisnam condiderit. 659. a
 Parentalia quæ. 513. a
 Parietes cordis præcordia. 441. b
 Paronomasia insignis ad duas vrbes. 666. a
 Partus primi, summe difficiles. 443. a
 & dixit Dominus Parum est ut sis mihi seruus ad suscitanda tribus Iacob. Isa. 49. v. 6. legunt alij, in-Tom. 5.

decorum fuit non esse te mihi seruum. 324. b
 Pascha per antonomasiam vocatur solemnitas. 220. a
 Passio Christi ab Isaia diserte prædicta. 330. a. nulli debet esse offendiculo, suadetur efficaciter duabus demonstrationibus. 343. a. & seq. eius mysterium innuitur à Ieremia. 737. b
 Passur ex quora sacerdotum sorte, quid officij gesserit. 532. a. nominis etymologia. ibid. b
 Pastor gregis vocatur Moses. 394. b
 Pastor, id est populi liberator, pastorem Homerus vocat Agamemnonem. 301. b
 Pastores secundi à Deo, prophetæ. 521. b
 Pastores populorum, principes. 549. a
 Pastor, Hebræis numerans dicitur, cur. 606. b
 Patrem à pœnitentibus se vult vocari Deus, et sic eorum indignitas id non mereatur. 435. a
 Pater alicuius quot modis quis dicatur. 614. a. b
 Patientia Dei læsa tandem prorumpit, eoque seuerius. 284. a. eius singularis benignitas exprimitur cum puniens parturienti comparatur. 284. a. b
 in Pauperes Iudæorum crudelitas, quam. 428. b
 Pax summa per Christum & Euangelium 15. a. intellige interna & externa.
 Pax id est, prosperitas. 258. b. vel sanitas. ibid. vel ætas vegeta. ibid.
 Pax, pro prosperitate & diuitiis. 320. b. 382. b
 Paces, non pax dicuntur esse effectus passionis Christi in textu Hebræo. 344. b
 Pacis insignis circumscriptio. 389. a
 Pax vera quæ. 503. a
 Peccatorum remissio gratuita in Christo. 292. a. 338. a
 pro Peccatis debitas pœnas Deus amplius exigere nequit ob Christi satisfactionem. 263. b. pro peccatis debitarum pœnarum Loco Deus plura beneficia confert, summa eius Bonitas. ibid.
 Peccatorum sincera confessio, initiu pœnitentiæ. 308. b
 de Peccatis vltionè minatur grauissimã Deus. 314. a
 Peccati infinitatem longe excidit Dei Bonitas infinita. 356. a
 Peccatum vocatur angustia, respectu Dei. 394. a
 Peccatorum omnium pœnæ à Deo decretæ. 403. a
 Peccata nullis fucis dissimulati aut tegi possunt. 425. a. b
 Peccata nunquam tot vel talia quin pœnitentem sibi reconciliet Deus. 431. b
 à Peccatis resurgere homo non potest sine Dei gratia. 435. b
 Peccata omnia tandem, licet sero, à Deo punienda. 490. a
 Peccata tria Iudææ assignat Ieremias, quare totaliter in exilium captiua ducta. 497. b. & seq.
 Peccata quo sensu dicantur clamare. 534. b
 Peccator sibi crucem asciscit. comparatur Sypho. 730. a
 Peccatum, pro pœna peccati. 730. a. 739. b
 Peccator, ager incultus & spinis oblitus, pœnitentia, nouale & excultio agri. 439. a
 Pes pro obsceno concubitu & pro pudendis. 427. a
 Pedes animalium Ezechielis quid & quæ es. 779. a
 Pedites cum quibus currens laborauit Ieremias quinam. 490. b
 Pellere aliquem ad vel ante facies suas Hebræis quid sit. 676. a
 Pelusium secundum aliquos est Phatures. 649. a
 Penates & Lares post ostium poni soliti. cur. 363. b
 Pentapolis, id est, Phul. 412. b
 Percutere lingua, id est, calumniis & delationibus aliquem impetere. 526. b
 Percutere animam vel anima quid. 636. b
 Perdix oua aliena surrepta excludit, & proles mox auolans

INDEX RERVM.

- auolans alienum parentem deserit. à mare nimis exardescens oua scemellæ franguntur, ne impediatur in sua libidine. oua plurima sibi supponit è quibus pauca excludit. huic comparantur diuites. 520. a. b
 Periscelides quid. 27. b
 Perpendicularum quid & quotuplex. 242. b
 Persia & Media vni imperio subiecta, & cur. 701. a. finitimæ regiones. 701. a
 Persæ & Parthi sagittandi arte celebres. 698. a
 Persæ, pro sagittariis insignibus. 152. a. ventilatores dicti. 697. b
 Persarum regnum stetit annis ducentis triginta vno. 164. b
 Persæ Babylonem inuaserunt per centum portulas ædificatas à Nitocre in ora fluminis. quas si Babylonij obseruassent Persas omnes submersissent. 290. b
 Persæ & Medi à Iudæis longinqui & remotissimi dicti. 311. b
 Persarum reges an vngendo inaugurati. 303. a
 Persæ ingentem vim auri è templo Babylonico asportarunt vtpote trium deorum statuas & alia templi utensilia. 309. b. Saccorum festum agunt, quo vnus è vinctis, qui ad supplicium debeat duci, in sella collocatur, & per aliquot dies, quidquid libet, faciendi habet licentiam, demum post voluptates omnes exutum flagellant & suspendunt. 562. a
 Persa vel Medus columba dictus. 688. a
 Persæ Babylonem ceperunt in mediis poculis & choreis. 689. a. b. lorice vtebantur. 698. a
 à Persis combustus quilnam Euphratis alueus. 702. per quas Babylonis portas ij intrauerint ea capta. 701. b
 Perysphyria quid. 26. a
 Pestis regni, principum mali consiliarij. 62. a
emitte agnum de Petra deserti. Isa. 16. v. 1. variæ translationes. 117. b
 Petra deserti, id est, Ruth Moabitibus. 117. a
 Petra vnde excisi Iudæi, Abraham. 333. a
 Petra, id est, Arabia Petræa. 283. b
 Petri nomen Chepha. etymologia. 442. b
 Pharaon Assur. 338. b
 Pharaon Ephree quis. 651. a. regum fortunatissimus. 658. b
 Pharaon Ehpreæ alias Vafres vel Apries ab Amasi strangulatus est. 651. b
 Pharaon Nechao quando & quoties expeditionem habuerit in Charchemifum. 655. b. insolentior factus ex victoria Iosæ & Nabopolasari. 656. a
 Pharaon quisnam fuerit sub quo deuicta Ægyptus à Babyloniis. 659. b
 Pharaon Nechao quando deuastauerit Gazam. 661. a
 Pharetra, filij sagittæ. 728. a
 Pharisæorum vitia carpit Isaias. 10. a. b
 Pharisæorum extrema superbia. 402. b
 Pharisæi traditionibus humanis verbo Dei & luci euangelij restiterunt. 330. b
 Phatures, secundum aliquos Pelusium. 649. a
 Phicarij vel Phycuarij qui. 691. b
 Phocæ quid. 734. b
 Phœnices nauigandi peritissimi. argenti copiam ex Hispania in alias gentes transfulerunt. anchoris vsu argenteis. 159. b. primi litterarum & Theologiæ inuentores. 754. b
 Phryctos & Phryctoria. 453. a
 Phuth vel Phul quæ. 412. b
 Piaculum quid. 348. b
 Pili pedum, id est, pubes. 56. a. pilus capitis & barbæ, nobilitas. ibid. pilus pedum, plebs. ibid.
 Pilosi qui dicantur ab Isaias. 100. a
 Pilosi Ierem. 50. 39. qui per eos intelligantur. 691. b
 Pinguedo, metaphoricè pro stupiditate. 46. b
 Pingues, id est, robustissimi vel opulentissimi. 81. a
 Pinus reddita Latine Isa. 44. v. 14. vox Hebr. quid sit. 298. a
 Piscatores, id est, Ægyptij. 514. b
 Piscinæ quot Ierololymis. earum situs & descriptio. 50. b. 51. a
 Piscium prouentus Ægypti regibus quam fertilis & vnde. 134. b
 Piscium copia in Ægypto. piscatores optimi Ægyptij. piscatio Antonij cum Cleopatra. 135. b
 Pityra quid. 770. a
 Placentæ Latine reddita Ierem. 7. v. 18. vox Hebraica quid sit. 462. a
 Placentæ artificiosè elaboratæ Regina cæli oblatæ à Iudæis. habentes effigies idolorum, quibus offerebantur. 462. a. b
 Placitum tempus, id est, tempus Euangelij 325. a
 Plumbum admiscetur conflationi argenti. 457. a. b
 Plurali numero nominamus personas honoratiores. 134. a
 Pluralis numerus quam vim habeat. 700. b
 Pluuia quomodo generetur. 699. b
 Pluuiarum duo genera & singularum descriptio. 432. a
 Poculorum certum numerum in conuiujs præcribebant antiqui. 304. a
 Pœnitentiæ vis quanta. 9. b. 263. b
 Pœnitentiæ forma à Ieremia prescripta. 433. b
 Pœnitentia, exordium prædicationis Christi & Apostolorum. 339. b
 ad Pœnitentiam hortatur Deus variis promissionibus. 356. b
 Pœnitentiæ initium, confessio sincera peccatorum. 398. b
 Pœnitentia nouationi & culturæ, peccator agro inculto comparatur. 439. a
 Pœnitentibus semper ignoscit Deus. 431. b. ab iis Patrem se vocari vult Deus. 435. a
 Pœnæ à Deo decretæ interdum fixæ & indeprecabiles. 204. a
Ponamus regem in medio eius filium Thabel. Isa. 7. v. 6. plerique pro appellatiuo accipiunt. 51. b
 Ponere ad aliquid faciem suam quid. 642. b
 Ponti rex Romanus iudex controuersiarum fidei, pax Ecclesiæ, id est, institutus vt inter principes & fideles pacem foueat. 382. b
 Popania quid. 462. b
 Populo, verbum Virgilio notum. 734. a
 Populonia Ioui simulacrum ex vite posuit. 844. b
 Portæ pro ciuibus & incolis. in portis olim iudicia, solemnes conuentus, excubiæ. 501. b
 Portæ terræ, id est, extremæ terræ partes. 507. a
 Porta Ierololymitana, per quam ingrediuntur & egrediuntur reges, quæ. 522. a
 Porta scibilis Ierololymis quæ. 529. a
 Porta in qua carcer Ieremiæ quæ. 532. a
 Porta pro terminis & limitibus. 543. b
 Porta domus nouæ Ierololymæ quæ. 566. b
 Porta media Ierololymis per quam ingressi Babylonij quæ. 632. a
 Portus Tyti celebres duo. 174. b
 Postes, Hebræis dicuntur cubiti. 45. a
 Prasocurides quid. 233. b
 Pretiosum & vile, id est, electus & reprobus, vel bonus & malus, vel verum & falsum. 510. a
 non

INDEX RERVM.

non Præcipere aliquando dicitur quis, quod etsi vere præcipiat, tamen comparatione aliarum rerum maioris momenti, quas idem præcipit, dicitur non præcipere. 463. b

Prædicatione Christi vt Apostolorum fundata Ecclesia. 339. a. eius fructus. 380. a

Prædicator etsi fructum non faciat, non tamen ideo mercede sua priuabitur à Deo. 324. a

Prædicatoribus Deus non solum officium distribuit, sed etiam quid prædicare debeant instruit. 264. b

Prædones & iatrones vt plurimum Arabes. 432. a

Præfatiuncula lamentationibus Ieremiæ præfixa num sit authentica. 711. a

Præfatione vel Præfationi quid. 772. a

Prægnanti vterum obsepire & ad perpetuam prægnationem damnare, rarum crudelitatis exemplum. 534. p

Prælati Ecclesiæ non emulgeant bursas subditorum. prima eorum cura sit vt subditi recte viuant. 382. b

Præputium Hebræis quid. 455. a

Præteritis vtuntur prophetæ pro futuris. 343. a

Præteritum interdum pro futuro apud Hebræos. quo mysterio. 628. a

recordata est Ierusalem dierum Præuaricationis i. v. 7. alij legunt, *ploratus*. 715. a

Priapus hortorum Deus. eius sceua quodnam. 772. a

Primogenitura, difficilior. 443. a

Principis prima cura sit omnibus prodesse, nocere nemini. 228. a

Principes Hebræis à benefaciendo dicti. 227. b. pastores populorū. 549. a. metaphoricè vectes. 690. b

Proceres quarundam regionum raro capite incedere solebant, deorum cultum indicare volentes. 310. b

& ius Proprium in vasis eorum. Isa. 65. v. 4. duplex lectio. *& abruptio iniquationum in vasis eorum*. vel *& ius iniquationum in vasis eorū. medicare* 402. b

Prohibitiones, id est fames. 501. a

Pronomina primitiua Hebræi frequenter addunt in sermone. 265. a. 446. b

Prophetarum graue est vitium, populi mores prauos non corripere. 24. a

de Prophetis semper prouidit Deus populo suo. 279. a

Propheta quando initio libri patrem suum nominat, regula generalis & filium & patrem prophetam fuisse. 417. b

Prophetæ dicuntur facere ea quæ facturus est Deus, cum ipsi ea prædicant. 418. a

Prophetas occiderunt Iudæi. 427. b

Prophetare sibi quid sit. 503. a

Prophetæ, secundi pastores à Deo. 521. b. veri à falsis è quibus discernantur. 552. b. speculatores dicti. 455. b

Propheta, Deo propria. 296. a

Prophetissa, id est, vxor prophetæ. 60. b

Propheta, manus dicta. 509. b

Prophetæ duplex modus, pseudoprophetarum duo genera. 550. b

Saraias autem erat princeps Prophetia. Ierem. 51. 59. vertunt alij, *erat princeps residentia*. alij, *princeps recreationis*, alij nomen proprium ponunt. 704. b

Prosperitatibus laginantur impij ad lanienā. 490. a sine Prouidentia Dei nihil fit. 62. a. 782. a

Prouidentia Dei vt plurimum alternat dulcia tristibus. 201. a

Prouidentia Dei, creata conseruat. 446. a

Prouidentiam Dei quænam impugnent. 490. a prouidentia Dei consideratio magnum ad bonam vitam momentum habet. ibid.

Prouidentia Dei creatoris omnibus ad suum finem

vtitur easque moderatur. en breuis explicatio visionis Ezechielis. 777. a

Prouidentia Dei oculo comparata vbique. 782. a

Pseudoprophetarum puluilli & ceruicalia quid. 836. b. 837. a

Psalmi pro beneficiis Dei. quæ eorum sunt argumenta. 171. a

Psammeticus Ægypti regnum vi obtinuit & tyrannice administravit. 134. a. qua arte id inuasit. 137. b. inde à Psammeticus rege Ægyptus maximis calamitatibus afflicta. 138. a. occupauit Azotum annis viginti. ibid.

Psolomeas à Philadelpho condita ad venatus elephantorum, quadraginta quinque diebus ante & post solstitium nullas habet umbras. 129. a

Publicanus quomodo dicatur Hebræis. 237. b

Pudendorum denudatio mulieri honestæ summum tormentum. 498. b

Puluilli & ceruicalia phopherissarum falsarum quid. 836. b. 837. a

Punire in iudicio quid. 583. b

Punire peccatores Deus maximum sibi tormentum reputat. 284. a. b

Punientis Dei duplex finis & quis. 304. a

Punitionis diuinæ quis fructus. 11. b

Punitionem Dei iustam non refugiunt boni sed ad eius misericordiam prouocant. 481. a. b

Puteoli quid. 567. b

ecce excoxi te sed non **Q** *Vasi argentum*. Isa. 48. v. 10. alij legunt, *sed non in argento*. 319. b

Quercus idololatriæ familiares. 12. a

Quercui comparantur iusti Christo insiti. 385. b

Quirinus quandoam vocetur Mars & quando Gradius. 403. b

R

R *Abares* Ierem. 39. v. 3. quidam nomen appellatiuum faciunt, id est, præfectum aulicum, 632. a. b

Racemare, id est, pauperum medullam exugere. 23. b

Racemare & vindemare Iudæos, quid. 454. b

Rachelis sepulcrum vbi. 591. b

Radici è terra arida comparatur Christus. 343. a

Ramus & iuncus, id est, fortis & imbecillis, vel summus & infimus. 73. b

Rebmag Ierem. 39. v. 3. quidam nomen appellatiuum faciunt, id est, præfectum castrametationi. 632. a

Rebellare, Hebræis mutare. 330. a

quare ergo dixit populus meus Recessimus. Ierem. 1. v. 31. alij reddunt, *dominati sumus*. 428. a

Rechabitæ an etiam num superstites & quæ eorum sedes. 615. b. quodnam eorum institutum modo. 616. a. an fuerint sacerdotes. 615. b. à quo originem duxerint. 614. a. b

Redemptio hominum non est facta gratis. & sine pretio. 338. a

ad Redimendum genus humanum quid mouerit Deum. 338. a. 339. a

Rex regum potissime dicitur Deus. 79. a

Regū vita assumitur in exemplū longæuitatis. 164. b

Rex & regina, quam tempori monere iubetur Ieremias, secundum alios est Ioachim & Nechusthan eius mater, secundum alios Zedechias cum vxore sua. 496. b

Reges insularum qui. 661. a

Regum duorum exempla quorum alter prophetam minatem Dei nomine veneratus est, alter similem occidit, quo sine & à quibus adducatur in dis-

INDEX RERVM.

- ceptatione causæ Ieremiæ. 567. b
 Regis domus cur nominetur in plurali. 605. b
 Regum Iudææ funera quomodo curata. 619. a
 Regū & principū consiliarij mali, regni pestis. 629. b
 Regina cæli quæ dea. 462. b. & seq.
 Regina cæli colebatur conuiciando. 650. a
 Regius fluius quis. 776. a
 Regiones squalidas & desertas quænam animalia appetant. 214. a
 Regnorum mutationes & catastrophæ à Deo. 162. b
 Regnum Iudæorum à deportatione Babyloniorum nunquam in pristinâ dignitatem restitutum. 529. b
 Regnum Christi perpetuum. 607. a
 Religiosæ vitæ obseruantias omni vi conatur impugnare Scaliger. 614. a. b
 Reliquiæ Iudæorum saluatæ. 7. a
 Remissio peccatorum non est ex meritis sed ex mera Christi gratia. 338. a
 Respublica omnium prima, Babylonica. 448. b
 Rempubicam à fœmina regi aut doceri res indigna. 188. a
 Reorum festum apud Persas: quære Persæ Saccorum festum. 188. a
 Requiescere super aliquem designat perpetuitatem muneris. 88. a
 Resina interpretata Latine Ierem. 8. v. 22. vox Hebraica quid sit. 470. a. b
 Resurrexerunt multi cum Christo. 182. b
 Resurrectio generalis prædicitur ab Isaia. 182. b. 365. a
 Rheæ aurea statua mille talentum Babyloniorum pondere duos leones ad genua stantes & prægrandes colubros ex argento habens à Semiramide erecta in templo Belis. 309. b
 Ribla & Dibla num eadem. 803. b
 Ricæ quid. 837. a
 Romanus Pontifex Iudex controuersiarum fidei, pax Ecclesiæ, id est, institutus vt inter principes & fideles pacem foueat. 382. a
 Romanus exercitus vel Titus vitulus nominatur ab Isaia. 188. a
 Rotæ Ezechielis quot, qualesnam & quid significent. 781. a.
Rubicundiores ebore antiquo. Lament. 4. 7. vertunt alij, *pro margaritis* alij, *pro unionibus.* 735. b
 in Rubrum mare decurrit Euphrates. 699. a

S

Sabacon rex fortis Ægypti. 134. b
 Sabbato non ieiunant Iudæi. 616. a
 Sabæi opulenti ob thuris & odorum merces. 306. a
 Saccus non erat vestis ordinaria prophetarum sed schema luctus. 141. a
 Saccorum festum apud Persas quodnam. 562. a
 Sacea vel Schache num festum Babyloniorum & Persarū & Schytharū, eius festi descriptio. 562. a
 Sacerdotes Ægyptij eruditi & pudentes. 137. a
 Sacerdos, id est, præses vel dominus. 168. a
 Sacerdotes, interuentores dicti. 292. b
 Sacerdotum peccata cæteris magis scandalosa. 455. a
 Sacerdotium Christi perpetuum, item sacrificium quodnam. 607. a
 Sacrificia quæ respuat Deus. 7. b
 Sacrificia idololatræ in Thophet. 221. b. & seq.
 Sacrificia potissimū subsidium tempore belli. 224. b
 Sacrificia omnia veteris legis si ad rigorem comparentur cum Dei maiestate, nihil sunt. 266. b
 ad Sacrificium mactanda animalia cum magna pompa deducebantur. 345. a
 Sacrificia veteris legis cur Deo displicuerint. 409. a
 Sacrificia Romani offerebant capite tecto. 769. a
 excepto sacrificio Saturni. *ibid.*
 Sæculum pro tempore diuturno. 398. b
 Sagittarij, Ælamitæ peritissimi & optimi. 680. b
 Sagittarij optimi, Persæ. 698. a
 per Sagittas tenentes qui populi circumscribantur. 412. b
 Sagittæ filij pharetræ. 728. a
 Sale corpus perfricari cum infantium tum aduulorum, medicorum omnium consilium. 847. b
 Saliunca quid. 356. b
 Salmanasar à Tyriis deuictus qua contra eos industria vsus. 159. e
 saltus domus pro armamentariis. 153. a
 Salus nostra, magnum argumentū Dei gloriæ. 388. a
 Salutis humanæ reparatio à Ieremia innuitur. 737. b
 Samosateni urbem suam maltha defenderunt contra Lucullum. 645. a
 Samuel & Moses cur præ cæteris sanctis Vet. Test. à Deo exprimantur. 506. a
 Sanguis, pro victoria. 393. a
 Sanguis, dictus continuatio. 393. b
 Sanctificare, id est, ad functionem vel ad officium aliquod prædestinare. 418. a. 96. a
 Sanctorum orationes pro nobis euidenter probat locus Ieremiæ. 15. v. 1. quam confessionem enim summe subterfugiant hæretici, sinistra locum intorquent. 506. a
 Sanctorum oratio pro mortuis. 753. a
 Saohara quis fluius. 790. a
 Sapientia nulla est sine vera pietate. 468. b
 Sapientiæ fons, lex Dei. 753. b
 Sapinus quid. 276. b
 Sara, cauerna laci, de qua præcisi Iudæi. 333. a
 Saraceni in tentorijs habitant. 679. b
Saraias antem erat princeps Prophetiæ. 51. 59. vertunt alij, *erat princeps residentiæ,* alij *princeps recreationis,* alij *nomen proprium ponunt.* 704. b
 Sargon est Sennacherib. 141. a
factus est Saron sicut desertum. Isa. 33. v. 9. aliorum versio. *facta est planities deserto similis.* 235. a
 Saronis regio vbi sita. 403. a
 Satietas visionis, ab Auenario vertitur diritas executionis. 413. b
Saturauit eos & mæchati sunt. Ierem. 5. v. 7. legunt alij, *inramento obstrinxeram eos, sed adulteri facti sunt.* 447. a
 Saturno sacrificabatur capite nudo. 769. a
 Scaliger religiosæ vitæ obseruantias impugnare conatur. 614. a. b
 Scalpello scissus Ieremiæ liber quomodo habuerit paginas. 620. b
 Sceptrum exactoris, id est, lex, alijs tyrannis sathanæ & peccati. 70. b
 Sceptrum regum Babylonix qualenam. 685. b
 Schaphismus vel scapheusis quid. 579. b. 580. a
 Schœniculæ quid. 770. a
 Scheschach: quære Sacea.
 Scintillatio animalium Ezechielis qualis & cuius rei typus. 79. a
 Scipiucho, id est, sceptri fer cuiusnā titulus sit. 685. b
 Scopes vel copes quid. 100. a
 Scribarum veteris legis vitia. 468. a
 Scutum interpretata vox Latine Ierem. 6. 13. Hebraice quid sit. 456. b
 Scythæ quando Mediæ regnum occuparint & quot annis id tenuerint. 680. a
 Sear-Iasub Isaia filius, typus liberationis. 50. a. is est de quo dicitur. *antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum.* 55. a. quid suo nomine representauerit. 82. b

Sciſſio

INDEX RERVM:

- Scissio maris, est eius commotio & cōturbatio. 335. b
Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Isa. 14. v. 16. vertunt alij, *macies mihi.* 171. a
 Secretum duplex in Christo & quodnam ab Isaia cognitum. 171. a
 Sectiones librorum Hebræis quomodo & vnde dictæ. 620. b
 ly Secundo varia acceptio. 90. a
 Securis Amazonica quæ. 700. a
 Sedechias quomodo tractatus in Babylonia, num præfecturam aliquam habuerit. 708. a. vbi & a quo rex Iuda creatus. 744. a. b. vasa argentea pro aureis confici iussit ad templi ministerium quæ Ioachim in Ierusalem comportauit. 744. b
 Seducere quomodo dicatur Deus. 532. b
 Segetes fundit copiosissimas Babylonia. 688. a
 Sehiris montes qui. 677. b
 Seir mons vnde dictus. 147. b
 Sellum quis. etymologia, quis nomē indiderit. 542. a
 Seleucia à quo & vbi condita. eius generatio fuit corruptio Babylonis. 687. b
 Semegar Ierem. 39. v. 3. quidam faciunt nomen appellatiuum, & vertunt præfectum. 632. a
 Semeiæ epithetum quodnam. 579. a b
Seminauerunt triticum. Hereditatem acceperunt. Ierem. 12. v. 13. alij, *agrotauerunt.* 495. a
 Semen fidele quodnam sit. 425. a
 Semiramidis crater quanti pretij. 304. a
 Semiramis idola tria ex auro pretiosissima Iouis, Iunonis & Rheæ erexit. quod singulorum scema, præter alia templi vasa pretiosissima. 309. b
 Semiramis conditrix Babylonis à columbis enutrita. 563. b
 Sennacherib cum suis ab angelo occisus innuitur ab Isaia. 71. a. vocatur laguncula vel ramus. cur. 85. a. b. alias Sargon, anno duodecimo Ezechiaë obsedit Azotum. 141. a. Ægyptios & Æthiopes expugnauit. 141. a. quo tempore. ibidem. delectus ab angelo Gabriele. 233. a. eius deuastatio comparatur collectioni bruchorum & locustarum. ibid. b
 Sentes & vepres, metaphorice hastati & sagittarij. 186. a
 Sepeliri olim solebant cum pretiosis ornamentis 467. a
 Sepem à vinea auferre, metaphora. id, est diuinis præsiidijs nudare. 37. b
 Septimanæ messis quid. 449. a
 Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ vnde inchoandi. 578. a
 Sepulcrum Christi gloriosum: quære Christus. & *erit Sepulcrum eius gloriosum.* Isa. 11. v. 10. alij reddunt, & *erit oblatio eius gloriosa.* 89. b
 Sepulcrum, domus communis omni uiuenti. 107. b
 Sepulcrum mortuorum Babylonia. 753. b
 fouea corruptionis. 258. b
 domus vsque ad diem resurrectionis. 362. b
 Sepulcri possessio, fixæ habitationis signum. 154. b
 ad Sepulcra mortuorum gentiles cibum & potum ponebant. & dicebant, Resurge, comede, pibe & latere. 769. a
 Seraphim vnde dicti. Seraphim plurimi Deum cingentes. 44. b. cur velauerint pedes suos. eorum volatus quid. 44. b. 45. b
 Serpens & draco tortuosus diabolus. 185. a
 Serpentes & dracones inedia patientissimi. 502. a
 Serpentis vox id est, submissa, eius qui vix audet hincere. 659. a
 Serpentū terrestriū nulla species mammata est. 734. b
 Sericum Hebræis vnde dictum. 849. b
dixisti non Seruiam. Ierem. 2. 20. alij vertunt *non transgrediar.* 424. b
 Seruorum festum apud Babylonios: quære Babylonijs festum.
 Seruorū an liberorū ingenia vtra præstantiora. 160. a
 Serui ad terram prostrati veniam supplicantes nantibus comparantur. 175. b
 Seruos nos Deus sibi vendicat titulo redemptionis. 288. a
 Seruitus generis humani quo pretio facta. 338. a
 vt à Seruitute peccati & satanæ Deus nos liberaret quid eum mouerit. 338. a. 339. a
 Selac quis. 561. b
 Sestertium quid. 567. b
 Sethon sacerdos Vulcani rex Ægypti pugnavit contra Sennacherib. 133. b. pius, prudens & à dijs contra Sennacherib adiutus. 137. a. rex Ægypti trecentessimus quadragesimus primus. 137. a
 Sexaginta quinque anni, post quos prædicit Isaia excidiū Israël & Syriæ, quomodo cōputandi. 52. a
 Sicarij vel Siccarij qui. 692. a
 Sicci, alijs sunt naues, alijs feræ, alijs homines barbari. 164. a
 Siclus quid. 600. a. 796. a
Sicut quercus qua expandit ramos suos. Isaia. 6. v. 13. alij vertunt, *que in Selechetb, statua in eis.* 48. b
 Sidus & stella qui differant. 97. b
 Signum quid. 54. a
 Signum ponendum pijs fidelibus secundum alios est signum crucis, secundum alios Spiritus S. adueniens in die Pentecostes. 412. b
 Silicernium quid. 513. c. 769. a
 Siloe fons & natoria quæ. 51. a
 Silua, metaphorice exercitus. 81. b
 Siluæ comparatur Ecclesia. 230. b
 Silua pro quo interdum accipiatur. 537. b
de terra Sinim. Isa. 49. 12 an ij Sinenses Indi. 325. b
 Sinopsis quid, quot eius genera, quis vsus, quæ laudatior. 542. a
 Sobna quid officij habuerit, insignis eius impietas. 154. b
 Sod fluuius quis. 744. a. vnde deriuetur. & quam regionem circumfluat. ibid.
 Sodomæ circumscriptio, eius initium apud Cretenfes & extra vitium est. 16. b
 Sol ab Assyrijs, Persis, Babylonijs pro Deo habitus; & ignis vtpote eius particula ei equi dicati. 309. a
 qui Solem orientem primus ostendisset in regem Tyri eligendas communi consilio seruorum decernitur. 160. a
 Solemnitas per antonomasiam, pascha 220. a
 Solitarij dicti astrologi. quotuplex eorum doctrina apud Chaldæos. 690. b
 Solium gloriæ Dei, templum. 504. a
Solve vincula colli tui captiua filia Syon. Isa. 52. v. 2. lectio aliorum, *soluta sunt vincula colli tui.* 338. a
 Somnare de aliquo, id est, summe amare. 593. b
 Somnus videbatur Ezechiaë morbus suus. 258. b
 Somnus reficit vires & restituit sanitati. 258. a
 Spaco Persice quid. 304. a. an nomen proprium Cyri, an is à cane educatus, respondet Auctor Negatiue, sed fabulæ occasionem dedisse eius nutricem bubulci vxorem Spaco, id est, canem dictam 304. b
 Specula pro monumento sepulcrali. 592. b
 Speculatores, prophetæ dicti. 455. b
 Speculatoria turris alias Ophel quæ. 229. a
 Speculorum foemineorum luxus. 29. b
 Spiritus S. descensus in igne ab Isaia innuitur. 71. a
 Spiritus S. pace & gaudio donati sumus per Christum.

INDEX RE RVM.

<i>Stum.</i>	175. a	<i>Talpa pro diis habitæ, eorumque cor thaumatũ-</i>	
<i>Spiritus S. fructus in Ecclesia qui.</i>	229. b. & seq.	<i>gum.</i>	18. a
<i>Spiritum S. extinguere quis dicatur.</i>	394. a	<i>Tanis quæ.</i>	424. a
<i>Spiritus S. descendens in die Pentecostes est signum</i>		<i>Taxus quid.</i>	277. a
<i>ponendum fidelibus ab Isaia prædictum.</i>	412. b	<i>Taxus arbor venenata.</i>	486. b
<i>Spiritus S. supremum donum à Christo ecclesiæ</i>		<i>in Tecta ascendere, periphraſis desperatorũ.</i>	151. a
<i>datum.</i>	229. b	<i>Tela linæ ad solem exſiccando curantur.</i>	495. a
<i>Spiritus iudicij in Christo quis.</i>	33. a	<i>Templi Belis in Babylonia ingentes diuitiæ in Per-</i>	
<i>Spiritus quotupliciter accipiatur.</i>	789. b	<i>ſidem deportatæ. 309. b. plurima in eo donata</i>	
<i>Spolij loco anima mea mihi est. quid ſit.</i>	537. 2	<i>aui.</i>	703. a
<i>Spoliorum amplorum inſignis periphraſis.</i>	239. b	<i>Templum Dei, anima humilis. 408. a. templum mat-</i>	
<i>Sponſalium tempus Hebræis dicitur voce deriuata</i>		<i>teriale ſine templis ſpiritualibus non eſt adeo</i>	
<i>ab vniuerſitando. cur.</i>	422. a. b	<i>gratum Deo. 408. b. templum vetus cur Deo diſ-</i>	
<i>Sponſus & ſponſa, Chriſtus & Eccleſia.</i>	387. a. b	<i>plificuerit, rationes duæ.</i>	408. b. 409. a
<i>Stare coram Deo quid ſit.</i>	615. b	<i>Templum Ierololymitanũ cur tertio Dei templum</i>	
<i>Statuere ad aliquid faciem ſuam quid.</i>	642. b	<i>nominatum. 460. b. 461. a. templa magnifica</i>	
<i>Stellæ & vniuerſus cæli exercitus vi & robore &</i>		<i>iniquitates non remittunt.</i>	461. a
<i>functione nunquam deficiunt, nec ea remittunt.</i>	269. a	<i>Templum, ſolium gloriæ Dei.</i>	503. b
<i>Sterilis quis interdum dicatur.</i>	545. b	<i>in Templi porta an Ieremiæ carcer fuerit.</i>	532. a
<i>Stibium. Quare Fucus.</i>		<i>Templo exuſto eius fundus manſit in veneratione,</i>	
<i>Stipulam parere, id eſt, rem irritam facere.</i>	235. a	<i>quo ſacra peregrinatio ſuſcepta.</i>	639. a
<i>Stipulæ aſſimulatur captiuitas Iudæorum. cur.</i>	498. b	<i>Templis Gentilium quæ reuerentia exhibitæ 769. a</i>	
<i>Stramen Hebræis à feſtinando dictum. cur.</i>	41. a	<i>Temporis breuis circumſcriptio.</i>	61. a
<i>Strato liber Tyrius à ſeruis in regem electus ob con-</i>		<i>Temporis ordinem vix ſeruãnt Ieremiæ prophetiæ.</i>	661. a
<i>ſilium induſtrio ſeruo datum quo ſolem primus</i>		<i>Tenebræ, pro calamitate.</i>	507. b
<i>oſtenderet, & ex conditione regnum adipiſcere-</i>		<i>in Tentoriis habitantes quinam.</i>	679. b
<i>tur.</i>	160. a	<i>Tenues, pro infima plebe.</i>	446. b
<i>Strationienſes lapides peruicaciſſimæ naturæ. 518. a</i>		<i>Ternaria menſura pro maxima apud Hebræos. 266. a</i>	
<i>Striges quid.</i>	243. b	<i>Terræ fructus dicitur Chriſtus.</i>	32. b
<i>Stultorum propria, præcipitatio.</i>	227. a	<i>Terræ ſanctæ occupatio, quæ facta omnibus ſe inui-</i>	
<i>Stylus hominis quis.</i>	59. b. 60. a	<i>cem adiuuantibus, typus Eccleſiæ.</i>	90. b
<i>Stylus ferri quis. 518. a. is olim in vſu.</i>	ibid.	<i>Terræ quomodo attribuitur hypocriſis.</i>	168. b
<i>Succellus felix in negotiis recte viuentibus promit-</i>		<i>Terra forte & funibus olim diſtributa.</i>	244. b
<i>titur.</i>	356. b	<i>Terra de longe quid.</i>	237. a
<i>Succinum, electrum naturale.</i>	778. a	<i>Terræ & mari Hebræi manus, brachia & cubitos</i>	
<i>Sudarium quid proprie & vnde dictum.</i>	155. b	<i>attribuunt.</i>	275. a
<i>Sugentis nauicula quod genus ſupplicij. 579. b. 580. a</i>		<i>Terræ portæ, id eſt extremæ terræ partes.</i>	597. b
<i>Superba, antonomatiſtice Babylon.</i>	690. a	<i>Terræ & horrores, epitheton idolorum.</i>	691. a
<i>Superiores digni paxillis comparantur. ſuper quos</i>		<i>Teſtudo clypeata, inſtrumentum militare. 152. b</i>	
<i>ſuſpendantur omnia.</i>	156. b	<i>Teſtamenti Veteris aſperſiones ſanguinis Chriſti</i>	
<i>Supparum quid.</i>	28. b	<i>figuræ, quo gætes aſperſæ. quo ihudit Iſaias. 341. a</i>	
<i>Syene oppidum ſoli ex dicometro oppoſitum vnde</i>		<i>Veteris Teſtamenti cæremoniæ abolitæ. 434. b</i>	
<i>nullas habet vmbras, puteuſque totus; illumina-</i>		<i>Teſtudinum quatuor genera.</i>	108. b
<i>tur.</i>	129. a	<i>Thabor & Carmelo comparatur Ægyptus, quo</i>	
<i>Synagoga à Deo repudiata. cuius culpa num Dei</i>		<i>ſenſu 658. a</i>	
<i>num eius. 329. a. ſynagoga Iudæorum vocatur</i>		<i>Thalamegi qui.</i>	17. b
<i>mater.</i>	ibid.	<i>Tharſis naues, id eſt homines opulenti.</i>	17. a
<i>Synagogæ abrogatio vna cum Eccleſiæ fundatione</i>		<i>Tharſis quid.</i>	412. b. 478. b. 781. b
<i>prædicatur.</i>	488. a	<i>Tharthan vnus ex principibus Sennacherib. 141. a</i>	
<i>in Syon monte exordium Euangelij</i>	14. b	<i>Thau quomodo olim figurabatur.</i>	818. b
<i>Syon mons circumſcribitur, latera aquilonis, 107. b</i>		<i>Thebæ an No. 659. b. centum habuit portas. ibid.</i>	
<i>excutere de puluere, filia Syon, Sede. Iſa. 51. v. 2. alij</i>		<i>Theima vrbiſ deſcriptio.</i>	615. b
<i>legunt. captiua.</i>	338. a	<i>Thelabib quis locus.</i>	790. a
<i>Syon, id eſt Eccleſia.</i>	410. b	<i>Thema, Dedan & Buz pro Arabia Petra.</i>	561. a
<i>Syriæ regnum intra ſexaginta quinque annos Iſa-</i>		<i>Theman quæ regio.</i>	676. b
<i>ias prædicit deletum iri. quomodo ij computan-</i>		<i>Themanæi & Idumæi olim ſapientes dicti.</i>	676. b
<i>di.</i>	52. a	<i>Theologiæ & litterarum inuẽtores primi, Phœni-</i>	
<i>Syria Dea iumento imponi ſolita & circumferri.</i>		<i>ces. 754. b. Theologia mythologica quæ. 754. a</i>	
<i>309. b</i>		<i>Thirhacha an per ſe vel per ſuos bellum gellerit</i>	
<i>Syria tota excepta Iudæa occupata à Pharaone Ne-</i>		<i>contra Aſſyrios. 129. b. cæſus à Sennacherib,</i>	
<i>chaone.</i>	661. a	<i>ſubſtitutitæ Iudæos liberauit.</i>	289. a
<i>Byſipho comparatur peccator.</i>	730. a	<i>Thoës quid.</i>	336. b
<i>Syzitis quid.</i>	237. a	<i>Thomæ Caietani obitus & laus.</i>	22. b

T

T <i>Abeſcet in me anima mea. Lament. 3. v. 20. ver-</i>		<i>Thophet quid,</i>	221. b
<i>tunt alij, humiliabitur in me anima mea. 728. b</i>		<i>Thophet vnde dicitur, loco ſacrificiorum implebi-</i>	
<i>Tacui, id eſt, actum eſt de me, perij, diſperij.</i>	45. b	<i>tur cadaueribus impiorum Iudæorum,</i>	464. b
<i>Tæda quid & vnde deriuata.</i>	277. a	<i>Thracæ, Moſchouitæ vel Cappadoces, circum-</i>	
<i>Talentum Agyptium quantum contineat.</i>	304. a	<i>ſcriptiue tenentes ſagittas.</i>	412. b
		<i>Threni Ieremiæ: quære Lamentationes.</i>	

Thus

INDEX RERVM.


Thus ex India, Molacis, Sabæa. 456. a
 Tiara & mitra quomodo differant. 27. b
 Tiara recta, propria regum Persiæ. 27. b
 Tigris & panthera qui differant: Quære Panthera.
 Titio fumigans, id est, qui metum excitas non au-
 tem re lædat. 51. a
 Titulitium quid. 770. a
 Tremor quid. 679. a
 Tribulationes homini etiam iusto omnino necessa-
 riæ. 180. a. tribulationes iustis ad salutem sunt, im-
 piis demonstrant Dei iustitiam. ibid. 583. b
 Tribulationum à Deo immixtarum quis fructus &
 finis. 187. b
 Tribula ionibus iusti purgantur. 490. a
 Tribus decem ab Assyrio deportatæ. 688. a
 Trichapton quid. 849. b
 Trimmæ auri vel aurum trimmæ quid. 27. a
 S. Trinitatis mysterium in trisagio. 45. a. innuitur ab
 Isaia. 351. b. 153. b. 320. a. à Jeremia. 736. b. quis
 potissimum locus è toto Veteri Testamento de-
 monstrat. 394. a. Ierosolymitano templo à Iudæis
 ter repetito representatur. 461. a
 Trisagion quid mysterij contineat. 45. a
 Tritæchma Babylonius quot equos aluerit & qua-
 les. 690. b. Tritura quot modis fieri solita. 200. b.
 quibus instrumentis apud Iudæos olim fiebat. 267. a
 Troglodytæ, specimen nationis barbaræ. 170. a. num-
 ij Abyssini, Ethiopes sinui Arabico proximi. ibid.
 Togæ albæ lanæ veteribus in vsu. 10. a
propterea ecce ego Tollam vos portans. Ierem. 23. v. 39.
 vertunt alij, *obliuiscar vestri obliuiscendo.* 553. b
 Tollere vel leuare, id est, in se suscipere. 344. a
 Tugurium quid. 6. b
*Tullit Nabuzardan septem viros de iis qui videbant fa-
 ciem regis.* Ierem. 52. v. 25. at. 21. Reg. 24. v. 19.
 habetur, *quinque.* conciliatur. 709. a
 Turbo vel typhon quis. 777. a
 Turres due in Ierusalem quarum altera vocata Ba-
 chan altera Gophel. 229. a. b
 Tusciæ equi laudantur. 447. b
 Tyrus ab Agenore condita. in totum orbem colonias
 deduxit. prima literas inuenit, fortunam variam
 experia est. 159. b. Tyrus vniuersa à seruis occisa.
 vno excepto Stratone, quem seruis gratus serua-
 uerat na cum filio. eundemque serui omnes in
 regem elegerunt ob insignem industria qua
 Strato seruo suo consuluerat, vt occidentem in-
 tuerent quo primus solem orientem indicaret. in
 eam eim sententiam à seruis itum erat, vt qui
 primis solem orientem indicaret, rex esset: ser-
 uos los omnes interfecit Alexander & liberos in
 regum restituit. 160. a. Tyrii item à Cypriis mag-
 nam cladem hausere. 160. b. olim insula, ab Ale-
 xandro Magno continens reddita. Sidoniorum
 cœcilia. 160. b. eius antiquitas 161. a. fortitudo
 mris dicta. ibid. cur vocetur virgo. 163. a. reflo-
 recens excitatur ad canticum meretricis. cur.
 164. b. sub regno Persico mire florens. 164. a.
 pene inuicta cum ob naturam loci tum ob Salma-
 nasarem nuper deuictum. 159. a. eius portus ce-
 lebres duo. 164. b. quoties & à quibus deuastata.
 561. b. eius ad Christum conuersio prædicitur.
 165. b. quo tempore eam obsidere cœperit Na-
 buchodonozor. 559. a
 Trij maritimi & negotiatores celebres. 159. b
 Tyriorum ab Alexandro magno captiuorum nume-
 us. 161. b. Tyri diuitiæ exaggerantur. 162. a. quo-
 modo dicatur è Chananæis orti. 163. a. Tyriorum
 liberalitas & magnificentia erga Christianos. ibid.
 Tyris pene inuicta cum ob naturam loci tum ob


nuper deuictum Salmasarem. 159. a
 V
VAccæ pingues qui metaphoricè. 40 a
 ter Vale in clamabant gentes defuncto & ita
 complebant funeralia. 769. a
 Vallis Achor quæ. 403. a. & vbi sita. ibid.
 Vanitates idola à Spiritu S. dicta. 504. a
 Vannus quid. 219. a
 Vaphres vel Apries quis. 651. b
 Vasa parua, id est, plebij. 157. a
 Vasa domini ferentes qui dicantur. 340. a
 super Vbera plangere quid sit. 228. b
 Vbera, pro vbertate. 228. b
 Væctes pro sacerdotibus & prophetis. 300. b. meta-
 phoricè principes vel munimenta. 290. b. 113. b
 690. b
Velociter spolia detrahe, cito prædare. Isaia. 8. v. 1 alij
 nomen proprium faciunt. 60. a
 Vena quando incidenda. 767. a
 Venatores, id est Babylonij. 514. b
 in Venditionis & emptionis contractu duo instru-
 menta apud Hebræos adhiberi solita. 600. a
 ad Veneris templum mulieres sedentes reuinctæ fu-
 nicularis expectantes amatum, sibi que honori du-
 centes, si funiculus ab aliquo rumpatur & rem
 cum ea habeat: pecunia Veneris erat, nec mulieri
 vllum recusare licebat: Babylonij id magis in
 vsu fuit. ex quodam oraculo cum hospite mulie-
 res se commiscebant. 770. a. b
 Venus à Syriis Mylitta dicta. 770. b
 Venus Byblia quæ. 814. b
 Ventilabro dispersurus Iudæos cur dicatur Deus
 507. a
 per Ventilatores quinam intelligantur. 697. b
 Venti in desertis vehementissimi. 144. a
 Ventus fluium in præceps decurrentem velocissi-
 me impellit. 377. a
sicut Ventus vrens dispergam eos. Ierem. 18. v. 17. re-
 ponunt alij, *vento orientali dispergam eos.* 526. a
 Ventus vnde educatur. 699. b
 Ventus turbinis quis. 777. a
 Ventralia, ab Isaia linteamina dicta. 29. a
 Ventris crepitum quomodo honeste circumscribat
 scriptura. 816. b
 Vepres & sentes, metaphoricè hastati & sagittarij.
 186. a
 Verbum quid interdum significet. 14. a
 Verbum Dei, cū rore, fideles deiectioni malis, semini in
 terram proiecto, corrupto & morienti cōparan-
 tur. 182. b. item cum gladio & sagitta. 323. b
 Verbum Dei stando auditur. 228. b
 Verbo alicui apud Heb. tribuitur constructio alte-
 rius quod subaudiendum est. 272. a
 Verba quædam Hebraica duas easque contrarias
 significationes habent. 275. a
 Verbi semen incorruptum Ecclesiæ communicat
 Deus. 411. a
 Verba quædam superstitiose Hebræi vt sibi videtur
 honestiora substituunt iis quæ Spiritus S. posuit ea-
 que margini apponunt, cuius puncta substituunt
 voci in cortice, quo monent non vocem textus,
 sed eam quam ipsi substituerunt ad marginem
 legendam esse. 432. a
 Verba Hebraica interdum aduerbiascunt. 447. b
 Verbum cur dicatur historia quam narrat Ieremias
 à Capite. 40. & 4. sequentibus. 635. a
 Verba quædam scribunt Hebræi quæ non debent
 legi. quo mysterio. 697.
 Verba alicuius vorare, id est, auide haurire. 509. a
 788. b

INDEX RERVM.

Verbene quid.	770. a	Visionis vallis, id est, Ierusalem.	151. a
Verber quid.	125. a	Visionis fatietas, ab Auenario vertitur diritas execrationis.	413. b
Veritati adulatio perniciofa.	227. a	Vifitari quid significet interdum.	172. a
Verus Deus quot modis dicatur.	479. a	Vita regis, id est, longæua.	164. b
Vermem cur Deus vocet Israël.	275. b	Vita æternæ donari fumus à Christo morte deuicta.	175. a
Vespertilioes pro diis habiti.	18. a	Vitæ longæuæ declaratio.	405. a
Vespertilio solus inter volucres mamas habet.	734. b	Vitæ religiofæ obseruantias impugnare conatur Scaliger.	614. a. b
Vestimenta Christi secundum aliquos insignita nominibus deuictarum à se gentium.	393. a	Vitellij pater primus Cæsare adorari instituit capite velato circumuertens se, deinde procubens.	298. b
Vestiu feminaru immodestia carpitur à Seneca.	29. b	Vitis olim inter arbores habita, locupletatur pluribus exemplis.	844. a. b
Veteris Testamenti cæremonia abrogata, utpote ministerium mortis & litteræ.	386. a	Vituli marini: vide Phocæ.	
Vexillo perduto vel vexillifero fugiente vel metuente actum est de exercitu.	82. a	Vitulus, id est, Titus vel Romanus exercitus.	188. a
Vexillorum duo genera.	95. b	Vituli triturantes, pinguiores.	687. a
Caruleum vel album & roseum, quid singula significarent.	95. b	Vitula, cum cornua excrefcunt, lasciuior.	687. a
Vexillum erigere, id est, ad bellum vocare.	439. a	Vituli pedes in omnem partem versatiles solidi & firmi.	779. a
Via maris apud Isaiam quæ. 69. b. Via, pro modo & more. 83. b. pro viatoribus. 148. a. pro adulterio. 434. a. pro consuetudine, instituto, ratione. 544. a. pro lege, doctrina, instituto.	602. a	Viuamus, moriendum est. Atheorum vulgare.	154. a
Viam Domini parare, alij explicat aut vertut, faciare, aut auertere, id est speciem & gratiam conciliare aut eius impedimenta amoliri.	264. a	Vlmus Heb. vnde dicta.	277. a
Victoriæ Christi Gedeonis victoria simillima.	70. b	Vlmus Latine reddita Isa. 41. v. 19. vox Heb. quid fit.	276. b. & seq.
post Victorias spolia magnifica Deo oblata.	131. b	Vlulæ reddita Latine Isa. 13. v. 22. vox Hebraica quid fit.	100. b
Victoria, quam reportauit Christus à gentibus quæ, eiusque duæ notabiles circumstantiæ.	392. b	Vnctio, pro venustate & gratia.	340. b
tunc Videbis & afflues, Isa. 6. v. 5. alij vertunt tunc timebis.	380. a	Vnguentu pro omni genere mundi muliebris.	264. a
Speculatores eius cæci, Videntes vana. Isa. 56. v. 10. alij legunt somniantes.	359. b	Vnguis scriptorius quis.	518. a
Vigesima quinta mensis eleuauit Euilmerodach caput Ioachim regis Iuda. Ierem. 52. 31. at. 2. Reg. 25. v. 27. scribitur vigesima septima mensis.	709. b	Vnicornes pro indomitis.	242. a
Vigilauit iugum iniquitatum mearum. Lament. 1. v. 14. variæ aliorum translationes.	716. b	fraudentiam prophetant Vobis. Ierem. 14. 4. legunt alij, sibi vel est.	503. a
Vile & pretiosam, id est, electus & reprobus vel bonus & malus, vel verum & falsum.	510. a	Vocare pro imperate.	273. a
Vincula & catenæ Ieremiæ: quære Catenæ.		Vocare aliquem nomine suo, id est, in seculum sibi vendicare. ratio dicti.	288. a
Vindemiæ & messis tẽpore magna olim lætitia.	121. a	Vocatio Apostolorum ab Isaiæ prædicatur.	264. b
Vindemiare Iudæis, quid.	454. b	Vocatio gentium ex omnibus terræ plagis.	289. b
Vindicta pacificat animum offensi.	11. a	Vocationi Deus semper suam gratiam allocat.	264. b
Vindicta diuinæ celeritas egregie exprimitur.	411. b	Vocationis Dei donum sine vllis meritis.	355. a
Vindictam vltimam Deus non immittit quin adhuc semel moneat.	418. a	Vocatus alicuius, id est, familiaris & domesticus.	319. b
Vindictam diuinã quam Deus iam decreuerat contra Iudæos, deprecatur Ierem. vt diuertat in alias gentes.	481. a. b	Volucres non habent mammas solo vespertilio ne excepto.	734. b
Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Isa. 5. v. 1. quidam vltima verba nomen proprium loci faciunt.	37. a	Vorare alicuius verba, id est, auide haurite.	788. b
à Vineâ sepem auferre, id est diuinis præfidiis nudare.	37. b	Vota vxorum dicuntur vota viri & quomodo.	650. b
Vina rubra commendantur.	185. a. b	Vox clamans in deserto vel clamantis in deserto S. Ioannes Baptista, cur dicatur clamans, eius prædicationes summa, effectus & finis.	263. b. 264. a
Vinum merum poculis aureis liberalissime bibitum in conuiujs funeralibus.	513. b	Vocis geminatio quid mysterij contineat.	14. a
Vinu in fræcibus ordinarie robustius ac suauius.	667. a	ad Vocem plurimum conducunt latera.	284. a
Viperæ in generatione matris vterum lacerat.	157. a	Vphaz Indiæ regio, auri ferax.	478. b
Vir consilij, id est, consultissimus.	311. b	Vrias propheta impie occisus à Ioachim reg Iuda, quo sensu & in quem finem illud exemplum adducatur in disceptatione causæ Iere. & à quibus.	567. b
Viri nomen additur ad auxilium.	115. a	Vulnera & crux Christi prædicuntur ab Isaiæ.	76. b
Virga vigilans Ieremiæ num prædita esset oculis apertis & vigilantibus.	418. b	sagitta Vulnerans lingua eorum. Ierem. 9. 8. alij legunt, sagitta iugulata.	473. a. b
Virgo quid interdum Latinis.	53. b	Vxorum peccata maritis imputantur.	69. b
Virgo cur vocetur Tyrus.	163. a	Vxorẽ ducere quomodo circumferbant Heb. 8. p. a	
Virgo Maria conceptura de Spiritu S. Christum, prophetante Ieremia.	593. a	Z	
Virginitas & calibatus præstator matrimonio.	539. a	Zabulon & Nephthali cur nominentur præ aiis Israëlitis in deuastatione Assyriorum.	68. b
Vitio, id est, prophetia. cur.	3. a	Zambri regio, id est Arabia. cur.	561. b
		Zedechiæ annus quartus quomodo dicatur initium regni eius.	573. a. v. 1. b. 573. a. v. 1. b.
		viribus regni impar nimium allicis obsequiosus. 628. a. malo consilio potius seductus quam propria culpa errauit.	629. b
		Zeli idolum quodnam.	812. b
		Zogana quid.	561. a







THOMAE MALUENDA

COMMENTARIORUM IN
S. SCRIPTURAM

V

B
5
99